



G.J. Lang inv.

L.I.de Sandrart sc.

per l'application de signy Ord. p. 12 de l'abord des

LINDENIUS RENOVATUS, SIVE, JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN DE SCRIPTIS MEDICIS LIBRI DUO:

QUORUM PRIOR, OMNIUM, TAM
Veterum, quām Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam
expressorum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum conti-
net; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quā
formā, & quo tempore, omnes eorum Scriptorum Editiones
excusæ prostent:

Posterior verò Cynosuram Medicam, sive, Rerum & Mate-
riarum Indicem, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum
Loca Communia Alphabetico hācque novā demum Editione primum adornato ordine suis
loculis ita comprehendentem exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut
digito, in multiplicem usum, clarissimè monstretur:

NOVITER PRÆTER HÆC ADDITA PLURIMORUM AUTHORUM,
quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ
Descriptione:

*Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâque ultra
decennium adhibitâ singulari operâ atque curâ à postrema Editionis.*
Anno M. DC. LXII. usque ad presentem.

Continuati, dimidio penè amplificati, per plurimum interpolati, & ab
extantioribus mendis purgati. 27597

27597

a


GEORGIO ABRAHAMO MERCKLINO, D.
Reipubl. Norimberg. Domusque Teutonie. ibidem Med. Ord.
& Academic. Curios. dict. Chiron.

Cum Gratia & Privilegio S. C. Majest.

N O R I M B E R G A,

Impensis JOHANNIS GEORGII ENDTERI
27597 ANNO CHRISTI M. DC. LXXXVI.

27597



LINDENIUS RENOVATUS,

JOHANNIS ANTONIDÆ
van der LINDEN

D E

SCRIPTIS MEDICIS

LIBRI DUO:

Quorum Prior, omnium, tām Veterum,
quām Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expresso-
rum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum continet;
quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quā formā,
& quo tempore, omnes eorum Scriptorum Editiones
excusæ prostent:

Posterior verò Cynosura in Medicam, sive, Rerum & Materiarum
Indicem, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum Loca
Communia Alphabetico hācque novā demum Editione primū adornato ordine suis
loculis ita comprehendentem exhibit, ut inquirent, quicquid desideraverit, velut
digito, in multiplicem usum, clarissimè monstretur:

Noviter præter hæc additâ plurimorum Authorum, quotquot nempe
habere licuit, Vitæ Curricularum succinctâ Descriptione:

*Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâq; ultra decennium
adhibitâ singulare operâ atque curâ à postrema Editionis Anno M. DC. LXII.
usque ad presentem.*

continuati, dimidio penè amplificati, perplurimū interpolati,
& ab extantioribus mendis purgati

GEORG. ABRAH. MERCKLINO, D.

Reipubl. Norimberg. Domusque Teutonic. ibidem Med.
Ord. & Academic. Curios. dict. Chiron.

NORIMBERGÆ,

Impensis JOHANNIS GEORGII ENDTERI
ANNO CHRISTI M. DC. LXXXVI.

LINDENS REINIGUNG
JOHANNIS ANTIKID
von der LINDE

GERIPTIS MEDICIS

Город Париж
и провинция
Франции

SREVERENDISSIMO
ET
SERENISSIMO
PRINCIPI
DOMINO, DOMINO
LUDOVICO
ANTONIO,
GENERALI MILITIÆ HIE.
ROSOLYMITANÆ ORDINIS B.
MARIÆ TEUTONICORUM, PRUSSIÆ
ADMINISTRATORI, AC EJUSDEM PER GER-
MANIAM, ITALIAM, PARTESQUE TRANSMARINAS
SUPREMO MAGISTRO, COMITI PALATINO & RENI,
BAVARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ET MONTIUM DUCI, CO-
MITI VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ, RA-
VENSPERGÆ, ET MÖRSÆ, DYNASTÆ IN RA-
VENSTEIN, FREUDENTHAL, ET
EULENBERG &c. &c.

PRINCIPI ET DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO
VITAM ET FELICITATEM.

REVERENDISSIME

AC

SERENISSIME

PRINCEPS,

DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME!



ON nova est, sed ab antiquissimis tem-
poribus eundo ad nos quasi per tradu-
cem illa serpit consuetudo, quâ Librorum
frontibus Magni Patroni, velut Tutela-
ris Numinis nomen præscribi solet. Hoc-
que tantum abest, ut Ipsi etiam Imperatores, Reges,
Electores, Principes, jam olim inclementer tulerint, ut
potius id aulos haud raro vultu respexerint serenissi-
mo. Quo quidem honore quanquam me dignum & sti-
mare nec velim, nec possim; tanto tamen confidentius,
horum exemplis animatus, idem tentare vadum & ego.
conor; quanto notius est, Serenitatis T. splendorem sæ-
pius infra augustale culmen ad vilia etiam radios diffun-
dere. Quæ virtus ut Incluti & Christiano orbe Cele-
berrimi Ordinis Teutonici Magistris Supremis propria
& familiarissima est; ita, devolutâ quasi à Majoribus
hæreditate, TIBI, Serenissime Princeps! prorsus innata.
Certè Serenitatis T. Gloriosissimus Antecessor, Jo-
HANNES GASPARUS, piissimæ memoriæ, tantâ comitatis
lenita-

lenitatisque gratiâ Parentem meum, non incelebrem Medicum, piè defunctum, nec minus me quoq; immerentissimum dignatus est; ut, nî fatum votum invertisset, Ipsius Celsissimo Nomi idem dicare ausus fuisset, quod jam nunc, Illo in cœlum recepto, Meritisimo Successori sacrum esse & volo & debo. Evidem parum aberat, quin à concepto consilio absterrerit passus fuisset, veritus, ne inter strenuissima armorum officia, quæ, Invictissimo Cæsare jubente, induis, ad proletarias chartas parum sis animum attenturus. At enim verò compertum vicissim habetur, TE tantâ temperaturâ miscere negotia, ut & in ipsis castris publicæ rei curam geras, & domi non minus, quò Ægide Pallas & Pallade Ægis tutâ sit, de castris cogites, simillimus Homericosti Pelidæ, qui inter ipsa arma fides & citharam interposuit. Statui iccirco, quod diu trepido deliberavi animo, & Reverendissimum Ordinis Caput hoc ipso, per gradus tentato ascensu, mihi propitiare molior; postquam Generosissimis aliquot Illius Membris meâ qualicunque Arte Medicâ hactenus aliquantum innotescere mihi licuit.

Suscipe igitur, Serenissime Princeps! serenâ fronte, quod humillimâ manu, flexoq; genu, ad pedes Tuos depono, vile hocce Opus, ceu in ævum duraturum pignus submississimæ venerationis, fidei q; cultus, atq; æterni obsequii: pio cum voto sociatum, quod inter

D E D I C A T I O.

congratulantium de felici regimine Applausorum multitudinem postremus quidem fortè, non tamen, det DEUS, vanus, pro vitâ, salute & perenni incolumente calido pectore fundo: Supremum insimul Numen de votissimâ mente venerans, ut, quemadmodum Excelsis simi Ordinis Teutonici clavuin bono fato & optatis auspiciis ipso ætatis flore, quo, (Majorum exemplo) ætatem Tuam anteveritis, regere haud ita pridem cœpisti; sic felix faustusq; in seros superes annos, quò Eidem pari animi magnitudine, fortitudine & prudentiâ præesse possis, quoad ipse perstabit, hoc est, usq; ad illum diem, qui hoc hauriet universum, idq; tantâ virium integritate, & prosperrimæ valetudinis constantiâ, ut cum Hygeia in gratiam redire nunquam opus habeas; quod à tenui licet Medico, bono tarnen omne, fusum votum irritum ne sinat esse DEUS.

S E R E N I T A T I T.

Dabam Noribergæ
IX. Id. Martii
M. DC. LXXXVI.

devotissimus

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINUS, D.
Reipubl. Norimberg. Domusq; Teutonic.
ibidem Medicus ord. & Academ. Curios,
dict. Chiron.

LECTORI BENEVOLO SALUTEM ET OFFICIA.

QUE novi exempli Liber iste, neque p̄enitendi laboris,
aut fructus contemendi est. Exemplo fuere nobis (ut Ve-
teres taceam, ἐπολυγάρῳ Gesnerum, ἐποι qui præterea per
omne genus Scriptorum sese è Recentioribus diffuderunt) Jo-
hannes Georg. Schenkius, Israel Spachius, ἐποι Paschalis Gallus.
Nam hi sere soli meruere, quidquid hinc in re Medica laudis.
Cujus præconem velle me, non prædonem esse, testatus sum hoc
ipso olim Opere, ἐποι iterum iterumq; testor. Quod cùm è paterna primū Biblio-
theca privatim mihi conscriberem, animadvertissemque in quantum nu-
merum excrevissent Auctores, quorum monumenta nec viderant illi, nec
vidisse poterant, cœpi consilium, eandem his conciliandilucem, quam prioribus
alii. Quo autem majore id cum fructu efficerem, non putavi satis referre,
quid quisque in Medicina ediderit, ubi, apud quem, quando, quā formā: sed
expedire studiis promovendis, quam singuli materiam aut plures tractaverint,
ostendi. Feci igitur altero Libro. In quo præmitto, quæ ad Medicinam ac Medi-
cum in genere: mox quæ ad singulas partes: Theoretica semper primū, inde
Practica, ut usus est vocare, ἐποι distinguere. Est tamen, ubi altera in alteris
requiras. Videtur id molestie nonnihil habere, ἐποι potui vitare titulorum
repetitione. Sed quid opus? cum è precedente Libro ἐποι Librorum ibi in-
scriptionibus expedire se possit, quisquis in hoc hæret. Illius ordinem Abe-
cedarium feci ἐποι plusquam obvium, ne vel Tyrone s hærent. Quibus cùm
sæpe prænomina sint incognita, ne ἐποι heic ipsis mora fiat, subjunxi illius è
cognomine Indicem. Hæc forma Operis. Cujus quām me p̄anitere non de-
beat, videtur exemplarium, sat bono numero primā, iterumque, ἐποι majore,
secundā vice editorum, distractio testari. Ea certe Typographum movit, ut,
quamvis Reipublica cura, Senatu, Scabinatu, alia occupatissimus, voluerit
tamen studio suo erga rem literariam deesse, neque quem carere Libro com-
muni velut applausu totiens approbato. Ego vero, posteaquam vidi, laborem
meum publico gratum, debui neque ingratus erga alios, neque in memet-
ipsum

PRÆFATIO LINDENIL.

ipsius injurius esse. Hic futurus eram, si vivus alteri facerem curam, augendi & supplendi hoc Opus. Ille, si non pari promptitudine ac propensione orbis successorum merita exponerem, quā superiorum jam proposuissim. Quo animo cūm sim non possum non ægre habere, etiam hac editione non paucos pratermitti, quos inseri vel nunc oportuit. Quamvis enim haut parvam continuo diligentiam adhibuerim, nequivi tamen omnium, quos desideravi, titulos nancisci, etiam in amplissimam urbem & celeberrimam Academiam interque medios atque instructissimos Bibliopolas translatus. Quia in re non parum mea spes fecellit. Neque tamen refert, causas referre, quas aut scire puto, aut ex facili posse, quotquot frequentare illos solent. Quamobrem denuo rogo Viros omnes doctos, & quos amplificanda rei Medicæ tenet amor, ut haut gravate velint suo me auxilio & publica commoda adjuvare, ac significare, quaqua ratione, si quid, quod ad Artem nostram pertineat, mihi quidem, sed dolenti præteritum, noverint in lucem exivisse. Secundam editionem quam luculentis tunc Catalogis, & quidem suapte sponte ad me transmissis auctum iverint Viri Clarissimi, D. Claudius Doresmieux, Insulis, D. Robert. Farvacius, Bruxellis, D. Petrus Neurat, Matriti, D. Nicolaus de Witte, Riga Livonorum, Medicinam quisque summacum laude facilitantes, ibi exposui, animique grati significationem edidi, certe edere omnino volui. Quod exemplum si vel unus quispiam fuissest in quaque natione imitatus, jam non modo, quod olim volui acoveri, fuissest hoc

αλεύω δὲ τοι ἐπον ἀπειρον,
sed ab solutum, adeoque omnium bene de Arte Medica meritorum memoria,
atque laude instructissimam, omnibusque suis numeris tantum non perfec-
tum. Interea etiam hac editio non destituitur, quibus acceptum cūm supple-
menta, tum adjumenta referat quam maxima. Et supplementa quidem habet
ab Excellentissimo D. Guidone Patino, Doctore Medico Parisiensi ac Profes-
sore Regio, Viro, supra quam aut dici queat aut quis, nisi experiens credat, na-
to ad sovendum bonos & Artes bonas, ac mihi præter modum & meritum
Amico. Habet itidem ab Celeberrimo Viro, D. Iohanne van Horne, Medi-
cina Doctore & Anatomæ ac Chirurgices Professore Eximio, Collégâ conjunctissi-
mimo. Habet ab Eruditissimo D. Carolo Offredo, Doctore Medico Patavino.
Habet denique ab Experientissimo D. Gabriele Clandero, Doctore Medico Al-
tenburgensi. Adjumenta vero ab Prastantissimis Medicina Mysticis D. Theo-
doro Colbio, Regiomontano, & D. Conrado van Haeven, Bremensi. Quibus
omnibus pro suo studio atque labore, quo Opus hoc tam liberaliter locupletare
atque exornare sunt dignati, plurimum debere & nos profitemur, & quotquot
usui hic Liber erit. Hoc habebam, Lector amice! Vale, mihi que save,
qui saveo omnibus, meque bonis & animitus voveo, com-
mendogtie cunctis. Dixi.

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINI

Præfatio

ad

Lectorem.

Instituti nostri & præmonendorum rationem potissimum
comprehendens.

Benevolè Lector!

Bis novem quasi processere anni, ex quo Polyhisto-
riæ Medicæ amor animum incessit meum; cùm nempe
in Archi-Gymnasio Patavino Nationis Germanicæ Arti-
starum, ut vocant, Bibliothecarii munere per biennium
fere functus, studium istud excolendi largissimam nactus
fuissem ansam.

Hinc factum, ut post aliquot annorum decursum de ipsâ Linde-
niî Librorum duorum de Scriptis Medicis auctioне cogitare cœperim,
ratus, fore, ut, si non publico, saltim meo privatim usui Operâ illâ in-
serviretur.

Jactâ igitur alea, ante hæc quinque propemodum lustra rem
aggressus, ipsique Operi manum admovere occipi.

His auspiciis intra paucorum annorum spatum, factâ subinde
novâ accessione, adeo feliciter crevit Opus nostrum, ut, quamvis fan-
do acceperim, esse Medicum Bremensem Doctissimum, Dn. Cont.
van Höven, vel quendam Eliam Pillulandum, *Danum*, vel Dn. Dr.
Becherum, *Saxonem*, vel alium quendam Belgicum Medicum, qui ean-
dem Renovationem moliatur; tamen nequicquam ab instituto deter-
reri, calamumq; manibus extorqueri passus fuerim, sed idem nego-
tium nihilo segnius institerim, certus, quòd, etiam si aliis, & fortassis
dignior, hanc diligentia palmam mihi præripuisse, tamen me satis
uber inde carptus fructus mansurus, nec ulla quasi frustra adhibiti la-

boris pœnitentia animum meum maceratura esset, maxime, cum non nisi succivas horas hic impendere, necesse habuerim, & necessariae Praxis amarorem nullo magis, quam hoc ipso studio, velut quādam dulcedinis mixturā, temperare licuerit.

Nec male me habuit illud, quod nonnemo Amicorum à coeptis me dehortati tentaverit, opinatus, indignorem hunc esse laborem, & jam novissimè similem actum à Cornel. à Beughem. Quemadmodum enim paulo supra nominatos Clarissimos Viros, ipsumq; famâ super æthera notum Georg. Hieronym. Velschium (Veteres ut silentio præteream) ejusdem laboris minimè puduit, sic nec nos illius unquam puduit, nec hactenus pœnituit. Beughemii verò Bibliographiam Med. & Phys. quod concernit, quivis unus, qui scit, quantum distent æra lupinis, institutâ collatione, etiam me tacente, facile cognoscet, quantum illa ab isthac mea Lindenianâ differat interpolatione.

Immò quemadmodum olim Robertus Constantinus, Joh. Neander, Paschalis Gallus, Israel Spachius, Joh. Georg. Schenckius, ipseque Lindenius noster, & si qui forte sunt alii, non levem gratiam suis Librorum Med. descriptionibus ab Æsculapii Filiis iniverunt: ita quin hi nostri qualesunque labores, si quidem publicam aspexerint lucem, hominibus gratis grati sint futuri, nulli dubitavimus.

Eccur dubitaverimus? Cum non solum utilitas, sed & jucunditas luculenter inde speranda sit. Constat namq; ut Joh. Georg. Schenckii Præfat. in Bibliothec. Medi. verba mea faciam, nihil æque usibus Medicis prodesse, quam Bibliothecas, Elenchos, & Locorum Communium receptacula. In tanta enim, pergit ille, Artis Medicæ fecunditate & amplitudine, futuro & existenti Medico res esse gravissima debet, tot numero Auctores & Philiatros, eosque omnes & singulos, ad certas Indicum & Elenchorum Classes fuisse relatos: unde pro occasione studiorum, & incidente necessitate, hunc vel illum, saepе diversos, certo utique ordine omnes, commodissimè comprehendant. Addo ego, hoc imprimis scribacissimo tempore, quo docta, & ad magna nata ingenia, subinde ultrà progrediendo, inaudito scriptorius novæq; inventionis genere laudem & nominis sui famam aucupantur, quo Scriptorum Med. fertilitas ita augetur, ut hodiè non tam de Libris ipsis, quoquo etiam Medicinæ loco vel parte, quam de prudenti eorum delectu, laborandum videatur; ne multitudine, ut saepè fit, confunda-

fundamur potius, quam proficiamus. Ut taceam, hac Scriptorum Med. recitatione alios etiam allici posse, ut, eorum exemplo, ipsi quoque suorum ingeniorum nervos intendant, &c, si quid luce digni exco-
gitaverint, publico Scripto prodant.

Et quid præterea jucundius, quam omnes Scriptores Medicos, omniaque eorum Scripta eleganti ordine locata, unoque Libro comprehensa intueri, & exinde discere, quæ, & qualia singuli publicæ luci dederint, nec non quo loco, quo tempore, quaq; formâ typis exscri-
pta, & quæ planè nova, quæve duntaxat recusa sint, sine labore, sine-
que rædiosa inquisitione, velut in tabula, perspicere? Ne quid dicam de illa jucunditate, quam illi inde concipient, qui adhuc vitali aurâ fruen-
tes sua edita Scripta hîc recensita, suorumq; ingeniorum fœtus po-
steritati tam studiosè commendatos, procul dubio gaudebunt.

Quare filum, quod exorsus sum, sedulò pertexere perrexì, idq;
èd alacrius, quo confidentius Amicorum præcipui persuadere mihi
conati sunt, hos meos labores non solùm neutiquam frustra à me su-
ceptum iri, sed & olim acceptissimos esse futuros.

Nec prima statim spes fecellit, dum confecto Opere, plures Libra-
rii certatim id sibi imprimendum dari petierunt, animo sine dubio
confisi, fore, ut, quemadmodum Exemplaria primæ editionis Anni
M.DC.XXXVII. itemq; secundæ M.DC. LI. & tertiaræ M.DC.LXII.
intra pauciores illos annos lucroso fœnore distracta atq; divendita
sunt; sic multò magis quara hæc desideratisima, & intra hos viginti
quatuor Scriptorum Med. fertilissimos annos, plurimâ accessione lo-
cupletata editio suos amatores emptoresq; brevi redundanter inveniat.

Visum autem est, præ aliis, rem committere Præstantissimo &
Nominatissimo Un. Joh. Georg. Endtero, Viro Honestissimo, Libra-
rio celebri, & digno, cui omnes boni bñè cupiant.

Jam quid in hac Renovatione præstiterim; quæ submonenda cir-
ca eam veniant; quibusq; subsidiis usus fuerim, Præfationis loco, in-
dicare juvabit.

Suspicio, fore, qui cavillaturi sint, minimum esse, quod hoc loco
fecerim. Evidem fateor, neq; singulari judicio, neq; multâ eruditio-
ne opus hîc fuisse; plurimo autem contrà labore, ii facile agnoscent,
qui non solùm sua, sed & aliorum facta æstimare norunt. Certè Li-
brorum omnis generis Catalogos, eosq; præfiscini dixerim, ultra tre-

[6]
centos; ex dissitorum etiam locorum angulis curiosè conquisiui, ex iis in Lindenio meo nondum existentes Libros titulo tenus excerpti, & suis locis studiosè inserui; vel, ubi Librorum titulos paucis saltem verbis indigitatos deprehendi, omnem operam renavavi, quò vel ipsorum Librorum, vel, si nech hoc fuit integrum, saltem pleniorum eorum titulorum, quantum possibile, particeps fierem. Qua de causa omnes diversarum Bibliothecarum, & quid: m cùm publicarum, tum privatarum loculos diligenter excussi, & ex iis, ad meam quæ videbantur rem facete, extraxi: institutâ quin etiam è própter frequentiori cum plurimis Celeberrimis Viris literarii commercii reciprocatione.

Unde factum ut non pauca nunquam ante à Lindenio visa Scripta noviter demum accesserint, nempe, nî computatione erravero, circiter M. DCC. LXXI. præter illadenuo tantummodo semel iterumve recusa, numero præter propter DCC. LXXXVI. inter quæ planè novi, vel certè huic editioni primùm admoti Authores numerantur DCC. XLII. Ne quid dicam de succinctâ quidem, sed non minus laboriosa CC. XXII. Celebrium Authorum Vitæ curriculorum planè novâ, aliorumque LXXIV. paulò prolixiori, & ut nobis videbatur, accuratori descriptione; quam quidem omitti potuisse, ceu inutilem, & hîc loci incongruam, m' nusq; necessariam, aliqui fortassis censemunt. Verùm enim Verò ut raceam, mihi, ut in aliis, ita etiam hîc Antecessoris nostri, qui similiter aliquot Authorum brevia Vitæ curricula apposuit, vestigia presè legere, placuisse; non videtur præterea abs re factum hoc fuisse. Nam primò haud raro non parum refert, scire, ubi vixerit Author, qui de hac vel illa scripsit materia. Sic v. g. confidentius credo illi, qui ibi Praxin Med. per plures annos exercuit, ubi morbus ille, quem pertrahet, endemius est, ut, Anglo, qui de Sudore Anglico, aut Borusso, qui de Succino, unde propullulat &c. ex professo egit, quām extraneo, qui alibi vixit. Deinde cur non aptus hîc sit agendi de hac re locus? Nonne dum Authoris edita Scripta recensentur, commodissimè ejusdem vitæ cursus simul describi potest? Et postremò quid jucundius, quid dulcius, quid amoenius literato homini, quām suæ Professionis Authoris levi penicillo adumbratos, velut in tabella, intueri posse? prout ita Medicos Scriptores datâ operâ delinearunt Sambucus, Petrus Castellus, Thomasinus, alii, quos nos hac scriptionis parte maximam partem imitati sumus.

71 11

Hoc amplius non licet reticere, me, ut factâ collatione patebit, tot
 Authores, totq; Scripta vel alieno loco adducta, vel bis posita, vel fal-
 so acq; corrupto nomine insignita, vel Authori, cui non debent, adscri-
 pta, vel non Medica, suis locis inferuisse, expunxisse, correxisse, resti-
 cuisse, ut, si hæc omnia sigillatim in medium producenda essent, plures
 chartæ solâ recensione insumerentur. E per plurimis, ut aliquot sal-
 tem nominatim indigitentur, hujus commatis erant: Albanus Botto:
 Alexander Albertinius: Alphonsus Torreus: Alzarius Crucius, le-
 gendus Vincentius Alsar. à Cruce: Andr. Baccii Magna Bestia Alce &
 Cornu Monocerotis: Andreas Knevelius: Andreas Krugius: Annibal
 Albertinus: Antonius Albanesius, legendus Guido Anton. Albanesius:
 Antoninus Cælius: Bartholomæus Traficchetus, cuius Scriptum totum
 Italicum est: Benedict. Figulus, cuius Scriptum Germanicum est: Bern-
 ardus Gomesius: Bernardus Trevisanus: Carolus Battus, legendus Con-
 rad. Battus & Gaspar. de Gabrielis: Gaspar. Hoffmanni, Gothani, Ther-
 ma Hirsbergenses, itemq; Consilia & Epistolæ Medicæ, ad Caspar. Hoff-
 mann. Brandenb. referenda: Christophor. Heinicus: Christophor. So-
 terus: Conrad. van Roel: Constantinus Lucas, primus: Domitius Mea-
 ra: Evardus Leichnerus: Ewaldi Vogelii Historiæ Transmutationis
 Metallic. Ficinus Marsilius, qui legendus Marsil. Ficinus: Franciscus
 Alexander: Francisc. Caserta, legendus Franc. Anton. Caserta: Fran-
 ciscus Rossetus, legendus Francisc. Roussetus: Georg. Loysius: Georg.
 Oethæus: Gilbert. Limburgius: Giustinianus Arcella, leg. Justinian. Ar-
 cella: Guidus Anton. Albanesius, leg. Guido Ant. Albanesius: Guilhel-
 mus du Val, leg. Guilielmus Duvalius: Guilielmus van der Bosch: Hen-
 ricus Ernstius, non Medicus: Henric. Neuhusius, non Medicus: Joann.
 Waslæus, leg. Johann. Walæus: Joan. Walter. Viring. Triplex Cœnæ,
 non Medicum Scriptum: Jordan. Brunus: Isaac. Casaubonus, non Me-
 dicus: Lazari Riverii Institutiones Medic. bis positæ: Magnus G. Phæ-
 dro: Melchior Sebisius, Junior: Michael Meldenarius, leg. Christian.
 Moldenarius: Stephani Roderici Castrensis Universa Muliebrium mor-
 borū Medicina, referanda ad Rodericum à Castro: Syracus: Theophil.
 Neubergerus, non Medicus: Theophil. de Pege, non Medicus: Thomæ
 Aquinatis Motus Cordis, non Medic. Thomas Browne, non Medicus.
 Thom. Corrachin, leg. Thom. Cornachin. & his similia penè innumeræ.
 Nec tantopere nobis placemus, ut credamus, nos omnia emandassemus;

errata;

12

errata; quin potius ipsi veremur, ne plura adhuc supersint, quorum nonnulla inter dubia relata paulo infra exhibere visum est. Tantum autem abest, ut hāc in prioribus Editionibus commissarum hallucinationum notatione doctissimum Lindenium nostrum sugillare, ut potius de Republica Medicā Meritisimum Virum omnibus modis excusatum habere velimus, probe gnari, quām plures mendas Amanuensium, Collaboratorum, Typographorum, aliorumq; hominum haud rārō nos potius seducere, quām juvare solitorum culpā. sāpēq; nobis ipsis insciis, & cum bono Homero dormitantibus irrepere posse; id quod me ipsum isthac novā auctione expertum esse, faceri, hīnq; veniam, siquidem ipse erravero, aut errata reliquero, exorare cogor, ne humani quid alienum à me esse putem.

Supereft, ut dicamus, præsentī hac quartā Editione nos demum in Indice, quo Cognomina præponuntur, & Prænomina postponuntur, singulis Authoribus paginarum numeros addidisse, ut inquirentium studium redderetur facilius, & aliis simul occurreretur difficultatibus. Atq; hāc potissimum sunt, quæ in hac Renovatione præstare potuimus, quæq; voluimus.

Pergimus ad illa, quæ circa eam submonenda videntur; ubi ante omnia explicandum, quid sibi velit signum ♂, quidq; illud ♀, nempe nihil aliud, quām ut constet, illum Authorem, illudq; Scriptum, cui præfixum est signum ♂, planè novum esse, & hac demum Editione primū illatum; quod vero Scriptum præ se fert signum ♀, illi tantum aliquid noviter accessisse, sive sit nova editio, sive plenior tituli descrip̄tio, sive aliud quicquam.

Deinde sciendum, nos Scripta Authorum incertorum & variorum, eorumque cūm Chymicorum, tum Medicorum, & quidem tam veterum, quam recentiorum, quos Lindenius ad Literam A. retulit, sub finem in Appendix, pristino servato ordine, non sine ratione rejicisse, & sub horum censu omnia illa comprehensa voluisse, quibus in frontispiciis certum Authoris nomen non est præfixum. Unde nemo ægre feret, si Scriptum suum, cuius quidem Authorem se profitetur in Dedicatoria Epistola, aut Præfatione, non autem ipso Titulo, inter Scripta Authorum incertorum invenerit. Sic veniam nobis dabit v.g. D. Volckamerus, & D. Schröckius, quod, etiam si certum sit, illum Cordi Dispensatorium quartū emaculatius & au-

11 13

M E R C K L I N I.

Etius edidisse; & hunc unicum esse Authorem Pharmacopœjæ Augustanæ renovatæ & auctæ, tamen & illius, & hujus nominatum Scriptum inter Authores incertos, relatum sit; quod ideo factum, quia nec ibi, nec hīc in frontispicio, sive, titulo Libri Author expressus est.

Spicilegium verò ea tantummodo complectitur Scripta, quæ, vel, quia typis nostris jam positis postliminiō prodierunt, vel, quia seriūs nobis obvenerunt, vel deniq; quia incuriā omisi sunt, satis loculis insere-re, non amplius fuit integrum.

Omnes Authores, quibus prænomen est Gaspar, quippe quod Belgicum potius, quam Latinum idioma sapere videtur, ex Litera G. ad Literam C. retulimus, formato ex Gaspare Caspar. Sic etiam Wilhelmos omnes delevimus, eosq; Guilielmis immiscuimus. Et pro Guilhelm. Guilielm. proq; Joannes Johannes, pro Oth. Otto, & pro Silvest. scribere maluimus Sylvester.

Cæterū eidem Lindenii ordini Alphabetico & nos insistere oportuit, quo Authorum prænomina perpetuò præmittuntur; non quidem, quod hunc ordinem illi, quo in aliis hujusmodi Catalogis Authorum cognomina præmitti solent, præferamus, sed quod aliter hīc fieri non potuit, nisi ingenti labore totum Lindenium describere, & penè invertere, planeq; novum Opus ex eo efformare voluissemus.

Disputationes, quamvis Antecessor nonnullas hinc inde insperserit, nos tamen nullas de novo adjecimus, nisi forte quædam incautè irreperserint, pro Tractatibus habitæ, idq; cum quod publicis Nundinis, inq; Librariis raro divendi, adeoq; difficulter haberí soleant, tum etiam quod verendum fuisset, ne Opus immane quantum earum accessione ex crescet. Unde non ægrè ferent Spectatissimi Universitatum Medicinæ Professores, interq; eos Vir Excellentissimus Dn. D. Mauricius Hoffmannus, Prof. Altdorph. primar. nec non diversor. S. R. I. Principum, ipsiusq; Noribergæ Medicus, Dominus & Collega noster Honoratissimus, quod Disputationes raras certè illas, & quas habuit, ipseq; in gratiam Sanguinis concinnavit, doctissimas intexere non licuit, quales sunt: De Motu Cordis & Cerebri, Sanguinisq; ac Spirituum Animalium perpetuò pro Vitæ continuatione per corpus Commeatu:

De Transitu Sanguinis per medium Cordis septum impossibili, contra Galenum & Riolanum, ejus defensorem:

De Transitu Sanguinis per medios Pulmones facili, contra Riolanum, ejus osorem:

PRÆFATI

De Sanguine, ejusq; observatione:

De Sanguinis missionis, sive Venæsectionis necessitate, contra Erasistratum, & Helmontium, ejus Osores, &c.

Nec minus nobis ignoscet idem prælaudatus Vir Celeberr. quod ejus nondum quidem edita, typis tamen & digna & parata limatisima Scripta, ut sunt omnia, suis locis inferre nequivimus. Sunt autem illa, quæ possidet hæc ipsa:

Commentarius in omnes Hippocratis Aphorismos ex natura & circulatione Sangvinis:

Observationes rariores Medico-Chirurgicæ & Anatomicæ:

Observationes & Delineationes de Juventute Plantarum è terra ex seminibus resurgentium:

Cura posteritatis, seu, Tractatus de recto Rerū non-naturalium usu:

Enumeratio Plantarum in Monte Mauriciano occurrentium:

Dissertatio de Corde, corporis famulo, olim principe:

Dissertatio de Venæsectione Purgationi semper præmittendâ, utroq; præsidio si opus fuerit:

Dissertatio de Sudatione, præsidiorum universaliū optimo, maximo:

Dissertatio de Delectu generosorum præsidiorum:

Thomæ Erasti Commentar. in omnes Hippocratis Aphorismos manu Philippi Scherbii except.

Ernesti Soneri Modus discendi Artem Medicam, & faciendi Locos Communēs, quem propriā manu conscripsit post Caniculares & viginti octo Lectionibus absolvit A. C. 1609:

Caspari Hoffmanni, Antecessoris sui, Tractatus de Humoribus Corporis humani.

Non enim instituti nostri ratio permisit, ut manu tantum & inedita Scripta insereremus, cùm nec Lindenius noster iis (exceptis paucis, mis in sua Bibliotheca asservatis) inter Scripta Medica locum concesserit, nec possibile fuisset, arcana & inaccessa Doctorum scrinia, imperiandorum eorum titulorum gratia, pvestigare. Unius autem præstantissimi illius Manuscripti Magni Casp. Hoffmanni non possumus non mentionem facere, intellige Ejus exasciatissimum, & omnium, quotquot hactenus unquam literatus vidit Orbis, accuratissimum in omnia Galeni Volumina Commentarium Græco-Latinum, typis jam dudum dignissimum, quem omni perenniorem ærē, ære magno à vivo adhuc Authore redemptum Venerandus Collegi nostri Senior, Dn.

Dr. Joh. Georg. Volkamerus, velut pretiosum thesaurum possidet; promptus utiq; cuicunq; Librario, necessarios impressionis sumpitus facere audenti, certo pretio offerre. Cæterorum vero Manuscriptorum & adhuc edendorum Codicum satis locupletem Syllabum licet, si liber, videre in Georg. Hieronym. Velschii Sylloge Curation. & Observacionum Medicinal. post Præfationem p. m. II. seqq.

Sed cur singulos Authores earum Observationum, quæ Miscellan. Curios. Medico. Physic. Academ. Naturæ Curios. sive, Ephemerid. Medico-Physic. Germanic. exhibitentur, nostris Scriptis Medicis hâc demum Editione inneximus? Hoc primò factum exemplô Antesignani nostri, qui similiter singulos Authores Consultationum, Observationum, & Epistolarum, cum earum Authoribus à Wittichio, Scholtzio, Horstio, aliis, uno Volumine comprehensarum singulatim suis locis indidit; deinde ut & his bene meritis Viris suis apud posteros constet honos, ulteriusq; incitamentum præbeatur, in hâc palæstra eâdem diligentia procurandi, & deniq; eð, quod Observationes illæ dictis Miscellan. Curios. comprehensa in publicis Scriptis sæpius allegantur, quam vel Disputationes, vel Manuscripta inedita.

Reliquum est, ut, quæ submonenda restant, ordine tumultuari persequamur.

Sunt aliqui Authores, bis, nî fallimur cum Scriptis suis occurrentes, quorum alteruter delendus videtur, ut: Alchindus & Jacob. Alkindus: Ambrosius Leo & Petr. Leo: Apicius Cælius & Cælius Apicius: Claudius de la Courvee & Joan. Claud. de la Courvee: Daniel Milius & Joh. Dan. Mylius: Eckerdius Heideneccius & Erhard. Hedeneccius: Franciscus Duratius & Joh. Francisc. Duratius: Frideric. Chrisogonus & Federic. Chrysogonus: Gybert. Longolius & Gisbert. Longolius: Jacob à Brunn & Joh. Jacob à Brunn: Joh. Anton. Phrygius & Jac. Anton. Phrygius: Joh. Chicotius & Joh. Schicotius: Joh. Stubendorfius & Joseph. Stubendorfius: Joh. Stullius & Joh. Sullius: Mich. Venetus & Mich. Uranius: Petrus de Abbano & Petr. de Apono: Petr. Jacob. Esteve & Petr. Jac. Steve: Petr. Paul. Galeo & Petrus Galea: Jodoc. Harchius & Philip. Hartzius: Tobias Coberus & Tobias Koberus: Vendelinus Hök de Brackenau & Wendelinus Hock.

Ter occurrit Erasmus: primò nomine univoco Erasmi: secundò Desiderii Erasmi, tertio Erasmi Roterodami, quæ tamen tria nomina unum eundemq; Authorem significare videntur, nempe Desiderium fl̄oq;

P R A E F A T I O

Erasmum. (hoc enim hujus Authoris verum nomen est) Quare Erasmus p. 261. & Erasmus Roterodamus p. 262 cum Scriptis suis expungendus, eaq; ad Desiderium Erasmus p. 244. si videbitur, referenda.

An Franc. Ulmus, *Pictaviensis*, p. 304. & Joh. Franc. Ulmus, *Brixianus*, reverā differant, non caret dubio, nec nobis licuit hāc vice, mutuā collatione ex eo nos extricare. Sic nondum liquido constat, & in dubio adhuc relinquitur, an Ambrosii Leonis Interpretatio Græca de Urinis à Petri Leonis Tractatu de Urinis differat, an verò unum sit idemq; Scriptum? It, an illud Scriptū de Plantis Absinthii nomina habentibus, Casp. Bauhino p. 51. an verò Joh. Bauhino p. 540. verius debeatur? Item, an Joh. Jacob. Manlii de Bosco Libellus Medicus variorum Experimentorum p. 614. ab illo Joh. Manlii Libello p. 633. differat, nec ne? Item, an illud Opusculum de Morbis Puerorum p. 894. col. b. ad Petrum Jacob. Toletum, an verò potius ad Petrum Toletum p. 907. pertineat? Item, an illa Oeconomia Medic. p. 313. col. b. & p. 947. col. a. allata ad Gabrielem Fonsecam, an ad Rodericum à Fonseca pertineat? Item, an illius Orationis de Podagræ Laudibus p. 504. col. a. & p. 549. col. a. citatæ Author sit Janus Cornarius, an verò Johannes Carnarius?

Certius autem est, illam Observationem de Monstrosis Vermibus p. 60. col. b. eandemq; repetitam p. 73. col. b. ibi delendam, & non inter Scripta Antonii Antonidis van der Linden, Nepotis, sed inter Scripta Antonii van der Linden, *Nerden*, illius Avi, referendam esse. Delenda quoq; p. 229. col. a. lin. 28. & 29. hāc verba: videtur idem esse cum priori Tractatu. Non enim, ut factā postliminiō accuratā collatione deprehendimus, idem hic, cum priori, est Tractus, sed revera diuersus. Certum etiam & hoc, Opera Medica Chirurgica p. 699. Joh. Vigorio adscripta, huic non, sed Joh. Vigorio p. 698. deberi, propter eaq; delenda esse. Et illud Scriptum Michael. Sendivogii p. 622. de vero Sale secreto Philosophorum &c. quia ab Authore Gallicè scriptum, ideo hīc expungendum, & ejus translatori, Ludovico Combachio unicè relinquendum. Illudq; Systema Parascevasticum, & Scriptum de Febre purpurata p. 901. col. a. male repetitur; cùm illud idem sit cum ejusdem Petri Morelli Methodo præscribendi Formulas &c. p. 900. col. b. paulo alio tantum Titulo superbiens; & hoc non Petrus Morellus, sed Johann. Morellus, (quem cùm eodem hoc Scripto suo reperire licet p. 644.) edidit. Ita etiam bis ponitur illud Scriptum p. 1077. col. b. cui titulus: *Opuscula Illustr. Med. de Dosibus*. Repetitur enim paulo post

post p. 1081, pleniori titulo: Illud ergo delendum. Delendum & illud Scriptum p. 180. col. b. cui titulus: Consilia Variorum de Arthritidis &c. Nam quia Henricus Garetius collegit, ei, tanquam Authori p. 394. adscriptum, ibi omitti potest. Expungendi præterea sequentes Authores cum suis Scriptis: Dominus de Nuysement p. 248. ceu Gallicus: Francisc. Rivettus p. 337. ceu Italicus: & Joh. Baptist. Birellus p. 524. ceu Germanicus Scriptor; item Julius Cæsar Bulengerus p. 719: Otto Sperling. & Otto Werdmüller p. 863: nec non Pascas. Iustus p. 865, ceu non Medici. Inter delenda præterea numerari debent signa ⓠ, Adamo Lonicero p. 8. itemque Henrici à Mönichen Observationi de Ganglio p. 397. & Caroli Drelincurtii quatuor illis singularibus Tractatulis, perperam præfixa. Ille enim Author non novus est, & hortum duorum Scripta non opus est, ut habeant signum ⓠ, cùm ipsi jam habeant Authores, ceu novi, quorum Scripta non possunt non similiter esse nova. Et hæc sunt, quorum quædam superflua adhuc delenda videntur.

Omissa addenda quod concernit, sunt ea hæc ferè: & quidem potissimum signa illa ⓠ, quæ nescio cuius culpâ omissa sequentibus Authoribus præfixa esse deberent: ut, Francisco de le boe Sylvio: Gabrieli Claudio: Henrico à Mönichen: Henrico Mundio: Henrico van der Port: Hieronymo Marafioti: Hyacintho Claverono: Jo-hann. Jacob. Stæhelino: Salomon. Reiselio: Johann. Pilas: Simon. Aloys. Tudecio: Simon. Scholtzio: Jacob. Sponio: & E. G. H. quæ constaret, hos omnes Authores Lindenio nostro ignotos fuisse, & hac demum Editione, ceu novos, accessisse. Eadem signa ⓠ etiam aliquot Vitæ curriculis præponenda sunt, quibus similiter palam fiat, ea à nobis demum adjecta fuisse: Suntque Vitæ curricula: Adami Loniceri: Caroli Clusii: Caspari Bartholini: Caspari Hoffmanni: Christophori de Barziziis: Christophori Meureri: Erasmi Stellæ: Ernesti Soneri: Francisci de le boe Sylvii: Francisci Ulmi: Friderici Greiffii: & Johannis Caji. Præfigendum post hæc idem signum ⓠ etiam Jo-hannis van Horne Prodromo Observationum, Ejusdemq; Observationibus Anatomico-Medicis p. 610: nec non p. 1085. col. 6, Exercitationibus ad Galeni doctrinam de Osibus; ut sciatur, nova hæc esse Scripta. Unicum signum ⓠ in Christophori Guarinonii vitæ descrip-tione omisum notavimus, quod ei præfigendum, indicio, noviter aliquid in ea accessisse,

PRÆFATIO

Sub omissorum censum veniunt etiam quædam quorundam Authorum Scripta; qualia sunt: Joh. Daniel. Majoris Consideratio Ferri Radianis, quā in naturam ignei aut lucidi Spiritus utcunq; inquiritur: & incidenter quædam de Thermis novo artificio parandis ad- duntur. Sleswigæ, apud Joh. Holwein, 1679, in 4. Eiusdem Consideratio Physiologic. occurrit, in Epistol. Burrhi de Cerebro & Oculi. Eiusdem Scriptum de Vivacitate Patriarcharum. Eiusdemq; Aloe. Andreæ Cnœffelii Fasciculus II. Medicamentorum singularium, sive, Arcana & Experimenta specifica à Martino Bernhardi edita. Extans cum Miscellan. Academ. Natur. Curios. Ann. VI. & VII. Lipsiæ, apud Joh. Fritschium, 1677, in 4. Olaus Magnus de Alcibus, seu, Onagris, & Siti eorum. Extans cum Apollonii Menabeni Tractatu de Alce. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8. Remberti Dodonæi Epistola de Alce. Extans ibid. apud Eudem, anno & formâ eâdem.

Insuper submonenda adhuc duo videntur: primò Thomam Parre p. 1022, col. a. novum, & quidem ipsius illius sub eo locatæ Anatomiae Authorem, & propterea majusculis literis scribendum esse. Et deinde in Indice, quo Authorum Cognomina præponuntur, sa- pe unum eundemq; Authorem duobus, sa- pe etiam tribus cognomi- nibus ex hac ratione efferri; ut, sive hoc, sive illo, sive isto quæratur, inveniri queat.

Atq; hæc omnia postliminiō & tum demum deprehendimus, cum in tempore suisq; locis ea emendare, atq; restituere, non amplius esset integrum. Unde hæc in Præfatione submonere visum est.

Nunc deniq; , his superatis, tertium & ultimum perstringemus membrum, quo, quibus subsidiis usi fuerimus, candidè impertiemus, memores, ingenui hominis indicium haberi, palam fateri, per quos profecerit. Nominabimus autem eos, quibus mutuâ operâ aliquan- tulum adjuti sumus, sine ordine, sineq; dignitatis aut officiorum præ- rogativâ, prout memoria nobis suggeret; quos inter non possumus non hoc nomine publicè deprædicare D. Lucam Schröckium, Jun. Medicum August. Vindelic. Felicissimum, & Academ. Natur. Curios. dictum Celsum, Virum stupendæ diligentiaz, nec hebetioris ingenii, &, ad promovenda Apollineæ Artis, eorumq; Alumnorum commo- da, natum. Hic amicissimo, quo in nos propendet affectu, jam ante hos plusculos annos, rogatu nostro, nobis usq; ad præsentem diem

commodavit ipsam Georg. Hieronym. Velschii, Viri illius Incomparabilis & Celeberrimi interpolationem vel auctionem eorundem Lindenii nostri de Scriptis Medicis Librorum, quam, nū fallimur, ipse aliquando, &, fortassis curatiū, nisi Vir longiori vitā digni simus, morte præventus fuisset, divulgare, in animo habuit; quo nomine utriq;, & quidem hujus piis manibus, quōd jam vitali adhuc aurā frutus promptissimā voluntate illam Lindenii de Scriptis Medicis Renovationem polliceri; huic verò, ceu dicti Scripti hæredi, quōd promissa exsequi, & desiderio meo cùm hāc, tum aliis rebus satisfacere voluerit, plurimum debemus. Nec minus obstricti sumus Nobilissimo D. Joh. Mauricio Hoffmanno, Professori Altdorphino Meritissimo, non solū propter illam promptitudinem, quā multorum Librorum titulos lubenti nobis animo exhibuit, sed & imprimis propter Lindenianæ de Scriptis Med. à nonnemine Anonymo diligenter interpolatæ & emaculatæ primæ Editionis amicam communicationem. Et Excellentissimus D. Joh. Georg. Francus, Professor Heidelbergensis optimè Meritus, & Academ. Curios. Curiosissimus, Vir ille in Poly-Historiā Medicā nulli secundus, heluo librorum, & utriusque linguae doctus, errores in bono Lindenio deprehensos prolixissimis ad me datis Literis fidelissimè ultrò nobiscum communicare, &, ne diuinus Librum desideratissimum delitescere patiar, adhortari non dedignatus est.

His, inquam, & cæteris omnibus, nominatim D. Paulo Hermanno, Professori publico Leydensi, illi exoticarum rerum Peritisimo Viro, nec non D. Joh. Christian. Frommanno, Medico & Professori Coburgens. Saxon. Fautori & Amico nostro infucato, D. Waldschmidtio, Medico apud Francofurtens. ad Moenum Experi-entissimo, & D. Joh. Christian. Trallesio, Medico Freystadii Siles. Doctissimo, tandemque Collegis meis Honoratissimis, & inter eos præcipue Venerando nostro Seniori, D. Joh. Georg. Volckamero, D. Septimo Andr. Fabricio, D. Emanuel. Guilielm. Ayrero, D. Christophor. Friderico Grubero, & imprimis D. Joh. Paul. Wurffbainio, in Cynosuræ operâ aliquantum Collaboratori, & postremò Librarius nostris Nominatissimis, pro desideratorum, & ex instructis suis Bibliothecis ceu diviti penario depromptorum Librorum facilis exhibi-

PRÆFATI O M E R C K L I N I.

exhibitione publicas agimus gratias, relaturi etiam olim, ubi ipsorum quoque studia juvandi aliquando dabitur occasio.


Atque hæc sunt, quæ præfari, operæ pretium duximus; quibus etiam Proloquii filum abrum peremus, nisi iterum iterumque prius rogandus esset Benevolus Lector, ut, si quæ omissa animadvertisit Scripta, ea deinceps amicè nobis indicare dignetur, nec propterea totum Librum damnet atque abjiciat, multò minus indignioribus criminationibus ob leviorem defectum nos conspurget; quin potius memor, quod, quemadmodum, juxta Columellam, in magna sylva boni Venatoris est, indaganter feras complures capere, nec cuiquam culpæ est, non omnes cepisse, ita nec nobis tanto vitio verti possit, si in tam spissa tot Bibliothecarum sylva unum fortè atque alterum, præprimis extra Germaniam excusum Librum intactum reliquerimus. Et si olim Hesychius atque Svidas (quanti autem hi!) cùm Græcas voces recensere instituerent, maximis licet instructi præsidis, tamen majorem earum partem præterierunt; quid mirum, si idem mihi in hoc Opere contigerit, & aliqua Scripta Med. omissa deprehendantur?

De cætero si is, cui hoc studiorum genus curæ cordique est, adhuc fortassis obvia quædam errata humaniter posthac nobis ostenderit, in beneficii partem reputabimus, atque ut hoc faciat,

per publicum Medicæ rei bonum, obsecramus. His vale,

Lector benevole! & ausibus nostris

fave.



JOH.

JOHANNIS ANTONIDÆ
van der LINDEN,



GEORG. ABRAH. MERCKLINI

DE

SCRIPTIS MEDICIS,
Liber Primus.

© ABDIAS TREW

Natus Onoldini in Franconia an. Christi 1597. Fuit Professor Physices & Mathematicum in Universitate Altdorfinâ Noric. per plurimos annos, ibid. obiit an. 1669, atatis sua 72.

Astrologia Medica, quatuor Disputationibus comprehensa; quarum prima: de Absurditatibus Astrologiae vulgaris, & contrâ veris cœlestium in hæc inferiora operationibus. Secunda: de Respectu Corporum Naturalium ad sidera in se agentia in genere. Tertia: de Homine ejusque Affectionibus, & potissimum Morbis, quatenus sideribus subjiciuntur. Quarta: de Applicatione Astrologiae ad ipsam Medicinam, & singulas ejus partes, agit. Altdorffii, apud Georgium Hagen, sine additione anni, quo excusa sit, in 4.

ABEL ROSCIUS

De Morbo Canis rabidi Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Ob-

serv. Chirurg. Centuria I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8; pag. 241. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1646, in fol.

De Hydrope, potus abstinentiæ, curato, Observatio. Extat cum Ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 95. Francof. apud Johan. Beyerum, 1646, in fol.

ABHENGNEFIT, seu AL-BENGNEFIT

De Virtutibus Medicinarum, & Ciborum. Extat cum Mesues Operibus: Item cum Elluchasem Eli-mithar Tacuinis Sanitatis de Sex Rebus Non naturalibus. Hunc Gerhardus Cremonensis ex Arabica lingua in Latinam vertit. Argentorati, apud Johan. Scottum, 1531, in fol.

De Balneis, Sermo in Appropinquatione Medicinæ ex corpore. Extat cum Opere Veneto de Balneis, pag. 429, facie aversâ. Venetiis, apud Iuntas, 1553, in fol.

A

ABHO-

pour l'explication du signe D ~ D my p. 12 del'inkord.

**ABHOMERON ABEN
ZOAR**

○ *Arabs Medicus & Scriptor. Flo-*
ruit circa annum Christi 1130, vel
1160. Anno tetatis sua 40. demum
Medicinam exercere incepisse & vi-
tam ad 135. annos produxisse fertur.

Liber Theſſir dahalmodana va-
 halaſtabir: cujus est interpretatio,
 Rectificatio medicationis & regimi-
 nis. Venetiis, apud Octav. Sco-
 tum, 1496, in fol. Ibidem, apud Gre-
 gorium de Gregoriis, 1514, in fol.
 Rursus, additis Antidotario Ejus-
 dem, & Averrhois Colliget, Lugdu-
 ni, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis. Extant cum
 Opere Veneto de Balneis in fol.
 pag. 434.

○ De Febribus Liber. Extat cum
 Opere Veneto de Febribus pag. 106.
 Venetiis, apud Gratiolum Percha-
 cinum, 1576, in fol.

ABOHALY ABEN ZOAR,
Arabs

De Regimine Sanitatis Liber, edi-
 tus à Iohanne Georgio Schenckio,
 Basileæ, apud Ludov. König. 1618.
 in 12.

**ABRAHAMUS ABEN
EZRA**

○ *Natus in Hispania, Judæus*
Rabbi, clarus anno Christi 1180.
obiiit in Insula Rhodo, ubi celebris
vixerat.

De Luminaribus, & Diebus cri-
 ticiis Liber. Lugduni, apud Iohan.
 Trechſel. 1496, in 4. Francof. apud
 Nicol. Hoffmannum, 1614, in 12.

utrobiq; cum Iohan. Ganiveti Ami-
 co Medicorum. Romæ, apud Fra-
 tres de Nicolinis, 1544, in 4. Ex-
 trat etiam cum Michaëlis Angeli
 Blondi de Diebus Criticis Libello,
 ejusdemque recognitione. Lugduni,
 1550, in 8.

○ **ABRAHAMUS ACHATIUS
HAGERUS**

De Aloe aculeata Americanâ;
 quæ Choræ, Misniæ Oppido, in
 Horto Generosis, Dn. Conrad. Lœ-
 seri in Sahlitz A. C. M. DC. LXIII.
 floruit. Altenburgi, 1663, in 4.

ABRAHAMUS BZOVIUS,
Polonus

Nomenclator Sanctorum profes-
 sione Medicorum, anniversariam
 quorum festivitatem universalis ce-
 lebrat Ecclesia, ad antiquitatis me-
 moriam elaboratus. Romæ, apud
 Petrum Discipulum, 1612, in fol.
 patenti, & in 12.

○ **ABRAHAMUS COULEUS**

.Poemata Latina, quibus con-
 tinentur sex Libri Plantarum, vi-
 delicet, duo Herbarum: duo Flo-
 rum: duo Sylvarum: & unus Mi-
 scellaneorum. Londini, 1678, in 8.

ABRAHAMUS DREYERUS,
Bremensis

De Scorbuto, Disputatio. Extat
 Decade VI. Disputationum, quas
 collegit & edidit Basileæ Johan. Jac.
 Genathius, 1622, in 4.

○ **ABRAHAMUS JUDÆUS**
Ars Caballistica. Lutetia, in 4.

○ **ABRA-**

ABRAHAMUS MUNTINGIUS,
Gröninga-Frisius.

Genuina Cultura Plantarum.
Leovardiz, 1671. in 4.

De vera antiquorum Herba Britannica, ejusdemq; efficaciâ contra Stomacacen seu Scelotyrben, Frisiis & Batavis de Scheurbuyck, Differatio Historico-Medica. Amstelodami, apud Hieronymum Sweerts, 1681, in 4.

ABRAHAMUS NEHEMIA,
Lusitanus.

Methodi Medendi universalis per Sanguinis missionem, & Purgationem, Libri duo. Quorum altero agitur de Tempore purgandi, & Ordine medendi. Accedit de Tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ, Lib. unus. Venetiis, apud Bernh. Basam, 1591, in 4. Ibidem, apud Societatem Venetam, 1604, in 4. Ibidem apud Ioh. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

ABRAHAMUS è PORTA
LEONIS, Mantuanus

De Auro, Dialogi tres : in quibus non solum de Auri in re Medicâ facultate, verum de specificâ ejus, & cæterarum rerum formâ, ac duplice potestate, quâ mixtis in omnibus illa operatur, copiosè disputatur. Venetiis, apud Iohan. Bapt. à Porta, 1514, in 4.

ABRAHAMUS SCHOPFIIUS,
Wirtembergensis

D^o K^oSOAGY omnium præsidiorum medicorum universalium &

topicorum Disquisitio, quâ quorundam Practicorum in administracione & usu eorundem errores detectiuntur, legitimaq; utendi ratio docetur. Basileæ, apud Hier. Gemssum, 1595, in 8.

ABRAHAMUS SEYLERUS,
Wratislavensis

D^o Consilia & Epistolæ Medicæ. Extant eo in Operæ, quod edidit Laurentius Scholzius, Francof. apud Andr. Weheli Hæredes, 1548, in fol. Hanoviz, apud Hæredes Johannis Aubrii, 1610, in fol.

ABSYRTUS

Prusanss. Floruit circa A. C. 330. Renatus Moreau de V. S. in Pleur.

De Mulomedicinâ Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Iohan. Valderum, 1537, in 4: Latinè autem ex interpretatione Iohan. Ruellii, Suescionensis. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in 8.

De Re Rustica Fragmenta aliquot. Extant cum Γεωπονικῷ, sive de Re Rustica selectoru Libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari, nuncupatis, Iohan. Alex. Brassicani opera in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Ibidem, apud Frobenium, 1538, in 8.

ABUBETER RHAZES

D^o Mahomethus, Pænus. Vixit annos 120. Anno 30. mederi incepit. Empiricus fuit annos 40: R^o Rationalis Medicus itidem per annos 40; adeo que

que 80. annos Praxin Medicam exercevit. Floruit circa A. C. 1070. Secundum Alios 1085. sub Henrico IV. Imperatore. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau vixit sub Almansore Rege Cordubensi A. C. 965.

Opera exquisitoria, quibus nihil utilius ad actus praticos extat. Omnia enim penitus, quae habet aut Hippocrates obscuriora, aut Galenus fuisse, fidelissime doctissimeque exponit, & in lucem profert, per Gerhardum Toletanum, Cremonensem: Andream Vesalium, Bruxellensem: Albanum Torinum, Vitoduranum, latinitate donata, ac jam primum quam castigatissime ad vetustum codicem summo studio collata, & restaurata, sic, ut à Medicinæ Candidatis intelligi possint. Basileæ, apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Librorum hoc Opere contentorum Catalogus.

De Arte Medendi Compendiosa Introductio.

Ad Regem Mansorem Lib. x.

Divisionum Lib. i.

De Antidotis in Lib. Divisionu Lib. i.

De Affectibus Juncturarum Lib. i.

De Morbis Infantium Lib. i.

Aphorismorum Libri sex: puta;

Primus, de Prognosticis:

Secundus, de Experimentis, & Confidentialiis:

Tertius, de Casibus, qui ipsi Rhaezae acciderunt:

Quartus, de Diætis, Medicinis, & Cibariis.

Quintus, de Verbis Hippocratis. Sextus, de Scientiis, & Intellectibus, sine quibus rectus Medicus esse non potest.

Antidotarius, in quo continentur Compositiones plurim medicinarum, ad diversas dispositiones, & multorum oleorum.

De Præservatione ab Ægritudine Lapidis Lib. i.

De Sectionibus, Cauteris, & Ventosis Lib. i.

De Facultatibus Partium Animalium Lib. i.

Opera parva Abubetri Filii Zacharia, Fili Arasi, quæ in hoc parvo Volu- lumine continentur, sunt:

Liber ad Almans. decem Tractatus continens, cum nonnullis Additionibus interlinearibus Gerhardi Cremonensis.

Tractatus de Ægritudinibus Juncturarum:

De Morbis Puerorum:

Aphorismorum Libri sex:

Parvum Antidotarium:

Tractatus de Præservatione ab Ægritudine Lapidis:

Liber Introductorius parvus in Medicinam:

De Sectionibus, Cauteris, & Ventosis:

Synonyma:

Liber Divisionum, cum novem Capitulis in fine additis:

Quibus Operibus additus est Constantini Monachi Viaticus.

Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1510, in 8.

Opera

Opera aliquot Rhasis jam ante impressa fuerunt Venetiis, apud Bonetum Locatellum, & Octav. Scorum, 1497. in fol. Ibidem, apud Petrum de Leucho, 1508. in fol. cum aliis quibusdam R. Moysis & Damasceni, cumque Secretis glorioissimi Hippocratis, Alexandri de Appellatis, & Zoari Libris.

Continens Rhasis ordinatus, & correctus per clariss. Artium & Medicinæ Doctorem, Magistrum Hieronymum Surianum, tunc in Camaldulensi ordine Deo dicatum, Brixiae, 1486. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1509: utrobique 2. voll. in regali folio.

De Secretis, qui Aphorismorum appellatur. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489. in 4.

De Pestilentia Libellus ex Siorum Lingua in Græcam translatus; cum Jacobi Goupyli in Eundem Castigationibus. Extat Græcè cum Alex. Tralliani lib. XII, medicinalibus, Lutetiae, apud Rob. Stephanum, 1548. in fol.

Rhasis, cognomento Experimentatoris, de Pestilentia Lib. Georgio Valla, Placentino, interprete. Extat cum Pilelli de Victus ratione lib. II. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529. in 8. E Græco in Latinum sermonem versus per Nicolaum Macchellum, Mutinensem. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1555. in 8.

De Viribus ciborum, & medicinalium simplicium, seorsim excusus est Argentorati, apud Ulricherum, 1531. in fol. Est autem tertius co-

rum librorum, qui ad Mansorem Regem sunt scripti.

Excerpta, quæ ad Aquas & Balnea pertinent. Extat pag. 309. Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus in fol. pag. 100.

AUCHARE MUGAMET

Arabs, Filius Zacharie Rhazis.

Helchavy, hoc est, Liber continens Artem medicinæ, & dicta Prædecessorum in hac Facultate commendatorum, per Mag. Hieronymum Salium (sive, de Saliis) Faventinum, ab erroribus purgatus & ornatus. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1506. in fol.

ACHATIUS MORBACHUS

Dialogus haud injucundus, in quo Philosophus Medicastrum quandam super erroribus in medendo commissis coram Prætore accusat. Extat cum Labyrintho Medicorum errantium Theophrasti Paracelsi. Norbergæ apud Valent. Neuberum, 1553. in 4.

ACHILLES PIRMINIUS GASSARUS

D. Natus Lindavii ad Lacum Bodamicum A. C. 1505. Patre Ulrico Gassaro, vel, ut alii scribunt, Gassero, Chirurgo Imperatoris Maximiliani I. & postea Centurione militum patriæ sua. In Gallia Avennione Medicina Doctor creatus est A. C. 1528. inde in Germaniam reversus Augustæ Vindelicorum usq; ad finem vita sua Medici spartam ornavit, ibidemq; melancholiâ & febri ardente obiit A. C. 1577, atatis sua 72.

Aphorismorum Hippocratis methodus nova, primum quinque Lib. distincta; Conr. Gesneri, *Tigurini*, vero opera illustrata, Huic accedunt præterea libelli de Re medicâ aliquot prius non editi. Omnia nunc primum opera & studio Casparis Wolfii, *Tigurini*, in lucem data. Sangalli, 1584. in 8.

Epistola Medica ad Conr. Gesnerum. Extat inter Hujusdem Epistolam, pag. 43. edit. Tigurinæ, apud Christophorum Froschoverum, 1577. in 4.

◎ Curationes & Observationes Medicæ. Extant cum Georgii Hieronymi Velschii Sylloge Observationum & Curationum Medicinalium. Augustæ Vindelic. apud Gottlieb Göbelium, 1668. in 4.

◎ Collectanea Practica, & Experimenta propria. Extant cum Ejusdem Velschii Consil. Medicinal. Centuriis V. Ulma, apud Christian. Baltasar. Kuenium, 1676. in 4. Itemq; cum Ejusd. Exotic. Curat. & Observ. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eadem.

◎ Historia de Gestatione Foetus mortui. Extat cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis raris. Vide Rembert. Dodon.

ACHMETES F. SEIRIM

Oneirocritica nunc primum Græcè in lucem edita ex Bibliotheca Regis Christianissimi. Lutetiaz, apud Marcum Orry, 1603. in 4. Extant cum Artemidori Oneirocriticis,

ACTIUS PHILIPPUS PELINIGERUS, Trojanus. Contradictiones Avicennæ. Venetiis, apud Joh. Andr. Valvassorium, 1522. in 8.

ACTUARIUS JOHANNES

¶ Filius Zacharia, Medicus Graecus clarissimus. Qui vir autem, & cujas fuerit, nunquam se invenisse scribit Ambrosius Leo, itemq; Petrus Castellanus, Vit. Illustr. Medicorum. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic. Vixit circa Annum Christi 1100. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Opera. Parisiis, apud Morellum, in 8. Lugduni, apud Joh. Tornazium, 1556. in 8. tribus tomis. Lutetiaz, apud Henric. Stephanum, 1567. in fol. inter Medicæ Artis Principes.

Continentur autem his Operibus: De Actionibus, & Spiritus animalis affectibus, ejusdemque nutritione, Lib. I. De Urinis Lib. VII. Methodi Medendi Lib. VI. De Medicamentorum compositione Lib. I.

Seorsim extant: De Actionibus, & affectibus Spiritus animalis, ejusque victu lib. I. nunc primum in lucem prodierunt, Jacobi Gouyli beneficio, Græcè. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1557. in 8.

¶ De Urinis Libri septem, Ambrosio Leone, Nolano, interprete. Venetiis, apud Laurent. Vitalem 1519. in 4. Basileæ, apud Andr. Cratian drum,

tandrum, 1529. in 8. Jacobus Goupylus hanc Nolani interpretationem ad Græcorum exemplarium fidem recognovit. Adnotacionibusq; & Scholiis illustravit. Parisiis, apud Johannem Roygni, 1548. in 8. Ultrajecti, 1670. in 8.

Methodi Medendi Libri sex. Quibus omnia, quæ ad Medicinam factandam pertinent, ferè complectitur. Corn. Henricus Mathisius, *Bru-gensis*, nunc primum vertit. Venetiis, 1554. in 4. Accessit

De Victus ratione in Spiritu animali Libri duo, Julio Alexandrino interprete.

De Puerorum Educatione Liber, versibus, codem Auctore. Venetiis, apud Petr. de Nicolinis de Sabio, 1567. in 8.

De Medicamentorum compositione, Johan. Ruellio interpr. Parisiis, apud Conrad. Neobarium, 1539. in 12. Basileæ, apud Bogardum, 1546. in 8. apud Rob. Winter, 1540. in 8. Huic adjecta in Medicinæ Candidatorum gratiam succedaneorum medicamentorum tabula, quorum usus habetur reciprocus, Græcè, & Latinè, per Conr. Gesnerum, *Tigri-nam*.

De Febribus Lib. Extat cum Opere Veneto de Febr. pag. 176. Venetiis, apud Gratiosum Percha-cinum, 1553. in fol.

© ADALBERTUS TYL.

KOWSKI

Disquisitio Physica Ostenti duorum Puerorum; quorum unus cum dente aureo; alter cum capite Gy-

ganteo Vilna in Lithuania Regni Polonizæ Provincia spectabantur anno Domini 1673. Gedani, 1674. in 12.

Philosophia Curiosa, sive Quæstiones & Conclusiones Curiosæ, ex Universa Aristotelis Philosophia. Cracoviæ, 1669. in 8.

Meteorologia Curiosa. Ibidem, 1669. in 8.

ADAMANTIUS SOPHISTA

¶ Physiognomicon, id est, De naturæ Indicis cognoscendis, Lib. duo, Græcè operâ Camilli Petrusci editi sunt Romæ, 1545. in 4. cum Eliani Variæ historia Lib. XIV. aliisque. Latinè autem, interprete Jano Cornario, cum Plutarchi, *Charonensis*, Locis duobus ad Argumentum de utriusque Alimenti Receptaculis pertinentibus. Basileæ, apud Rob. Winter. 1544. in 8. Adjecto etiam exemplari Græco.

Fragmenta aliquot medica. Exstant apud Aëtium: scilicet, Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum. Tetrab. 11. Serm. 4. cap. 27. Cura dentium à siccitate affectorum, Ibid. cap. 31. Vid. Aetius.

© ADAMUS à BODENSTEIN.

Natus Carolostadii Anno Christi 1528. Patre Andreâ Bodensteinio, à Patria dicto Carolostadio, notissimo illo Theologo. Basileæ ferè primus Paracelsi doctrinam professus est. Anno Christi 1576. Basileæ peste grasse Theriacam peculiarem Chymicè composuit, de eaq; Libellum edidit, in quo promisit, se hujus Theriaca beneficio omnes à peste præservatum,

rum, eāq; infectos curaturum. Sed ipse anno sequente, nempe 1577. eādem peste correptus, ut ut nemo hominum tum temporis in illa plateā, quā ipse habitavit, infectus decumberet, vitam finivit, atatis sua 49. Epistola ad Illustr. Dn. Fuggeros, quā Chymia defenditur. Item de Lapide Philosophorum. Item de Curatione ad Præservationem Podagræ. Item de XII. herbis Signis Zodiaci dicatis. Item Observationes Marginales in Chirurgiam Paracelsi. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1581. in fol.

Paracelsi Libros V. de Vita longa cum Commentario Gerhardi Dornæi recognovit & edidit. Francofurti, 1560. in 8. Ibidem, 1583. in 8.

Paracelsi Tractat. de Gradibus, Compositionibus, Dosibus, Receptorum ac Naturalium: Nec non Ejusdem XVII. capita de Anatomia edit. Basileæ, 1568. in 8.

Paracelsi Libros duos de Præparationibus Mineralium edidit, Basileæ, 1569. in 8.

ADAMUS BOGARDUS

De Arthritide Consilia quædam. Extant in eo opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Johani. Wechelum, 1592. in 8.

ADAMUS BRUXIUS

Simonides Redivivus, seu Ars Memoriæ & Oblivionis, tabulis expressa. Lipsiæ, 1610. in 4.

ADAMUS BUECHERIUS

De Nutritionis lœsæ Causis, Friburgi Brisgojæ, 1598. in 4.

ADAMUS LANDAVUS, Ingolstadiensis

Orationes duæ: I. de Athletica valetudine. II. de Corruptionis aratum causâ, & Antithesi veteris, & novæ Medicinæ. Extant Tomo I. Orationum Ingolstadiensium, in 8.

Laurentii Grylli Lib. I. de Sapore dulci & amaro edidit. V. Laur. Gryll.

ADAMUS à LEBEN-

W A L D.

Observatio de Offibus Draconum versus existentium, & eorum usu. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. II. Num. 105.

de Coecitate à remedio superstitionis. Ibid. Ann. Eod. N. 106.

de Sanguine caustico. Ibid. Ann. Eod. N. 107. unâ cum Scholiis ad eam.

de Miro effectu Tabaci. Ibid. Ann. Eod. N. 108.

de Visci querni admiranda virtute. Ibid. Ann. Eod. N. 109.

ADAMUS LONICERUS

Natus Marpurgi Hassorum anno Christi 1528. Patre Iohanne Lonicero, in Universitate Marpurgensis trium Linguarum Professore: creatus Philosophie Magister in Universitate patriæ 1545. anno etatis sua 16. Anno 1553. dictâ in Universitate Matheos Professor Publ. constitutus, inq; eādem anno proximè sequente Medicina Doctor renunciatus, & eodem anno, nempe 1554. à Senatu Francofurtensi ad Muenum Archiatere

annuo salario conductus est; quo munere per annos 32. feliciter functus ead. in Urbe vivere desit anno 1580. atatus sue 58.

Historia naturalis Opus novum. In quo tractatur de Arborum, Fru-
ticum, Herbarum, Animantiumque
terrestrium, volatilium, & aquati-
lium: Item Gemmarum, Metallo-
rum, Succorumque concretorum,
adeoque de vera cognitione, delectu,
& usu omnium simplicium medica-
mentorum, quorum & Medicis, &
Officinis usus esse debet. Una cum
eotundem ad vivum effigiatis Ima-
ginibus. Accesserunt quædam de Stil-
latiorum liquorum ratione, ejus
artis, & Instrumentorum usu, atque
de peculiaribus medicamentorum
simplicium facultatibus. Francofuri-
ti, apud Christ. Egenolphum, 1551. in fol.

Naturalis Historia Tomus 11. de
Plantarum, earumque potissimum,
quæ locis nostris rariores sunt, de-
scriptione, naturâ, & viribus. Ac-
cessit Onomasticon, continens va-
rias Plantarum nomenclaturas, ut-
pote Græcas, Latinas, Italicas, Gal-
licas, Germanicas: Vocabulique, qua-
rum in Plantarum descriptionibus
frequens est usus, explicationem.
Francofuri, apud Egenolphum,
1555. in fol.

Methodus rei herbariæ & Ani-
madversiones in Galenum & Avi-
cennam. Francof. 1540. in 4.

D Foresi Commentaria in Apho-
rismos Hippocratis edidit. Franco-
furi, apud Christophorum Egenol-

phum, 1551. in 8. Ibidem, apud
Eundem, 1554. in 8.

Omnium corporis humani af-
fectuum explicatio methodica: in
quamirâ brevitate singulorum mor-
borum causæ, &c. traduntur. Publi-
cante Teucro Annæo Privato. Fran-
cofurti, apud Palthenium, 1594.
in 8.

De Purgationibus Libri 111. Ex
Hippocrate, Galeno, Aëtio & Me-
sue de propterti, foras dati per Teuc.
Annæum Privatum. Francof. apud
Petrum Fischerum, 1596. in 8.

◎ ADAMUS LUCHTENIUS

Observatio de Casu ab alto Divi Chri-
stiani IV. Daniæ Regis. Extat
Act. Hafniens. Volum. II. N. 11.
de morbo fatali Elisabethæ
Danicæ Duc. Brunsw. Ibid.
Volum. Eod. N. 12.
de morbo fatali Christiani Du-
cis Brunswic. Ibid. Volum.
Eod. N. 13.

◎ ADAMUS OLEARIUS

Pinacotheca Rerum Naturalium
Gottorpiensis. Slesvici, in fol.
transverso.

ADAMUS WEINENERUS
Præcognita Majoris & Minoris
Mundi. Item Secreta Naturalia. In
12.

ADAMUS ZALUZANII

à Zaluzaniis.

Animadversionum medicarum in
Galenum & Avicennam Lib. V II.
quibus singulæ medicinæ partes, ad
totius artis logicæ normam redi-
guntur. Item Synopsis legitimæ In-
stitutio-

stitutionis Medicinae in extremis indicis nomine posita. Francofurti, apud Palthenium, 1604. in 8.

○ Methodi Herbariae Libri tres. Francofurti, è Collegio Paltheniano, 1604. in 4.

ADOLPHUS OCCO

○ Natus Augusta Vindel. Anno Christi 1524. Patre & Avo homonymo. Inspector Pharmacopolorum Augustan. annuo stipendio conductus per multos annos fuit. Aluit familiam & sobolem numerosam. Primus Graecam Linguam Germania invexisse dicitur. Rudolphi Agricola discipulus. Obiit Anno Christi 1605. etatis sua 81.

Pharmacopæa, seu Medicamentarium pro Rep. Augustana. Augustæ Vind. 1574. in fol. Ibid. apud Valent. Schoenigium, 1597. in 4. longiori. Ib. apud Georg. Willerum, 1580. in 12. Jussu vero & auctoritate Amplissimi Senatus à Collegio Medico rursus recognita, ac elaboratior, & auctior, sextum in lucem emissâ est. Ibidem, apud Christ. Mangum, 1613. in fol. Ibidem septimum, 1622. in fol. Iterum 1640. in fol. & Mantissa Hippocratica & Hermetica locupletatum.

Epistola Græca ad Conr. Gesnerum, de Oxymeli helleborato, aliisque ad rem medicam spectantibus. Extat Lib. 11. Epist. ejusdem Gesneri, pag. 58. versâ, in 4.

Epistola Medica. Extat eo in Operé, quod Laurentius Scholzius edit. Francofurti apud And. Wecheli hæredes, 1598. in fol. pag. 18. Hanoviae, 1610. in fol.

ADOLPHUS VORSTIUS

○ Natus Delphis Belg. Anno Christi 1597. Patre Aelio Everardo Vorstio, Medi Doct. & Profess. Leydeni: Creatus Med. Doctor Patavii, 1622. Professor verò & Collega Patrus sui factus biennio post, anno nempe, 1624. Botanices etiam provinciâ defuncto, proximè sequente anno, Patre, in eadem Academiâ natus. Commentarium adhuc ineditum scripsit in Theophrastum Eresium Philosophia Botanica Scriptorem, admirandum penè, in quo innumera alii prætervisa observavit, annotavit, & emendavit: Obiit ibidem 1663. etatis sua 66.

○ Catalogus Plantarum Horti Academicici Lugduno-Batavi; quibus is instructus erat 1642. Accedit Index Plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis nascentur. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1643. in 24.

○ Recognitio Versionis Johan. Opsopæi Aphorismorum Hippocratis. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1628. in 32. Ibidem, apud Gäsbeekios, sine expressione anni, quo excusa sit, in 32. Huic Editioni compendiosissimæ & elegantissimæ acceserunt loca parallela ex ipso Hippocrate ut & Celso petita; itemq; Index luculentus.

ADRIANUS ALEMANUS,

Soricensis

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Aere, Aquis, & Locis, Liber olim mancus, nunc integer, qui Galeno, de Habitationibus, & Aquis,

Ad Aquis, & Temporibus, & Regionibus inscribitur, Commentariis quatuor illustratus. Parisiis, apud Aegidium Gorbinum, 1557. in 8.

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Flatibus Liber, Commentariis illustratus. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1557. in 8.

◎ ADRIANUS AUZOTIUS

Epistola ad Johannem Pecquetum de Vasis Laetoris, & Receptaculo Chyli. Extat cum Siboldi Hemsterhuyii Messe Aurea. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659. in 8.

◎ ADRIANUS COLLARDUS

Tabulæ Quadrupedum æri incisæ.

ADRIANUS JUNIUS

◎ Adrianus sive Hadrianus Junius natus est Horne, Belgicâ Crivitate, Anno Christi 1512 Patre Consulari: Philosophus, Medicus, Historicus & Poëta: Græca, Latina, Italica, Gallica, Hispanica, Anglicæ & Germanica Lingua peritus: creatus Medicina Doctor in Italia: Harlemi Medicinam cum laude fecit, & ludum literarium quibusdam aperuit. Harlemo bellico furore depulsi, Armuidam juxta Middelburgum secessit, ubi pre mœrore, imprimis ex relicta Harlemi Bibliotheca sua rui-nâ concepto, lethali morbo correptus, obiit Anno Christi 1575. atatus sua 63. Middelburgi sepultus, Academia nempe tum nascentis designatus Professor.

Phalli ex fungorum genere in Hollandiæ fabuletis passim crescens.

tis descriptio, & ad vivum expressa figura. Delphis, apud Herm. Schinkelium, 1564. in 4. Lugd. Batavor. apud Christ. Guyotium, 1601. in 4.

De Coma Commentarius. Extat cum ejusdem Animadverorum Libris sex, qui sunt omnigenæ lectio-nis thesaurus, in quibus infiniti pe-ne Authorum loci corrigitur, & declarantur. Basileæ, apud Isingri-nium, 1556. in 8.

○ Nomenclator omnium rerum pro-pria nomina variis linguis explicata indicans. Parisiis, sub Circeo au-reo, viâ Jacobæ 1567. in 8. Antverpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1577. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1583. in 8. Francofurti, apud Johannem Saurium, 1596. in 8. Hæ tres postremæ Editiones multo, quam antea, emendatores ac locupletiores sunt. Habet autem, qui medicæ rei illustrandæ sunt commo-di, titulos triginta, ut

○ de Homine, & Partibus Huma-ni Corporis:

de Animalibus quadrupedibus;

de Avibus:

de Piscium Partibus & Gene-ribus:

de Vermibus & Insectis:

de Serpentium Generibus:

de Cibis:

de Potu:

de Mensis Secundis & Fructibus:

de Aromatibus & Speciebus:

de Frumentis & Leguminibus:

de Re Herbaria:

de Arboribus & Fruticibus:

de Rosæ Partibus:

de Arborum Nominibus.

de Capitis Peculiaribus.

de Coquinaria:

de Chirurgicis:

de Re Mensuraria:

de Mensuris Liquidorum:

de Mensuris Aridorum:

de Elementis, eōq; spe&tantibus:

de Terræ, Aquarium, Loco-
rumq; Vocabulis:

de Metallis:

de Lapidibus:

de Gemmis:

de Morborum, Symptomatum,

Vitiorumq; Naturæ & Af-
fectionum Vocabulis:

de Vocabulis quoquo modo
affecti Corporis:

de Medicamentis:

de Saporum Generibus:

Theophylacti Symocatae Physicas
Quæstiones interpretatus est. Extant
in Cassii Jatrosophistæ Quæstionibus
naturalibus. Vid. Cassius Felix.

ADRIANUS SPIGELIUS

○ Natus Bruxella Anno Christi
1578. Medicus & Anatomicus Cele-
berrimus in Academia Venetorum
Patavinâ & Equo Venetus: Obiit
empyematicus factus ex accepto à fra-
cto vitro, quod in nuptiis Filiae unicæ
fractum colligebat, vulnere digiti si-
nistra manus, superveniente inflam-
matione totius brachii & tumore sub
axillâ ad suppurationem perducto an-
no Christi 1625. ætatis sue 47.

Opera, quæ extant, omnia. Ex-
recensione Joh. Antonidæ van der
Linden: cum Præfatione Ejusdem.

Amsterdami, apud Johannem Blaeu,
1645. in reg. fol.

Continentur Tomo primo,

Adriani Spigelii, Bruxellensis, De Fa-
brica humani corporis Libri de-
cem.

Julii Casterii, Placentini, Tabulae
Anatomicæ, cum

Danielis Bucretii Vratislavensis
Supplemento.

Adriani Spigelii, De formato foetu,
Liber singularis.

Julii Casterii Tabulae de formato
foetu.

Casparis Aselli, Cremonensis, De
Lactibus, sive Lacteis Venis Disser-
tatio.

Guilielmi Harveji, Angli, De Motu
Cordis & Sanguinis in Animali-
bus Exercitatio.

Johannis Walæi, Leidenſis, Episto-
lae duas de motu Chyli & Sangui-
nis.

Tomo secundo,

Adriani Spigelii, Bruxellensis

De Semiteriana Lib. I V.

De Arthritide Liber.

De Lumbrico Lato Liber.

Ifagoges in Rem herbariam Lib. II.

Antonii van der Linden, Nerdini,
De monstrosis vermis, Obser-
vatio rara, pag. 92.

De Humanæ corporis fabrica Libri
decem, Tabulis XCIX. æri incisis
elegantissimis, nec antehac viis ex-
ornati. Opus posthumum. Daniel
Bucretius, Vratislavensis, iussu Au-
thoris, in lucem profert. Venetiis,
apud Evangelistam Deuchinum,

Ad

1627. in reg. fol. Francof. apud Matthæum Merianum, 1632. in 4.

De Formato Foetu Liber singula-
ris, æneis figuris exornatus. Episto-
la duæ Anatomicæ. Tractatus de
Arthritide. Opera posthuma, stu-
dio Liberalis Cremæ, Tarvisini, edi-
ta. Patavii, apud Joh. Bapt. de Mar-
tinis, & Livium Pasquatum, 1626.
in reg. fol. Francof. apud Matth.
Merianum, 1631. in 4.

Catastrophe Anatomiae publicæ,
in celeberrimo Lycæo Patavino fe-
liciter absolute, fausta acclamatio-
ne Inclytæ Nationis Germanicæ ex-
cepta. Patavii, apud Martinum,
1624. in 4.

¶ Isagoges in rem Herbariam Li-
bri duo. Patavii, apud Paulum Me-
jettum, 1606. & 1608, in 4. Lugd.
Batav. apud Elzevrios, 1634. in 16.
Helmestadii, apud Johann. Heit-
mullerum, 1667. in 4.

¶ De Lumbrico Lato Liber. Cum
ejusdem Lumbrici iconæ, & notis.
Accessit ejusdem Auctoris Epistola
de Incerto tempore Partus. Patavii,
apud Laurentium Pasquatum, 1618.
in 4. Eadem Epistola extat etiam
cum Francisc. Plazzono de Partibus
Generationis. Lugduni Batavorum,
apud Felicem Lopez de Haro, 1664.
in 12.

De Semiteriana Libri quatuor.
Accessit in fine Epistola ejusdem
Argumenti. Francof. apud Hæred.
Joh. Theodori de Bry, 1624. in 4.

De Lithotomia, sive Calculi ves-
ciae sectione Consultatio. Extat
cum Johannis Beverovici Libro de

Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevi-
rios, 1638. in 12.

ADRIANUS TOLL,
Lugduno-Batavus

Cl. Galeni in Aphorismos Hippo-
cratis Commentaria, ex interpreta-
tione Anutii Foësi & Guilielmi Plan-
tii, cum Annotationibus ejusdem
edidit. Lugd. Batav. apud Johannem
Maire, 1633. in 12.

¶ Johannis Stockeri Praxin au-
ream, ad Humanæ corporis morbos
omnes, tum internos, tum exter-
nos, recensuit, à mendis repurgavit,
& Commentariis ad obscuriora
loca illustravit, Opusque novum fe-
cit. Lugd. Batav. apud Johan. Mai-
re, 1634. in 12. Ibidem, 1657.
in 12.

Anshelmi Boetii de Boodt, Gem-
marum & Lapidum historiam recen-
suit, à mendis repurgavit, Commen-
tariis, & pluribus, melioribusque
Figuris illustravit, cum Indice locu-
peliore. Lugd. Batav. apud Johan.
Maire, 1636. in 8.

ADRIANUS TURNEBUS

¶ De Vino Libellus. Cum Proce-
mio Johan. Caselii. Helmestadii, apud
Jac. Lucium, 1605. in 4. Extat
quoque cum Operibus ejus: nec
non cum Johann. Henrici Meibomii
Commentario de Cervisiis Potibusq;
& Ebriaminibus extra vinum aliis.
Helmestadii, apud Johannem Heit-
mullerum, 1668. in 4.

Theophrasti Eresi Opera pleraq;
Latinè interpretatus est. Vid. Theo-
phrast, Eresius.

○ Theophrasti Libellos duos: Unum de Igne: alterum de Odoribus, in Latinum vertit, & seorsim edidit. Hardervici, 1656. in 12,

ADRIANUS ZIEGLERUS,

Tigurinus

Pharmacopœa Spagyrica: continens selectissima remedia Chymica, desumpta ex Basilica Chymicâ Oswaldi Crollii: Pharmacopœa dogmaticâ restitutâ Jos. Quercetani: & aliis Authoribus Chymico-Medicis peritissimis: rite, & fideliter præparata, manu ejus propriâ. Tiguri, apud Hardmejerum, 1616. in 4. lb. apud Bodmerianum 1628. in 4.

ÆGIDIUS EVERHARTUS,

Antverpiensis

De Herba Panacea, quam alii Tabacum, alii Petum, aut Nicotianam vocant, brevis Commentariolus. Quo admirandæ, ac proflus divinæ hujus Peruanæ stirpis facultates, & usus explicantur. Antverpiæ, apud Johan. Bellerum, 1587. in 16. Accesserunt huic Libello, ut aversâ tituli facie est videre, ejusdem Autoris operâ editi seqq. Libb.

Compendiosa Narratio de Uso, & praxi radicis Mechoacanæ, ex Hispania nova Indiae Occidentalis nuper allatæ.

Gerhardi Bergensis Medici de Pestis Præservatione Libellus ad S. P. Q. Antverpiensem. Vid. Gerhard. Bergensis.

Galeni Pergameni Libellus de Theriaca ad Pisōnem, interprete & com-

mentatore Johanne Juvene, Medico Irenensi.

Eiusdem de Antidotis Libri 11. ab Andrea Lacuna in Compendium redacti.

Johannis Juvenis Opusculum de Medicamentis Rezoardicis, quorum usus à Peste præservat.

ÆGIDIUS de FOENO,

Anglus

De Plantarum Causis, Historia ac Descriptio.

ÆGIDIUS de HERTOGHE

(Hertogius)

De Gestatione Fœtus mortui per tredecim annos, Historia memorabilis. Extat cum Matthiæ Coronacis Medicæ Consultationis apud agrotos instituendæ Enchiridio. Basileæ, apud Oporinum, 1564. in 8. Item cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis Raris. Vide suo loco.

ÆGIDIUS, Monachus Benedictinus, natione Græcus.

De Urinarum Judiciis Lib. 1. De Pulsibus Lib. 1. cum expositione & commento Magistri Gentilis de Fulgineo. Venetiis, 1494. in 8. Lugduni, 1505. in 8. Postea vero pluribus locis correcti per M. Avenantium de Camerino. Basileæ, apud Thomam Wolffium, 1529. in 8.

ÆGIDIUS ROMANUS.

Natus Lovaniæ Anno Christi 1561. Mathematicus sui temporis facile Princeps: factus Heripolensis Episcopi Archiater, Medicinam ibidem

dem publicè primus docuit, & uxore defunctâ Sacerdos ac Canonicus renunciatus: inde Poloniā secessit, ubi Regius Mathematicus & Eques auratus nuncupatus est. Cum tandem in Belgium cogitaret, curando morbo institutâ profectione ad Aquas Spadanias, in via Moguntia obiit Anno Christi 1615, etatis sua 54.

De Formatione Corporis humani in Utero. Parisiis, 1615. in 4.

ÆGIDIUS de VADIS

Dialogus inter naturam & filium Philosophie, Tabula, diversorum Metallorum vocabula, quibus usi sunt veteres ad artem celandam, explicans. Extant Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zettnerum, 1613. in 8. pag. 89.

ÆLIUS EVERHARDUS VORSTIUS

Natus Ruremundæ in Menapiis Anno Christi 1565, Patre Henrico Vorstio. Post 14. annorum peregrinationem 1596. domum reversus, paulo post anno nempe 1598. Lugduni Batavorum Medicina Profess. Publ. declaratus est: quo in munere annos 26. versatus, ibidem obiit 1624. etatis sua 60.

Oratio funebris in Obitum V. N. & Cl. Caroli Clusii, Atrebatis. Accesserunt Variorum Epicedia. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1609. in 8.

Oratio funebris, dicta honori & memoriae V. Cl. D. Petri Pavli, Med. Prof. in Acad. Lugg. Batavor. Pri-

marii, Anatomici & Botanici eximii, post ductum Funus prid. Non August. Anno 1610. ex viii. Accesserunt in ejusdem V. Cl. obitum varia Epicedia. Lugduni Batavorum apud Bonavent. Elzevirium, 1617. in 4.

ÆMILIUS, quem Hispanum
et V. Galie, alii Africanum fuisse
volunt

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinaria Medicinæ Scriptores, qui Græcè extant Basiliæ, apud Johan. Valderum, 1537. in 4. Latinè ex interpretatione Joh. Ruellii. Parisiis, apud Sim. Coliniænum, 1530. in fol.

ÆMILIUS CAMPOLONGUS

Natus est Patavii Ital. ex nobili familia Anno Christi 1550. Ab anno 1578. usq; ad annum 1604. quo etatis sua 54. obiit, adeoq; integros annos 27. in Academia patriæ Medicinam primò Theoricam, & deinde Practicam etiam publicè docuit: Aristotelis & Galeni cultor inter Medicos sui temporis facile Princeps.

Theorematæ de humana perfectione, veritatis indagatoribus Patavii disquienda relicta. Patavii, apud Laur. Pasquatum 1573. in 4.

Empedoclini, seu nova cognoscendi morbos Methodus, ad Analyseos Capivaccianæ normam expressa. Nunc primum per Johannem Jesse-nium à Jessen, rectè discentium & medentium usui publicata. Witebergæ, apud Laur. Säuberlichum, 1601, in 8.

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propositæ in Acad. Patavina à viris Nobiliss. Profess. D. Alb. Bottino, & Æmilio Campolongo: operâ Lazari Susembeti in lucem editæ. Francof. apud Zach. Palthen. 1595. in 8.

De Arthritide Liber unus: de Variolis Liber alter: ex ejusdem explanationibus deerupti, ac publicati. Venetiis, apud Paulum Mejetum, 1586. in 4. & 1596.

D. De Arthritide Liber unus. Cui accessit Ant. Schnebergeri Medicamentorum facile parabilem, adversus omnis generis articulorum dolores. Enumeratio. Item Ejusdem Snebergeri de Multiplici Salis usu Libellus: Item Ejusdem Gemma Amethystus sive Carbunculus Æthyops: tandemq; Johannis Fernelii Consilium pro Epileptico scriptum: Spiræ Nemetum, apud Bern. Albinum, 1592. in 8.

De Vermibus: de Uteri affectibus: deque morbis Cutaneis Tractatus præstantissimi. Extant cum Hier. Fabricii ab Aquapendente Medicinâ Practicâ. Parisiis, apud Clodoveum Cottard. 1634. in 4.

ÆMILIUS DUSUS, *Braidenis*

De Valetudine tuenda Liber. Taurini, apud Hæred. Nicolai Bevilaquæ, 1582. in 8.

ÆMILIUS MACER

¶ Natus Verona. Floruit sub Imperatore Augusto: Virgilius coetaneus, & ipse Poeta eximus fuit. Eusebius

prodidit, eum paucis annis post Virgilium obiisse. Quæ de Viribus Herbarum Carmina circumferuntur, non hujus esse Macri, adeo manifestum esse putat Petr. Castellanus in Vit. Illustr. Medicor. ut probatione non egeat.

¶ De Herbarum Virtutibus Opusculum, Carminicè exaratum, & cum Georgii Pistorii, *Villingani* expositione primum in lucem editum. Adhærentibus Graduum compendiosâ Tabulâ, omniumq; hic contentorum fructuoso Indice, & in fine Elencho, ut quisque facile ex eo percipiat omnium morborum à summo vertice ad imos pedes medicinalem curam. Basileæ, apud Henricum Petri, 1559. in 8. Et cum Joh. Atrociani Commentariis longè utilissimis. Basileæ, apud Sebæst. Henric. Petri, 1581. in 8. Friburgi Brisg. apud Emmæum, 1530. in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547. in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 224. cum Atrociani Commentariis longè utilissimis. Francof. apud Egenolphum, 1540. in 8. ex recognitione Jani Cornarii. Hamburgi, apud Jacob. Wolff. 1596. in 8. hoc titulo: Henrici Rantzovii editio Librorum Macri de virtutibus Herbarum, de quibusdam animalium partibus, ac Terræ speciebus, itemque medicamentis totius corporis humani, jam recenter ex Biblioth. sua Bredensi de promotorum.

ÆMILIUS PARISANUS,

Romanus

Nobilium exercitationum Libri duode-

duodecim, de Subtilitate. Accessit par, & sanius judicium de Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus. Venetiis, apud Evang. Deuchinum, 1623. in fol.

Nobilium Exercitationum de Subtilitate pars altera. Lapis Lydius de Diaphragmate, ad Joh. Riolanum, Juniorem, Anatomicum Parisiensem, Medicum Regium. De Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus, ad Mundinum Mundinum, Medicum Venetum & sequaces; ubi obiter Vera Aristotelis vita & gesta, De Calido Innato ad præclaros Academicos Patayinos, Salam, Cremonianum, Caimum, Sandorium. De Cordis & Sanguinis motu ad Guilielnum Harvey, Angulum, Anatomicum Londinensem, Med. Regium. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiolum, 1635. in fol.

Nobilium Exercitationum de Subtilitate pars tertia: De Seminis à toto proventu: De principiis generationis, singularis certaminis lapis lydius, ad Johannem Gallego de la Serna, Malackensem, &c. De Visione, ad Andream Laurentium, olim Henrici IV. Regis Medicum. Nec non obiter ad Johannem Riolanum, Regium Medicum & Parisiensem Anatomicum. Venetiis apud Juntas, 1638. in fol.

ÆNEAS VIGIANUS

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605. in 4. & 1616. in 8.

ÆSCHACIUS MAJOR,

Dobresanus Scrutinium Ingeniorum pro iis, qui excellere cupiunt, Viennae, 1637. in 8.

ÆSCULAPIUS

D. Filius Apollinis, ex Coronide Nympha, Discipulus Chironis: qui, quod medicinam rudem adhuc & inertem subtilius excoluerit, in Deorum numerum receptus est, & proinde Medicina precipuus Inventor atque Amplificator habitus. Vid. Tarquinium de Illustr. Viris. Vixit A. M. 2242. A. ante C. 1720. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic. Fulmine ictus obiisse dicitur vel, ne fatalis ordo rerum interrumperetur, vel, quia divitem malum morti jam vicinum sanitati restituit. Petr. Castellan. in Vit. Illustr. Medicor.

De morborum, Infirmitatum, corporisque accidentium, origine, causis, descriptionibus, & curâ Liber. Argentorati, apud Schottum, 1544. in fol. Cum Trotula, aliisque.

ÆTHO JOHANNES FREUDENBERG

De Abusu, & Impostura Medicantium Libellus, perquam utilis, ac jucundus futurus, quibus cum Medicis erit negotiam. Marpurgi, apud Cervicornum, 1538. in 8.

AETIUS AMIDENUS

D. Natus Amida, Mesopotamie opido, hincq. à patria dictus Amidenus. Fuit Comes Opitii & Medicus Gracae, clarus nominis: discipulus Eunomii; etate posterior Paulo Egin. Vixit

Vixit sub Constantino & Theodosio Imperatoribus Anno Christi 350. vel secundum alios 437. vel potius Anno Christi 455. & anno Mundi 4404. In hoc habemus, ut scribit Petr. Castellanus in Vit. Illustr. Medicor. Galenum contractum, Oribasium explicatum, Paulum Aeginetam ampliatum.

Librorum Medicinalium Tomus primus, primi scilicet Libri octo nunc primum in lucem editi. Græce. Venetiis, apud Aldum & Asulanum, 1534. in fol.

¶ Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabiblos, hoc est, Quaternio, id est, Libri universales quatuor: singuli quatuor Sermones complectentes: ut sint in summa quatuor Sermonum quaterniones, id est, Sermones XV. Latinè, ex interpretatione Jani Cornarii, sine nominatione loci, anni aut impressoris, in fol. Venetiis, ex Offic. Farrea, 1543. in 8. ex versione Ejusdem & Johan. Bapt. Montani. Basileæ, apud Hieronymum Frobenium, 1535. in fol. ex integra Cornarii versione. Basileæ, apud Eudem, 1542. & 1549. pari formâ. Lugduni, apud Godefr. & Marcellum Beringorum, 1549. in fol, apud Sebast. de Honoratis, 1560. in 12. voll. 4. Quibus duabus postremis editionibus accesserunt in duos priores Libros (quos de Simplicibus scripsit) Scholia, rei medicæ studiofis plurimum profutura, per Hugo-nem Solerium, Sanionem, Pari-sis, 1567. in fol.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 482, Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febr., pag. 58. in fol.

AETIUS CLETUS, *Signinus*
Dilucidatio in Aphorism. XXII. primæ sect. pro defensione interpretationis Marsili Cagnati, nuper edita per Philandrum Colutium Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621. in 8.

Dodecaporion Chalcanthinum. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1620. in 4.

De Morbo Strangulatorio Opus. Romæ, apud Lud. Grignanum, 1636. in 8.

○ AGAPITUS BISELLUS,
à Saxo ferrato

Disputatio, continens Theorema-ta Logica, Naturalia, Medicinalia, publicè triduo in Patavino Gym-nasio disputata. Patavii, 1557. in 4.

AGRICOLA PHILOPISTIUS,
Germanus

Lapis Philosophorum, aperiens, ac revelans rerum secretissimarum latentem, & salutarem usum. Coloniae Agrippinæ, apud Henr. Crithium, 1531. in 24.

○ AHASVERUS REGE-MORTERUS.

Francisci Glissonii Tractatus de Rachitide sive Morbo Puerili Edi-tioni postremæ Hagæ Comitis apud Arnoldum Leers, 1682. in 12. emissæ Observations continuæ sub-texuit.

ALANUS, *Philosophus*
Dicta de Lapide Philosophico. Extant cum Jodoci Greveri Se-creto, edito à Justo à Balbiani, Lugd. Patav.

Al
Batav. apud Christoph. Raphelèn-
gium, 1599, in 8. & vol. III. Thea-
tri Chymici, in 8.

ALARDUS, Amstelredamus
Hippocratis Cœl ad Damagetum
Epistolæ cum primis eruditæ juxta
ac salutaris Interpretatio, & Para-
phrasis. Salingiaci, apud Johan. So-
terem, 1530. in 8.

Scholia in Marbodæ Galli Cœno-
mahensis de Gemmarum lapidum-
que pretiosorum formis, naturis,
atque viribus eruditum opusculum.
Coloniæ, apud Heronem Alopecium,
1539, in 8.

ALARDUS AULETIUS,
Leovardiensis

Monitio ad illustres & amplissi-
mos Dominos Ordines Frisiæ, De re-
formanda Praxi medicâ. Franekeræ,
apud Ægidium Radæum, 1603. in 4.

ALBANUS TORINUS

Vitoduriensis, Medicus Basiliens-
sis, utrâque lingua doctissimus. Flo-
ruit Anno Christi 1538. Justus in
Chronol. Medic.

Epistola Apologetica ad Ander-
nacum, ipsius versionem esse men-
dosam: ubi simul Græcus contextus
Æginetæ emendatur: &c. Basileæ,
apud Frobenium, 1539. in 8.

¶ Paraphrases in Libros omnes Ale-
xandri Tralliani, Medici Periodev-
ti, super singularem Humani Cor-
poris Partium, à summo vertice ad
imam usque plantam, Morborum
ac Februm Causis, Signis, Reme-
diisq; tum communibus, tum pro-
priis, recens in lucem quam casti-

gatissimè edidit. Basileæ, apud Hen-
ricum Petrum, 1541. in fol.

In Librum Johannis Damasceni,
Principis Arabum Medici, De ex-
quisita Februm curatione, Compen-
diosum Diegema, sive Paraphrasis.
Extat cum Alex. Aphrodisiæ de Fe-
brum causis & differentiis, Opuscu-
lo. Basileæ, apud Robertum Win-
ter, 1542. in 8.

¶ Opera Abubetri Rhazis cum
Toletano & Vesalio Latinitate do-
navit. Basil. apud Henr. Petri, 1544.
in fol.

¶ Cœlii Apitii Libros X, de re
Culinaria, recensuit. Vid. Cœlius
Apitus.

¶ Dioclis Caristhii Libellum ve-
rè aureum, de tuenda sanitate, ad
Antigonus Regem, interpretatus
est. Extat cum Ejusdem Torini Pa-
raphrasibus in Libros omnes Alexan-
dri Tralliani. Basileæ, apud Henr-
icum Petrum, 1541. in fol.

Polybii Opuscula Latinè interpre-
tatus est.

Item: Theophili, De exacta Re-
trimentorum Vesicæ cognitione.

Item: Philareti, De Pulsuum
Scientia.

ALBERICUS GENTILIS

De Nascendi tempore, Disputatio.
Witebergæ, apud Cratonianum,
1586. in 8.

ALBERTINUS BOTTONUS

¶ Ex familia Parmæ illustri na-
tus est Patavii: ubi Philosophia &
Medicina Doctor creatus, primum per
sexennium Logicam docuit, deinde
Anno Christi 1555 Medicinam etiam

publicè legere cœpit. Obiit Senex in patria Anno Christi 1596. relictus in gentibus opibus & adibus magnificis.

Methodi medicinales duas, in quibus legitima medendi ratio traditur, propositæ in Acad. Patavina à Nobiliſ. Viris Profes. D. Alb. Bottono, & Æmilio Campolongo: ope- râ Lazari Suseñbeti in lucem editæ.

Francof. apud Palthenium, 1595. in 8.

» De Morbis Muliebribus Liber. Patavii apud Jacob. Bozzam, 1585. in 4. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586. in 4. Venetiis, 1588. in 4. Extat etiam cum Gynæciorum Libris ab Israele Spachio editis, pag. 338. Argentinæ, apud Lazarum Zetznerum, 1597. in fol.

De Vita conservandâ. Patavii, apud Jacobum Bozzam, 1582. in 4.

De modo discurrendi circa morbos, eosdemque curandi Tractatus. Extat cum Pandectis Johan. Georgii Schenckii. Francof. apud Jonam Rhodium, 1607. in 12.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius colligit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4.

ALBERTUS BARTHOLINUS

De Scriptis Danorum Liber Posthumus, auctior editus à Fratre Thomâ Bartholino. Hafniæ, apud Petrum Haubold, 1666. in 8.

ALBERTUS KYPERUS, Borussi Regiomontanus

Medicinam rite discendi & exer- cendi Methodus. Lugd. Batav. apud

Hieronymum de Vogel, 1642. in 12. Responsio ad Pseud-Apologema, quod Vopiscus Fortunatus Plempius secundæ editioni Fundamentorum suorum Medicinæ subjungi curavit. Exstat cum ejusdem Institutionibus Physicis, editis Lugd. Batav. apud Adrianum Wyngaerden, 1647. in 12.

» Anthropologia, Corporis hu- mani Contentorum, & Animæ na- turam & virtutes, secundum Cir- cularem sanguinis motum, explicans. Lugd. Batav. apud Adr. à Wyngaerden, 1647. in 12. Ibidem, apud Eudem, 1650. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

Institutiones Medicæ, ad hypo- thesin de Circulari sanguinis motu compositæ. Subjunguntur Ejusdem Transsumta medica, quibus conti- nentur Medicinæ fundamenta. Am- stelædami, apud Johan. Jansonium, 1654. in 4.

Collegium Medicum, viginti sex Disputationibus breviter comple- ctens, quæ ad Institutiones per- tinent. Accedunt, Ejusdem Disputa- tiones Physico-Medicæ miscellanæ, atque Politicæ, de Origine & jure Magistratus: de Jure belli, & de Fe- deribus. Lugd. Batav. apud Johan. Meyer, 1655. in 8.

ALBERTUS MAGNUS

Lavinganus, Patriæ Suæ, Epi- scopus Ratibonensis. Theologus, Phi- losophus & Medicus maximus, Par- sis. Floruit Anno Christi 1280. Obiit Anno Christi 1280. atatis sua anno 80. Justus in Chronol. Medic.

De

De Nutrimento & Nutribili, Liber. Venetiis , apud Octav. Scotum , 1517. in 4.

De Alchymia Liber. Extat cum Veræ Alchymiæ aliquot Scriptoribus, à Gul. Gratarolo collectis. Basileæ , apud Henr. Petri, 1561. in fol. pag. 78. Tomi II. & Theatri Chemici vol. secundo , paginâ 459. editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum , 1613. in 8.

Scriptum super Arborem Aristotelis. Extat cum Veræ Alchymiæ Scriptoribus. Basileæ , apud Henr. Petri, 1561. in fol. pag. 102.

De Mineralibus & rebus metallicis, Libri quinque , repurgati & recens publicati per M. Gualtherum H. Rijf. Argentorati, apud Balthazar. Bek, 1541. in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici , editi Argentorati , apud Lazarum Zetznerum , 1613. in 8. pag. 125.

De Concordantia Philosophorum in Lapide Philosophico. Compositum de Compositis. Liber octo Capitulorum de Lapide Philosophorum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici , editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum , 1613. in 8.

De Memoria & Intellectu Libri duo. Venetiis , apud Hæredes Octav. Scotti, 1517. in fol.

De Secretis Mulierum, Libellus, cum Scholiis. Antverpiæ , apud viduam Martini Cælaris, 1538. in 8. Cum ejusdem de Virtutibus Herbarum, Lapidum , & Animalium quorundam Libellis. Item, de Mirabilibus Mundi, ac de quibusdam Affecti-

bus causatis à quibusdam animalibus. His accessit de Falconibus, Astribus , & Accipitribus Opusculum. Lugduni, 1596. in 24. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1615. in 12. Huic accessit ob materiae similitudinem Michaelis Scotti de Secretis naturæ Opusculum. Iterum ibidem, apud Hæred. Zetzneri, 1637. in 12. Amstelodami, 1655. in 12. Ibidem, apud Johan. Janssonium , 1662. in 12. Ibidem, apud Johannem Ravensteinum, 1665. in 12. Ibidem, 1669. in 12.

ALBERTUS NOVOCAM- PIANUS

Annotations in Fabricationem hominis à Cicerone Lib. II. de Natura Deorum descriptam. Dissertatio. utrum Cor, an Jecur in formatione foetus consistat priùs. Item Oratio de Laude Physices. Cracoviae , apud Lazarum Andrez , 1551. in 8.

ALBERTUS OTTO FABER

Practica Recensitio de Auro Potabili Medicinali, ejusq; Virtute, ad Carolum , Magnæ Britanniae Regem , ex Anglico idiomate in Latinum translata. Francofurti , 1678. in 4.

ALBERTUS QUATROC- CHUS

Disputatio , de Officinæ Pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum ponderibus, in qua comprobatur, pondera monetaria Veneta respondere iis , quibus ætate Galeni utebatur antiquitas. Hic quoque ac-
cedit

cedit Epitome mensurarum Græcis, Romanis, & Arabibus Medicis olim familiarium. Venetiis, apud Anton. Pinellum, 1617. in 4.

ALBERTUS SCHELIG,
Warschavienfis

Hieron, Mercurialis, De Venenis, & Morbis venenosis Tractatum, In duos libros digestum edidit.

ALBICUS, Archiepiscopus
Pragensis

Praxis medendi. Regimen Sanitatis. Regimen Pestilentiaz. Lipsiaz, apud Marcum Brand, 1484. in 4.

ALBUCASA

Arabs, *in signis Chirurgus. Flaruit sub Henrico IV. Anno Christi 1085. Wolfgang. Justus in Chronolog. Medic.*

Methodus medendi certa, clara, & brevis, pleraque, quæ ad Medicinæ partes omnes, præcipue, quæ ad Chirurgiam requiruntur, Lib. 111. exponens: Cum instrumentis ad omnes fere morbos, utiliter, & *rege-
niōs* depictis. Adjecti sunt: Rolandi Lib. LV. in quibus ordine, & judicio singulari fideliter tradit rationem medendi morbis interiorum, & exteriorum partium humani corporis; Rogerii Liber, breviter perstringens quicquid de omnium venarum phlebotomia scire bonum Medicum oportet: Constantini Aphricani de Humana natura Lib. 1. Item Ejusdem de Elephantia Lib. 1. Et de Remediorum ex animalibus materia Lib. 1. Antonii Gazii, quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, Lib. 1. Basilez, apud Henr.

Petri, 1541. in fol. Cum Chirurgia Guidonis. Venetiis, 1500. in fol. Cum Octaviani Horatiani Operibus. Argentorati, 1532. in fol.

ALCADINUS, Siculus.

De Balneis Puteolanis Carmen. Extat cum Opere Veneto de Balneis, in fol. pag. 203.

ALCANAMOSALIUS, seu CANAMUSALUS, de Baldach
Armenicus

De Passionibus Oculorum, Liber. Extat cum Chirurgia Guidonis, aliorumque. Venetiis, apud Andr. Aluan. 1499, & 1500. in fol.

ALCHINDUS

De Medicinarum compositarum gradibus investigandis, Libellus. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Lugduni, apud Johan. Mareschallum, 1584. in 8.

ALCINOUS, Platonicus

De Corpore, membrisque hominis, atque animæ viribus Caput. & alterum de Causis morborum. Extat Lib. de Doctrina Platonis, qui Græcè & Latinè editus est Lutetiaz, apud Mich. Vascovanum, 1532. in 8.

**ALEARDUS de PINDE.
MONTIBUS, Veronensis**

De Balneis Calderii Libellus. Extat cum Opere Veneto de Balneis, in fol. pag. 141. facie aversâ.

De Virtute Balneorum Calderianorum. Ibidem, pag. 289. facie aversâ: ubi malè *de Indemontibus* inscribitur.

ALEXAN-

ALEXANDER ACHIL-
LINUS, Bononiensis.

In Mundini Anatomiam Annotationes. Extant cum Johan. de Ketam Praxi, Fasiculus medicinæ inscriptâ. Venetiis, apud Cæsarem Arrivabenum, 1522. in fol.

De Humanî corporis Anatomia. Venetiis, apud Johan. Antonium & FF. de Sabio, 1521. in 4.

De Subjecto Medicinæ, cum Annotationibus Pamphili Montii. Venetiis, apud Hieron. Scotum, 1568. in fol. cum reliquis ejus Operibus.

ALEXANDER ALEXIUS

¶ Confilia medica, & Epitome Pulsuum: in quibus Methodus accurata cum Praxi Theoricâ conjungitur. Patavii, apud Casparum Cribellarium, 1627. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

De Syrupo Rosato solutivo, Libellus. Patavii, apud Casparum Cribellarium, 1630. in 8.

¶ Cratylus Morborum. Patavii, apud Frambottum, 1657. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

ALEXANDER APHRO-
DISEUS

De Febrium causis, & differentiis Opusculum, à Georgio Valla, Placentino, latinitate donatum. Extat cum Symphor. Campegii Libellis de Medicinæ claris Scriptoribus, &c. Lugduni, 1506. in 8. Seorsim Bafileæ, apud Rob. Winter, 1542. in 8.

Problemarum Sectiones quinque, per Georgium Vallam, Placentinum,

in latinum translatæ. Extant cum Expositionibus Petri de Apono in Aristotelis Problemata, aliisque. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519. in fol. Et cum Iisdem, Georgio Merulâ interprete, interjectis sparsim Scholiis vel testimoniis aliorum Autorum. Parisiis, 1520, in fol. Ibidem, interprete Theodoro Gazâ, 1524. in fol.

ALEXANDER ARNAUDUS

Jacobi Sylvii Commentaria, in Hippocratis Elementa: Ilagogen, in Hipp. & Gal. Physiologiæ Partem Anatomicam: De Mensibus Mulierum: & Hominis Generatione, diligentissimè castigata Typis dedit.

ALEXANDER BENEDICTUS

¶ Floruit Anno Christi 1495. Imperante Maximiliano I. Medicorum Italiae suâ atate decus eximium, indefeso Artis Medicæ cognoscenda studio gentes remotissimas lustravit. Docuit deinde Patavii, & Venetie quoq; diu Medicinam Practicam professus est.

¶ De Re Medica Opus insigne, & apprime Medicinæ Candidatis urile, hoc ordine digestum: De omnium à vertice ad plantam morborum signis, causis, differentiis, judicationibus, & remedis, tam simplicibus, quam compositis, Lib. XXX. De Medici & ægri officio Aphorismorum Lib. I. De Pestilentiae causis, præservatione, & auxiliorum materia, Lib. I. Humani corporis Anatome tractata Lib. V. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam 1535. in fol.

in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1539. in 4. Ibidem, apud Eundem, 1549. in fol. & 1572. in fol.

De Medici atque Ægri officio, Libellus. Extat cum Symphoriani Campepii Libellis de Medicinæ claris Scriptoribus, &c. Lugd. 1505. in 8.

Medicinalium Observationum rara exempla cum Remb. Dodonæi Annotationibus. Extant cum Ejusdem Dodonæi Observationibus. Coloniae, apud Maternum Cholinum, 1581. in 8. pag. 294.

De Anatomice, sive de Historia corporis humani Libri quinque. Adjectum est huic opusculum Georgii Vallæ, Placentini, ejusdem rei, sive argumenti. Basileæ, apud Eucharium, 1527. in 8. Argentorati, apud Johan. Hervagium, 1528. in 8. Parisiis, apud Henr. Stephanum, 1514. in 4. Utrique Editioni accesserunt Ejusdem Authoris Aphorismorum sive Collectionum de Medici atque Ægri Officio Liber: Item Aphorismi Damasceni: Et Hippocratis Iurandum; Omissò illo Opusculo Georgii Vallæ.

De Pestilenti Febre, Liber .Papiæ, apud Bernhardin. de Haraldis, 1516. in fol. Extat etiam cum Angeli Bolognini, Johan. Almenari: Dominici Massarii, aliorumque Operibus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1538. in 8, unâ cum I. Schilleri ejusdem argumenti Libello.

ALEXANDER CARE-

RIUS, Patavinus

Quæstio, An metalla artis bene-

ficio permutari possint. Patavii, apud L. P. 1579. in 4. Extat etiam cum Caroli Witestein Disceptatione de Quinta Chymicorum Essentiâ. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1583. in 8.

◎ ALEXANDER DEO. DATUS

Valetudinarium, seu Observatorium, Curationum & Consiliorum Medicinalium Satura. Lugduni Batavorum, apud Johannem Ellevier, 1660. in 12. Ibidem, 1668. in 12.

ALEXANDER FONTANA, Mutinensis

De Morbo Gallico, Quæstiones. Extant Operis de Morbo Gallico, Tomo 1. pag. 610. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1596. in fol.

◎ ALEXANDER JATER

Practica cum Expositione M. Jacobi de Partibus. Lugduni, 1504. in 4.

ALEXANDER JUSTI- NIANUS, Chio

Johan. Bernhardi Feliciani Interpretationem in Galeni Libros IX. de Hippocratis & Platonis Decretis, ad veteris exemplarium Graecorum fidem accuratissimè castigavit.

ALEXANDER MASSARIAS

D Natus Vincentia: in patria annos 25. Medicinam exercuit, & in Olympicorum Academia Anatomen & Aristotelis Meteora explicavit. Anno Christi 1578 Venetias progressus, principem in Collegio Medicorum locum ibi obtinuit, & per integrum noven-

novenarium Medicinam fecit. Tandem Patavii Medicinam Practicam profiteri caput 1587, ubi senti confessus, anno 1598 obiit. Hic ille est Scriptor, qui palam fassus est, se malleum Galeno errare, quam Recentioribus vera sentire.

D Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimèque instituitur. Subjiciuntur Tractatus quatuor, utilissimi, seorsim, Francofurti, apud Nicolaum Bassæum, 1608, in 4. editi, nempe de Peste; de Affectibus Renum & Vesicæ; de Pulsis; & de Urinis: Consilium pro febre Catarrhalis cum totius macie; ventriculi imbecillitate, Mesenterii obstructione, Mœstitiâ & vigiliis: Liber Responsorum & Consultationum medicinalium. Accedunt postremo loco Disputationes duas, una de Scopis mittendi sanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Johan. Huguetan, 1634. in fol. Ibidem, 1654. in fol. Ibidem, apud Laurentium Anissonium, 1671. in fol.

D Practica medica, seu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimèque institutam in antiquiss. & celeberr. Patavino Gymnasio ha-

bitæ; Cum Libro de Morbo Gallico: de Medicamentis Purgantibus: & de Collegiandi seu Consultandi Ratione. Francofurti, apud Nicolaum Bassæum, 1601. in 4. Hæc Editio primùm, quantum fieri potuit, studio politissimè adornata, certisq; Libris ac Capitibus distincta, publicoq; Medicinæ studio sorum commodo foras data est à Johanne Baumann Tarvisii, apud Societatem Venetam, 1606. in fol. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Bassæi, 1608. in 4. Venetiis, 1613. 1617. & 1622, in fol. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616. 1622. in 4. adjectis Tractibus quatuor: I. De Peste. II. De Affectibus Renum & Vesicæ. III. De Pulsis. IV. De Urinis. Et pro exemplo annexo Consilium de Febre Catarrhalis cum totius Macie, mesenterii obstructione, mœstitiâ, & vigiliis. Venetiis, 1618. in 4.

O Idem Tractatus quatuor utilissimi: I. De Peste: II. De Affectibus Renum & Vesicæ: III. De Pulsis: IV. De Urinis, seorsim etiam editi sunt post Authoris obitum. Quibus est annexum pro Exemplo idem Consilium de Febre Catarrhalis cum totius Macie, Mesenterii obstructione, Mœstitiâ & Vigiliis. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Bassæi, 1608. in 4. I

D Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Editæ in gratiam Studiosorum Medicinæ, ut quasi Prodromum haberent omnium totius corporis humani morbotum Diagnosias, edenda Lipsiæ, apud Abrah.

Abrah. Lambegum, 1600. in 8.
 ⚭ Liber Responsorum, & Consultationum medicinalium. In quo methodo accuratissimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Consultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque, causas, & morborum naturas in individuo indagandi, traditur, iisdemq; cibis ac medicamentis occurrenti modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis industriam fieri possit, quasi intento dito demonstratur. Venetiis, apud Trivisanum Bertolottum, 1613. in fol. Ibidem, 1618. & 1622. in fol.

Disputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi sanguinem, cum generaliter, tum specialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vicentia, 1598, in 4. Lugduni, apud Laur. Duraad, 1622, in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abusu medicamentorum Vesicantium, & Theriacæ in febribus pestilentibus, Disputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591. in 4.

De Abusu medicamentorum Vesicantium, Disputatio secunda apologetica ad Librum Herculis Saxoniam de Phoenigmis. Vicentia, apud Georg. Græcum, 1593. in 4.

De Peste, Libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatum, 1579, in 4.

◎ ALEXANDER MAUROCORDATUS, Constantinopolitanus.

Pneumaticum Instrumentum Circulandi Sanguinis, sive de Motu &

Usu Pulmonum Dissertatio Philosophico-Medica. Bononiæ, 1664. in 12. Francofurti, apud Thom. Matthiam Götzium, 1665. in 12. Lipsiae, apud Tobiam Oehrlingium, 1682. in 12.

ALEXANDER PANTIUS.

Confilium de Læsione motus digitorum, & Macie brachii sinistri. Extat eo in Operæ, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4. pag. 326.

ALEXANDER PECCANA,

Veronensis

De Chondro & Alicâ Libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627. in 4.

ALEXANDER RIGHIUS,

Florentinus

Historia contagiosi morbi, qui Florentiam populatus fuit anno circ 10c xxx. Florentia, apud Franc. Honupium, 1633. in 4.

ALEXANDER SEITZ.

Declamatio in laudem Artis mediceæ, cum refutatione castitatis votum arrogantium. Basileæ, 1524. in 4.

Tabula duæ curationum morborum Stomachi, & Hepatis. Argentiniæ, apud Matthiam Apiarium, 1534. in fol.

◎ De Thermis Badensibus superioribus in Ergovia, 1576. in 4.

◎ ALEXANDER SENENSIS.

Consilia Medica quorundam Patavinorum. Extant cum Georg. Hieronymi

onymi Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676. in 4.

ALEXANDER à SUCHTEN

○ Tractatus de Vera Medicinâ. Editus curâ Joachimi Morsii. Hamburgi, apud Henricum Carstens, 1621. in 8.

○ De Secretis Antimonii Liber unus, in Latinum sermonem è Germanico translatus per M. G. Forbergium. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1575. in 8. Londini, 1670. in 8.

ALEXANDER TORRETUS

De Auro Potabili. Lugduni & Lutetiae, apud Johannem de Lastro, 1575. in 8.

ALEXANDER TRAJANUS PETRONIUS

Citacastellanus. Philosophus & Medicus insignis. Vixit Venetiis, A.C. circiter 1534. Justus in Chronol. Medic.

De Victu Romanorum, & de Sanitate tuendâ Libri quinque. His accessere Libelli duo de Alvo sine medicamentis molliendâ. Romæ, apud Populum Romanum, 1581. in fol.

Proposita, seu Aphorismi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernhardinum Venetum, 1535. in 8.

De Morbo Gallico Lib. VII. Extant Tomo II. Operis de Morbo Gallico, pag. I. Venetiis, apud Jordani Zilettum, 1566. in fol.

ALEXANDER TRALLIANUS

○ Natus in Gracim, Urbe, dicta,

Tralle, Anno Christi 600. vel secundum alios 413 vel, A. C. 360; sive anno Mundi 4549. A patria nomen sortitus vocatusq; Trallianus est. Gallo erat emulus, ejusq; dictorum sapere parum equis arbiter. Vixit post Oribasium & Aetium. Utriusq; enim mentionem facit. Sed ante Paulum Aeginetam. Nam Paul. Aegineta multa ex Tralliano in sua Scripta trans tulit. Claruit sub Arcadio & Honorio Imperatoribus.

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regiâ. Cum Rhazæ de Pestilentia Libello ex Syrorum lingua in Græcam translato: & Jacobi Goupyli in utrumque Castigationibus. Græce. Lutetiae, apud Robertum Stephanum, 1548. in fol. Græco-Latinè, interprete & emendatore Johanne Gunthero Andernaco. Basileæ, apud Henr. Petri, 1556. in 8. Adjectæ sunt per Eundem variaz exemplarium lectionis Observationes, cum Jac. Goupyli Castigationibus. Latinè, ex versione barbarâ cum expositione glossæ interlinearis Jacobi de Partibus, & Simonis Januensis in margine positæ. Lugduni, apud Franc. Fradua, 1504. in 4. Papiae, 1520. in 8. Ex versione Albani Torini, Basileæ, apud Henr. Petri, 1553. 1541, in fol. Ex Johan. Guntheri Andernaci interpretatione. Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540, in 8: apud Henr. Stephanum, 1567. in fol. cum Medicis Principi bus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560. in 16. nunc demum Jo hanhis Molinzi doctissimis Annotationibus

tionibus illustrati, multisque in locis suo nitori restituti. Lugduni, apud Ant. de Harsii, 1575. in 12. & 1576. in 16.

○ De singularum Corporis Partium, ab Homini coronide ad imum usque calcaneum, Vitiis, Aegritudinibus, Injuriis, Libri ad unguem facti V. per Albanum Torinum, recens Latione donati. Basileæ, apud Henricum Petrum, 1533. in fol.

Epistola de Lumbricis, ex antiquissimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græcæ, & Latinè reddita ab Hier. Mercuriali, cum Ejusdem Variarum Lectionum Libris. Venetiis, apud Gratiosum Perchaenum, 1570. in 8. & Ejusdem de Puerorum morbis Tractatu. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1584. in 8.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 481, Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febris Liber. Extat Operis Veneti de Febris pag. 45. Edit. Venet. in fol.

○ Opera Græc. Latin. Basileæ, 1656. in 8.

ALEXANDER de VI-CENTINIS.

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu in sublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634. in 4. Huic accesserunt: Epistola, sive eorum, quæ ex putri, mucosâque materiâ, & eorum, quæ ex semine derivata fluere, species eadem: & de foco

putridarum Februm continuarum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINUS

Commentarius in Librum Galeni de Sectis. Extat Tomo 1. Operum Galeni translationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505. in fol. regali.

ALEXIS GAUDINUS

Epiſtolæ, seu Disputationes duas ad Laur. Joubertum, de Iteranda saepius Phlebotomiâ. Extant cum Operibus Jouberti Tomo 1. pag. 136. edit. Francofurt. apud Hæred. Andr. Wecheli, 1599. in fol.

ALEXIUS PEDEMON-TANUS.

○ De Secretis Libri septem, à Joh. Jac. Weckerio ex Italico in Latinum conversi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiusque castigati. Accessit Ejusdem Weckeri opera octauus de artificiois Vinis Liber. Basileæ, apud Petrum Peñam, 1563. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1568. in 8. Ibidem, apud Ludovicum König, 1613. in 8.

ALGUAZIR ALBULEIZOR.

Vixit circa A. C. 1163. Justus in Chronol. Medic.

De Curatione Lapidis. Extat inter spurious Galeni Libros, & cum variis Razis Opusculis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497. in fol.

ALHARDUS HERMAN-NUS CUMMENUS.

Observatio de Hydrocephalo incipiente curato. Extat Ephemeris,

mer. Acad. Natur. Cur. Germ.

An. I. N. 46.

Observatio de Hydrocephalo dis-
septo. Ibid. Ann. Eod. N. 47.
de Apoplexia lethali ex stabie
retropulsâ. Ibid. Ann. Eod.
N. 58.

de Doloris Mensenterii tremula-
in paralysin manuum desin-
nente. Ibid. Ann. Eod. N. 59.
de Paralysi pedum ex longiore
in frigida morâ. Ibid. An. Eod.
N. 84.

de Epilepsia hypochondriacâ
curatâ. Ibid. An. Eod. N. 85.

de Epilepsia ex retentis mensib.
Venere & puerperio sanata.
Ibid. Ann. Eod. N. 86.

de raro circa Visum sympto-
mate. Ibid. Ann. Eod. N. 92.

de Visu duplicato. Ibid. Ann.
Eod. N. 93.

de Puris sputo menstruo sine
phthisi. Ibid. Ann. Eod. N. 94.

de Vomitu sanguinis menstruo.
Ibid. Ann. Eod. N. 95.

de Hæmorrhagia menstruâ per-
talum in gravida. Ibid. Ann.
Eod. N. 96.

de Ossiculo pruni germinante
à rusticò excreto. Ibid. Ann.
III. N. 109.

de Testibus in viro coalitis. Ibid.
Ann. Eod. N. 110.

de Macie cum tussi à materia
quadam peregrinâ pulmones
obsidente. Ibid. Ann. Eod.
N. 111.

de Abscessu Ossium. Ibid. Ann.
Eod. N. 112.

Observatio de Arteriis spermaticis
deficientibus. Ibid. Ann. Eod.

N. 113.

de Menstruis Sérotinis : Item
ante statum Naturæ ordi-
nem fluentibus. Ibid. Ann.
Eod. N. 114.

de Fluore Muliebri croceo. Ibid.
Ann. Eod. N. 115.

ex Anatome foeminæ dysente-
ricæ. Ibid. Ann. Eod. N. 116.
de Secundinæ frustulo ultra
mensem in utero retento
excreto. Ibid. Ann. Eod. N.
117.

de Variis in Anatome viri no-
tabilibus. Ibid. Ann. Eod. N.
118.

ex Anatome Phthisicæ. Ibid.
Ann. Eod. N. 119.

de Stercoris suilli vi antifebri-
li. Ibid. Ann. Eod. N. 120.

ex Anatome Hydropicæ. Ibid.
Ann. Eod. N. 120.

de noxa à Vapore plumbi. Ibid.
Ann. Eod. N. 121.

de Parturiente sine aquis. Ibid.
Ann. Eod. N. 122.

de Hepate Bovis nyctalopes
curante. Ibid. Ann. Eod.
N. 123.

de Palpitatione Cordis ex ni-
mio Cinamomi usu. Ibid.
Ann. Eod. N. 124.

de Ossis Coccygis luxatione.
Ibid. Ann. Eod. N. 125.

de Singulari ani exulceratione.
Ibid. Ann. Eod. N. 126.

de Fulmine Tactæ curatione.
Ibid. Ann. Eod. N. 127.

D. 3. Obser-

Observeatio de Diabete brevi curatâ.

Ibid. Ann. Eod. N. 183.

de Singulari Hemicranie solu-

tione. Ibid. Ann. Eod. N. 184.

de Agrypnis diuturnoribus.

Ibid. Ann. Eod. N. 185.

ex Anatome Alcicisci. Ibid. An-

Eod. N. 186.

◎ ALITHOPHILUS

Observationes Extemporaneæ ad
Erecta à Carolo Drelincourtio Libri-
tinæ, nec non famæ suæ, Trophæa.
Amstelodami, apud Petrum Gavi-
um, in 12. sine expressione anni,
quo typis exscriptus est.

ALOYSIUS ALBERTUS, *Patavinus*

De Nutritione, Augmento, &
Generatione, Disputationes. In qui-
bus Aristoteles defenditur aduersus
Galenum. Venetiis, apud Variscos,
1627. in 4.

ALOYSIUS ANGUILLARA

De Simplicibus Liber primus,
cum Notis Caspari Bauhini. Basileæ,
apud Henric. Petri, 1593. in 8.

ALOYSIUS BELLACATUS

◎ Natus Patavii Anno Christi
1501. Ex continuâ Praxi Medicâ,
quam in patriâ per plurimos annos
felicissime fecit, ingentes opes reli-
quit. Obiit ibidem anno 1575. æta-
tis sua 74.

Consultationes aliquot pro variis
affectibus. Extant in Opere Consi-
liorum Joh. Bapt. Montani à Joh.
Oratone edito. Basileæ apud Petrum
Pernam, 1583. in fol. Aliæ præter-

ea extant cum Victoris Trincavel-
lii Consiliorum Opere. Vid. Victor
Trincavell.

◎ Lectiones Med. Practicæ. Ex-
tant cum Georg. Hieronym. Velschii
Exotic. Curat. & Observat. Medicinal.
Chiliad. Ulmæ, apud Christian.
Balthasar, Kuenium, 1676. in 4.

ALOYSIUS CORNARUS

De Vita Sobriâ. Patavii, apud
Gratiolum Perchachinum, 1561.
in 8.

ALOYSIUS LOBERA,

Abulanus

De Morbo Gallico Tractatus, ex
Libro Aulicarum quatuor ægritu-
dinum erutus, atque ex Hispano
accuratisimè Latinus factus. Ex-
tat Tomo 1. Operis de Morbo Gal-
lico, pag. 321. Venetiis, apud Jor-
danum Zilettum, 1566. in fol.

ALOYSIUS LUISINUS,

Utinensis

De compescendis Animi affecti-
bus, per Moralem Philosophiam, &
Medendi artem, in tres Libros divi-
sus. Basileæ, apud Petrum Pernam,
1562. in 8.

Aphorismi Hippocratis Hexame-
tro carmine conscripti. Venetiis,
apud Juntas, 1552. in 8.

Quæstiones de Balneis. Extant
Opere de Balneis, pag. 200. facie
aversâ, Edit. Venet, in fol.

ALOYSIUS MUNDELLA

Brixianus, Medicus in Italia doctissi-
mus. Floruit Anno Christi 1538.
Justus in Chronol. Medic.

Theatrum Galeni, hoc est, uni-
versæ

AL veris Medicinæ, à Galeno diffusè sparsimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni Libros, vel Locorum communium instar in remedica Lector uteatur. Basileæ, apud Euseb. Episcopiam, 1568. in reg. fol. Coloniae, apud Johan. Gymnicum 1587. in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum historiæ & experimenta doctissimè explicantur. Tiguri, apud Eroschoverum, 1551. in 4.

D Epistolæ Medicinales, varia-
rum Quæstionum, & locorum insu-
per Galeni difficultum expositionem
continentes, omnibus, qui veram
artem exercere volunt, apprimè
utiles. Ejusdem Annotations in
Antonii Musæ Brasavolæ simplicium
medicamentorum Examen. Basileæ,
apud Mich. Isingrinium, 1538. in 8.
Ibidem, apud Eudem, 1543. in 4.

Epistola ad Josephum Valdanum,
quâ tractatur Quæstio, utrum in
Lienis affectibus secunda sit vena,
qua est ad annularem digitum fini-
stra manus. Patavii, apud Petrum
Anton. Alciatum, 1567. in 8.

ALOYSIUS TOREUS

De Febris Epidemicæ & novæ,
qua Latinè Puncticularis, vulgo Ta-
vardillo & Pintas dicitur, naturâ,
cognitione & medelâ, ad eos, qui
introducuntur. Burgis, apud Phil.
Tantam, 1574. in 8.

De natura & curatione Febris
Puncticularis. Valentiae, 1591. in 8.

ALOYSIUS TRISSINUS

D Natus Vicentia, Patre Moran-
do. Anno etatis sue 20. Philosophiam
Ferrarie magnâ Auditorum frequen-
tiâ publicè profiteri cœpit. Sed pro-
properâ morte sublatus est, anno
nempe etatis sue 25. Claruit circa
annum 1543 secundum Wolfgang. Ju-
fsum in Chronolog. Medicor. vel se-
cundum alios, 1590.

Problematum Medicinalium Libri
sex, ex Galeni sententiâ. Basileæ,
apud Mich. Isingrinium, 1547.
in 8. Ib. apud Jac. Parcum, 1548. in 8.
Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629.
in 8.

ALOYSIUS VARESIUS
Consilia medica. Extant eo in
Operæ, quod Josephus Lautenba-
chius colligit & edidit. Francof. apud
Johan. Sartorium, 1605. in 4.

ALPHONSUS, Regis Castella

Liber Philosophiæ occultioris, præ-
cipue metallorum, profundissimus.
Extat Volumine quinto Theatri Che-
mici, editi Argentorati, apud Laz.
Zetznerum, 1622. in 8.

ALPHONSUS BAROCCIUS, Ferrariensis

Lectionum de Febribus Liber pri-
mus, qui est de Febre generativi.
Nunc primum operâ Johannis Libio-
li, Ferrariensis, exceptus, ac editus.
Ferrariæ, apud Victorium Baldinum,
1606. in fol.

In primam Magni Hippocratis
Aphorismorum Sectionem dilucidis-
simæ Lectiones, codem prorsus ordi-
ne:

ne habitæ, quo PUNCTA à LAUREANDIS in Doctorum confessu passim explicari solent. Ferrariae, apud Bened. Mammarellum, 1593, in 4.

ALPHONSUS BERTOCIUS, *Fanensis*

¶ Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ Studiosorum gratiam descripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Jac. Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta est Jac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex Libris Mesuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Johan. Saurium, 1608, in 8. Accesserunt Ideæ doctrinæ Hippocraticæ: I. De generatione Pituitæ: II. De Melancholico humore: III. De Coctione, & præparatione humorum: IV. De Viætus ratione, Autore Johan. Bapt. Montano. Et ibidem, apud Johan. Carol. Unckelium, 1621, in 8. cum iisdem Tractatibus. Extat præterea etiam cum Rudolphi Goclenii Tractatu Physico-Medico de Sanorum Diætâ, quem Vid. suo loco.

ALPHONSUS à CARRANZA, *Hispanus*

Tractatus novus & accuratissimus de Partu naturali, & legitimo: ubi Controversiæ Juridicæ, Philologicæ, Philosophicæ, Medicæ discutiuntur, ad Fori usum & Praxin: de Partus conceptione, & formatione: de Fœtu in utero: de Posthumis: de

Conditione partus, Expositione, Suppositione, Ventre exsecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monstrolo, Numeroso partu, Superfecitazione, Generatione Succubi. Cui propter argumenti similitudinem additæ sunt Exercitationes Caroli Hannibal Fabroti Antecessoris Aquis-Sextiensis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii, Sumptibus Joh. de Tournes, & Jacobi de la Pierre, 1629, in 4.

ALPHONSUS CICCA- RELLUS

De Tuberibus. Et de Clitumno Fluvio. Patavii, 1564, in 8.

ALPHONSUS DACA, *Hispanus*

De ratione cognoscendi causas, & signa tam in prospera, quam adversa valetudine Uinarum, deque earum necis indicis, & prænunciatiōnibus, Libri tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. His spali, apud Alphonsum de la Barera, 1577, in 4.

ALPHONSUS FERRUS

Neapolitanus, Pauli III. Pontificis Chirurgus primarius. Floruit A.C. 1639. Justus in Chronol. Medic.

¶ De Sclopotorum, sive Archibulorum vulneribus Lib. tres. Corollarium de sclopeti, ac similiūm tormentorum pulvere. De Caruncula, sive Callo, quæ cervici vesicæ innascuntur, Opuscolum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1559, in 4. Antverpiæ;

AI verpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Gesneros, 1555, in fol. cum Chirurgiae Scriptoribus. Extat etiam cum Leonhardi Botalli Tractatu de Curandis Vulneribus Sclopotorum, quem vide suo loco: Item cum Johannis Francisci Rotæ Libro de Tormentariorum Vulnerum naturâ ac curatione, quem confer sue loco.

De Morbo Gallico: Ligni Sancti naturâ, usuque multiplici, Libri quatuor. Extant Tomo I. pag. 347 Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1566, in fol.

¶ De Ligni Sancti multiplici medicinâ, & Vini exhibitione, Libri quatuor. Basileæ, 1538. in 8; Parisiis, 1542, in 12.

ALPHONSUS GOMEZ, *de la Parra*

Polyanthæa Medicis speciosa, Chirurgis mirifica, Myropolis valdè utilis & necessaria, in quinque partes divisa. Matriti, apud Johan. Soncaletz, 1625, in 4.

ALPHONSUS GOMEZIUS, *Hispalensis*

De Tumorum Præparatione. Hispal., 1546, in 12.

ALPHONSUS à JUBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis usui esse solent. Vallefoleti, apud Did. Ferdinand, 1578, in 8.

O ALPHONSUS KHONN

Pauli Zachiæ de Affectionibus Hypochondriacis Libros tres Italico

idiomate primum ab Authore conscriptos in Latinum Sermonem transluit. Augustæ Vindelicorum, apud Viduam Johann. Görlini, 1671, in 8.

Observatio de Capite foetus septem annis in utero retento. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 222.

de Mola portentosâ. Ibid. Ann. IX. & X. N. 22.

de Partu monstroso mirandâ imaginationis vi oborto. Ibid. Ann. eod. N. 23.

de Urinæ incontinentiâ à casu ab alto. Ibid. Ann. IX. & X. N. 101.

ALPHONSUS LOPHUS

Hippocratis Prognosticon cum brevibus Annotationibus. Matriti, 1596, in 4.

ALPHONSUS LUPEUS, *Cureleanus*

Annotationes in omnia Galeni Opera. Cæsar augustæ, 1562, in fol. Ibidem 1565, in fol. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui post Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentia, 1589, in 12.

De Morbo postulato, Liber. Valentia, 1581, in 4. Cæsar-augustæ, apud Michaelem à Huessa, 1584, in 4.

Enchiridium seu Methodus Medicina. Cæsar-augustæ, 1549, in 12. Valentia, 1581, in 16.

Naturæ Querimonia, Cæsar-augustæ, 1564, in 8. Ibidem 1565, in 8.

De Natura Venæ. Ibidem, 1573,
in 8.

De Febre malignâ, & placitis Ga-
leni. Cæsar-augustæ, 1574, in 8.

De Arte curativa Erasmi Stellæ.
Ibidem, 1552, in 12.

ALPHONSUS MORE- SCOTTUS

Compendium Medicinæ totius;
in quo de Complexionum arcanis
indiciis, morborum præcipuorum
causis, prognosticis, & signis, deque
Fabrica Receptorum, breviter tracta-
tur. Additis formulis remediorum
Petri Gofræi. Francof, apud Christ.
Corvinum, 1583, in 12. Ibidem, apud
Eudem, 1588, in 12. Herborhæ,
Nasfoviorum, 1604, in 12.

ALPHONSUS RODERICUS GVEVARA

De Re Anatomicâ, Liber. Conim-
bricæ, ex offic. Academiæ, 1592,
in 4.

ALPHONSUS de SAN- TACRUCE

¶ Dignotio, & cura affectuum
melancholicorum. Extat cum An-
tonii Ponce Santacruz Opusculis
Medicis & Philosophicis. Matriti,
apud Thomam Juntam, 1622, in fol.

ALSAHARAVIUS

¶ Natus de Tarab in Turcoman-
niâ. Philosophia & Medicina studiis
imbutus, in Urbe Bagdad, eadem
summâ cum laude professus est. Hinc
in Harran Mesopotamia Urbem se re-
cepit, ubi Aristotelis Librum de Au-
ditu inveniens, quadragies perlegit,
& eidem Libro superscripsit: vellem

iterum legere. Tandem Damascum
profectus, obiit anno ab Hegyra 339.

¶ Liber Theoricæ, nec non Pra-
cticæ, jam summâ diligentia & curâ
depromptus in lacem per Sigismundum
Grimmum. Augustæ Vindel.
1519, in fol.

¶ ALTUS

Mutus Liber, in quo tamen tota
Philosophia Hermetica Figuris Hie-
roglyphicis depingitur. Rupella,
1677, in fol.

ALVARUS NONNIUS, Hispanus

Annotations ad Lib. duos Fran-
cisci Arczi de Rectâ curandorum
Vulnerum ratione. Antverpia,
apud Christoph. Plantinum, 1574,
in 8.

AMANDUS POLANUS, à Polansdorff

Epistolæ binæ medicæ, quarum al-
terâ queritur, liceatne Chirurgo
salvâ conscientiâ foetum educere vi-
ventem è matre, ut hanc servet.
Extant cum Guil. Fabr. Hildani
Cent. i. Epistol. Oppenheimi, apud
Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4.
pag. 265. 270.

AMATUS LUSITANUS

¶ Claruit Anno Christi 1550. Pri-
mam Ferraria Medicinam professus
est. Hinc à Rhacusino Senatu magni
conditionibus evocatus. Rex Polonia
ingentipramio eum invitavit, sed ire
recusavit. In suis Curationibus Me-
dicis plura conficta, quam scripsisse
à Cratone putatur. Hic Amatus Lu-
sitanus & Johannes Rodericus Castelli
Abi unus idemq. Author esse dicitur.
¶ Cura.

¶ Curationum Medicinalium Centuriæ septem, variâ multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmissa est Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem: De Crisi, & Diebus Decretoriis. Barcinoñæ, 1628, in fol. Burdigalæ, apud Gilbertum Vernoy, 1620, in 4. Venetiis, apud Constantiñum, 1557, in 8. & apud Vincentium Valgrisium, 1566, in 8. Lugduni, apud Guilielnum Rovillium, 1560, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1580, in 12. Francofurti, 1646, in fol. Ex his seorsim edita est

¶ Centuria prima. Cui eadem Commentatio de Introitu ad Ægrotantem, & Crise in Tractatio præmissa est Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. Venetiis, 1654, in 12. &

¶ Centuria secunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chinorum locupletius describebat. Venetiis, apud Valgrisium, 1552, in 12.

¶ Seorsim etiam edita sunt Curationum Medicinalium Centuriæ II. priores simul conjunctæ; ubi prima præmittitur Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem: de Crisi & Diebus Decretoriis; in secunda verò inter alia Methodus & Canon propinandi Decoctum Radicis Chinorum, Julio III. Pontif. Maximo compositus, überius describitur, quam in prima habetur Centuria. Lugduni, apud Gulielnum Rovilium, 1580, in 12.

¶ Seorsim itidem editæ sunt Curationum Medicinalium Centuriæ

duæ, Tertia & Quarta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

¶ Seorsim rursus aliæ duæ Centuriæ editæ sunt, Quinta nempe & Sexta; in quarum ultimâ Curatione continetur Colloquium eruditissimum; in quo doctissimè disputatur & agitur de Curandis Capitis Vulneribus. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

¶ Tandem etiam seorsim edita est Curationum Medicinalium Centuria septima, Theſaloniaæ Curationes habitas continens, variâ multipliciè doctrinâ referta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

De Morbo Gallico, & Gallicâ Scabie, Epistolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium Curationum excepte. Nec non de Methodo propinandi Chinæ ex Centuria secunda excerpta. Extant Tom. I. pag. 560, Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1566, in fol.

¶ In Dioscoridis Anazarbæ de Medica materia Libros quinque Enarrationes eruditissimæ. Quibus etiam tum Simplicium medicamentorum Nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hispanicæ, Germanicæ, & Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc usque diem de hac materia scripserunt, improbantur. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1577, in 4: apud Valgrisium, 1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1554. 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthas. Arnoleti, 1558, in 8: apud Matth. Bonhomme, 1558, in 8:

in g. Cui editioni accessere insuper Roberti Constantini Annotationes, & simplicium picturæ ex Fuchsio, & Dalechampio mutuatæ.

¶ Exegemata in priores duos Di- scoridis de Medica materiâ Libros, nomine Johan. Roderici Castelli Albi, quo nomine primum ipse Ama- tus Lusitanus se nominavit, editi fuerunt. Antverpiæ, apud Viduam Martini Cæsaris, 1536, in 4.

AMBROSIUS FLORIDUS, *Patavinus*

Tractatus de annis climaëtericis ac diebus criticis, dialogistico contextus sermone. In quo mira doctri- na ex fontibus Astrologorum ex- cerpta & Philosophorum panditur, quo pacto totius vitæ humanæ cur- sus per septenarium annorum nume- rum regulatus, secundum varias pla- netarum coniunctiones, in diversis temporibus agitetur & torqueatur. Patavii, apud Matthæum de Meniis, 1612, in 4.

AMBROSIUS LEO

○ Natus Nola, celebri Campania urbe. Vir Latinè Græcèq; doctissimus, nec non Medicus & Philosophus in signis. Claruit Anno Christi 1517.

Opus Quæstionum: tum aliis ple- risque in rebus, cum verò maximè in Philosophia, & Medicina, Venetiis, 1523, in 4.

Interpretio Græca Lib. VII. de Urinis Actuarii Johannis. Venetiis, apud Laur. Vitalem, 1519. in 4. Ba- fileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529. in 8.

○ Castigationes adversus Aver- roém: Cum Ejusdem Archetypo, Venetiis, 1532, in fol.

AMBROSIUS NONNIUS, *Lusitanus*

Commentaria in tres Libros Aphorismorum Hippocratis. Co- nimbiticæ, ex offic. Academæ, 1600, in fol.

AMBROSIUS PARÆUS

Opera, à Jac Guillemeau elimata, novis Iconibus elegantissimis illu- strata, & latinitate donata. Parisiis, apud Jacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Jac. Fischerum, 1612, in fol. apud Feirabendum, cum no- vis Iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his Operibus contenta, Introductio, seu via ad Chirurgiam compendiaria:

Lib. I. De Animantibus, & Hominis præstantiâ:
II. De Humani corporis Anatome:
III. De partibus Vitalibus in Tho- race contentis:

IV. De Partibus Animalibus in Ca- pite positis:

V. De Musculis, & Ossibus, aliisque corporis extremis partibus:

VI. De Tumoribus contra naturam in genere:

VII. De Tumoribus contra natu- ram particularibus:

VIII. De Vulneribus in genere:

IX. De recentibus, & cruentis singu- larum partium vulneribus:

X. De Vulneribus Sclopo, aliisque igniariis machinis, & telo- rum omni genere illisis:

XI. De

Am

- XL. De Contusionibus, & Gangrenis:
 XII. De Ulceribus, Fistulis, & Haemorrhoidibus:
 XIII. De Falsciis:
 XIV. De Fracturis:
 XV. De Luxationibus:
 XVI. De plerisque partium præter naturam affectionibus, quatum curatio manu ferre perficitur:
 XVII. De Arthritide:
 XVIII. De Lue venerea, & his, quæ per eam contingunt, symptomatis:
 XIX. De Infantium Variolis, seu Morbillis, Ecchymatibus nempe & Exanthematicis: Itemque de Vermibus, & Elephantiasi:
 XX. De Venenis, deque rabiösorum canum, & Venenatorum animantium mortuac puncturis:
 XXI. De Peste:
 XXII. De Eorum, quæ seu Naturā, seu ex Eventu defunct, reparandorum artibus:
 XXIII. De Hominis generatione:
 XXIV. De Monstris, & Prodigis:
 XXV. De simplicium medicamentorum facultatibus, unaq; de eorum compositione, & usu:
 XXVI. De Destillationibus:
 Tractatus de Renunciationibus: & Cadaverum Embammatis:
- AMBROSIUS RHODIUS**
 Natus Kembergæ, municipio in Saxonie, Wittenbergæ vicino, Anno

Christi 1577, Patre itidem Ambroſio, illius Civitatis Consule: Tych. Brahei & Johann. Kepleri in studiis Mathematicis discipulus. Circa annum 1609 Mathemata Witteberga publicè docere jussus est: creatus etiam in eadem Universitate Medicina Doctor proximè sequente anno, nempe 1610. Obiit ibidem apoplexiâ forti Anno Christi 1633, atatis sua 56.

Disputationes supra Ideam medicinæ Philosophicæ Petri Severini, Dani: Quibus loca illius Libri obscura & difficilia illustrantur, Adversarii refutantur, & multi Discursus ex intimis Naturæ adytis deprompti moventur. Haffniæ, apud Salom. Sartorium, 1643, in 4.

ANASTASIUS

De ratione victus salutaris post incisam venam, & emissum sanguinem, ad Armatum Epigramma. Extat cum Schola Salernitana Johannis de Mediolano, ubi vide suo titulo.

ANATOLIUS

De Re rustica Fragmenta aliquot. Extant in Flotoriaw, seu de Rerustica selectorum Lib. X X, Græcis. Constantino quidem Cæsari nuncupatis, & Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8; Latinis autem, Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant in iisdem de Re rustica Libris,

bris, Lib. XVI. & seqq. & inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Johan. Ruellii. Basileæ, apud Sim. Colinaeum, 1530, in fol.

◎ ANCHISES ab ANDLA

Epistola de Natura & Viribus Menthae. Extat cum DD. Virorum Epistolis & Responsis tum Medicis, tum Philosophicis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuysel, 1665, in 8.

ANDREAS ALCASAR,
Guadalaxarenſis

(Rod. à Castro Med. polit. p. 68. dicitur *Andreas Valoacer.*)

Chirurgiæ Libri Iex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum subobscura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis Liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREAS ALPAGO,
Bellunensis

Armegandi Blasii Versionem Canticorum Avicennæ castigavit. Venetiis, apud Juntas, 1555, in fol.

Joh. Scrapionis Practicam, dictam Breviarium, interpretatus est.

◎ Avicennæ Tractatum de Syrupo Acetoso ex Arabico in Latinum Sermonem transluit. Venetiis, apud Juntas, 1544, & 1555, in fol. Basileæ, apud Johannem Heravigum, 1556, in fol.

◎ Embitaris Tractatum de Limonibus Latinitate donavit. Parisis, apud Bindanum, 1602, in 4.

ANDREAS ANTONIUS,
de Castro

De Februm curatione Libri tres. Villavizosæ Lusitanæ, 1636, in fol.

De Simplicium medicamentorum Facultatibus. Ibidem.

ANDREAS ARGOLUS,
à Tagliacozzo D. Marci

De Diebus Criticis, & de Ægrom decubitu, Libri duo. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4. Ibidem, 1652, in 4.

ANDREAS AURIFABER,
Vratislavienſis

Succini Historia. Regiomenti, 1557, in 8.

Annotationes in Phœmonis Philosophi Libellum de Cura Canum, Wittenbergæ, apud Johannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREAS BACCIUS,
Epidianus

De Thermis Libri septem. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium; verum etiam studiosis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de universa aquarum naturâ, deque earum differentiis omnibus, ac mitionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis: De terrestris Ignis naturâ, nova Tractatio: De fontibus, fluminibus, lacibus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balnea: deque lavationum simul atque exercitationum

An
citionum institutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1571, & 1588, in fol. In hac recentiori omis- se sunt figuræ. Romæ, apud Jacobum Mascardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri. scorsim cum consimilis argumenti Libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum historia: de vinis Italix: & de conviviis Antiquorum, Libri VII. Accessit de Facti- tiis, ac Cerevisiis, deque Rheni, Galliz, Hispaniæ, & de totius Eu- ropaæ Vinis, & de omni Vinorum usu, compendiaria Tractatio Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinum, 1607, in fol. Romæ, apud Eundem, 1598.

De Gemmis ac Lapidibus pretio- sis, eorumque viribus, & usu, Tra- ctatus, Italicâ linguâ conscriptus: nunc verò non solum in Latinum sermonem conversus; verùm etiam utilissimis annotationibus & obser- vationibus auctior redditus à Wolfgango Gabelchovero. Cui accessit Disputatio, de generatione auri in locis subterraneis, illiusque tempe- ramento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603, in 8. Ibid. apud Johan. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

De Monocerote, seu Unicornu, ejusq; admirandis viribus & usu Tractatus Italicâ linguâ conscriptus, & primum ab Andrea Marino in La- tinam Linguam conversus, editusq;

Venetiis 1566, in 4; postea verò etiam à Wolfgango Gabelchovero Latinè redditus. Stutgardiae, apud Marcum Fürsterum, 1598, in 8.

De Magna Bestia, ab Antiquis Alce, Germanis Elend, vocato, ejusq; Ungulæ, pro Epilepsia & consimili- bus morbis abigendis, viribus & usu, Libellus, itidem Italicè primum con- scriptus & ab eodem Wolfgango Gabelchovero in Latinam Linguam converitus. Extat cum Ejusdem Au- thoris Tractatu de Monocerote, Stutgardiae, apud Eundem, anno, & formâ iisdem.

De Venenis, & Antidotis ἀγα- γόμενα, seu communia præcepta ad humanam vitam tuendam saluber- rimæ. In quibus definitiva Metho- dus Venenorum proponitur per ge- nera, ac differentias suas, partes, & passiones; præservandi modum, & communia ad eorum Curatio- nem Antidota complectens: De Ca- nis rabiosi morbo, & ejus curatione, Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamento- rum. Romæ, apud Josephum de Angelis, 1577, in 4.

Epistola ad Marcum Oddum de dignitate Theriacæ: Et altera ad An- tonium Portum: Quænam ratio sit Viperinæ carnis in Theriaca. Ultra- que extat cum Opere Marci Oddi de Componendis medicamentis, & ali- orum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

ANDREAS BASTELLUS
Speculum Medici. Madriti, 1599, in 4.
AN.

ANDREAS BELLUNENSIS

Armegandi Blasii Versionem Averrois Colliget Lib. VII: Cantorum Avicennæ, & Tractatus de Theriaca castigavit. Extat X. Volum. Operum Averrois. Venetiis, apud Juntas, 1552, in fol.

ANDREAS BERTHOLDUS,
Oschacensis

Terræ sigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejusque administrandæ, ac usurpandæ ratio. Misniæ, apud Christoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREAS de BLAVEN

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat Lib. IV, Epistolarum Matthioli, pag. 514. in 8.

ANDREAS BRENTZIUS,
Patavinus

Commentarii in Hippocrat. de Insomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Ejusdem Hippocr. De Natura Hominis Expositio Latina.

¶ Farrago Philosophorum : hoc est, Varii modi, Processus, & Sententiæ Philosophorum, pervenienti ad Lapidem Philosophicum seu Benedictum. In usum & gratiam Artis Chymicæ studiosorum foras data. Continentur autem hoc Libro Processus Alberti Magni: Raymundi Lullii: Gebri Arabis: & Paracelsi. Sine loco impressionis, 1606, in 8. Extat etiam cum Volumine Quarto Theatri Chymici sub hoc titule:

Variarum Philosophorum Sententiarum pervenienti ad Lapidem bene-dictum Collectanea. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ANDREAS CÆSALPINUS

¶ Natus est Areti in Ital. In Academia Pisana diu Medicinam professus: Fuit Archiater Pontificis Rom. Clementis VIII. & Peripateticus præstantissimus. Obiit Roma 1603.

¶ Karonpov, sive speculum artis medicæ Hippocraticum: spectandos, dignoscendos, curandosque exhibens universos, tum universales, tum particulares totius corporis humani morbos; in quo multa visuntur, quæ à præclarissimis quibusque Medicis intacta prorsus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4. Tarvisii, apud Robert. Mejet Venetiis, apud Societatem, 1606, in 8. Taryvisii, 1666, in 8. Argentorati, apud Georg. Andr. Dolhopfium & Joh. Eberhard. Zetznerum, 1670, in 8.

De Plantis, Lib. XVI. Florentia, apud Georg. Marescottum, 1583, in 4.

Appendix ad Libros de Plantis. Romæ, 1603, in 4.

De Metallicis, Lib. tres. Norbergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæstionum medicarum Lib. duo. De Medicamentorum facultatibus Lib. duo. Extant cum Quæstionibus Per-

An
Peripateticis, & Peripateticā Dæmonum Investigatione. Venetiis, apud Juntas, 1593, in 4.

ANDREAS CAMUTIUS

Excusio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II. Cæsaris invictissimi, simul ac aliorum aliquot virorum illustrium præter naturam affectuum. Florentiæ, apud Georg. Marescotum, 1578, in 8.

○ ANDREAS CASSIUS

De Triumviratu Intestinali cum suis Effervescentiis. Gröningæ, 1668, in 4.

○ ANDREAS à CELLA NOVA

Consilium de Aquis Aquensisibus. Extat cum Bernhardini Paterni, Julii Delph'niq; Medicorum Ticinensium Consiliis, in Operæ Veneto de Balneis. Venetiis, apud Juntas, 1553, in fol.

**ANDREAS CHIOCCUS,
Veronensis**

Quæstionum Philosophicarum, & Medicarum, Lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Discipulum, 1593, in 4. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1604, in 4.

Pisoricon, seu de Scabie, Libri duo; in quibus de contagii natura, siderum vi, & Thermis Chalderianis agitur, carmine ab Auctore conscripti. Veronæ, apud Hier. Discipulum, 1593, in 4.

Commentarius Quæstionum quærandam de febre mali moris, & de

morbis epidemicis. Item, Disputatio de sectione venæ in obstructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronensis illustribus Medicis, & Philosophis, qui vel scribendo, vel publicè profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illustrarunt, ex quorum moribus, & institutis, præceptisve perfecta optimi Medici Idea colligi potest. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

○ Musæum Francisci Calceolarii, Jun. Veronensis, a Benedicto Ceruto incepsum, luculenter descripsit & perfecit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

ANDREAS CHRISTIANUS

○ Natus Rupis Cimbrorum Anno Christi 1551, Patre Christiano Severino Christiano. Witteberga Philosophiae Magister, & Basileæ Medicina Doctor creatus: exactoq; decennio, Haffnie Medicina Professor constitutus est s' quā in statione 17 annos versatus, ad Praefecturam Sorensem Reg. Maj. jussu processit. Sora vixit magno Schola commodo per annos 5. ubi dolore lateris obiit Anno Christi 1606, atatis sua 55.

Enchiridion medicum de cognoscendis, curandisque externis, & internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavelli Prælectionibus de compositione medicamentorum, atque morbis particularibus, consuetum. Basileæ, apud Oporinum, 1583, in 8. Ib. apud Ludov. König, F 1607,

1607, in 8. Cui accessit Tractatus de Febribus, decerptus ex ejusdem Victoris Trincavellii Prælectionibus ac Commentariis super Galenum de Differentiis febrium, & Librum primum Curativæ ad Glauconem, operâ Joh. Friderici Werdenbergii.

◎ ANDREAS CLEYER,

Hasso-Casselanus

Specimen Medicinæ Sinicæ, sive Opulcula Medica, ad mentem Sinen-sium, continens I. de Pulsibus Libros quatuor, è Sinico translatos: II. Tractatus de Pulsibus ab Erudito Europæo collectos: III. Fragmentum Operis Medici, ibidem ab Eru-dito Europæo conscripti. IV. Ex-cerpta ex Literis Eruditæ Europæi in China: V. Schemata ad meliorem præcedentium intelligentiam: VI. De Indiciis Morborum ex Lingue coloribus & Affectionibus: Cum Fi-guris æneis & ligneis. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1682, in 4.

Observatio de Ovo gallinaceo, cum Serpentis imagine in testa, Extat Ephemer. Acad. Nat. Curiol. Germ. Decur. II. Anti. II. N. 16.

de Ovo gallinaceo, prægnante, & Epate gallinarum insigni. Ibid. Ann. Eod. N. 17.

de Corporibus Sphæricis per-multis in ventriculo huma-no inventis. Ibid. Ann. Eod. N. 18. & in Annotationibus ad eam.

de Observatione Cometæ, qui effulgit A. C. 1681. Batavia.

Ind. Orient. Mens. Januario. Ibid. Ann. Eod. in Annotat. ad Observ. 36.

de Elephantia Java novâ. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 5.

de Serpente magno Indiae Ori-entalis, Urobubalum deglu-tiente. Ibid. Ann. Eod. N. 7.

de Nube Pyramidali in Oceano attractivâ. Ibid. Ann. Eod. N. 8. unâ cum Scholiis ad eam.

de Herba Thee Asiaticorum. Extat Act. Hafniens. Volum. IV. Num. 1.

ANDREAS CNOEFFELIUS,
Budusinâ-Lusatus

Epistola, de Podagra curatâ. Am-stelodami, apud Johannem Blaeu, 1643, in 12. Görlicci, apud Conra-dum Wörnerum, 1644, in 12.

◎ Methodus Medendi Febribus Epidemiis & Pestilentialibus. Argent. 1655, in 12.

◎ Responsum ad Positiones de Spiritu Mundi, quod in se continet Reserationem Tumbæ Semiramidis, Extat cum Miscellan. Curiol. sive Ephemerid. Medico-Physicar. Germ. Anno Quarto & Quinto, in Appen-dice. Lipsiæ, apud Johann. Fritz-schium, 1676, in 4.

Observatio de Fébri brachii dextri particuli, quotidianâ. Ex-tat Ephem. Acad. Nat. Curiol. Germ. Ann. III. N. 205.

de Lapiде vesicæ felleæ mirabi-li & raro, Ibid. Ann. Eod. N. 206.

Obser-

Observatio de Lapide mirabili, Chamaeleonte seu Polypo minerali. Ibid. Ann. Eod. N. 207.
de Urinæ per umbilicum efflu-xu. Ibid. Ann. Eod. N. 208.
de Iliaci morte à Clystere. Ibid. Ann. Eod. N. 209.
de rara ardoris stomachi meta-morphosi, & ejusdem diversa-curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 210.
de febris tertianæ admirandâ, aquâ frigidâ, curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 211.
de Nasâ vel corbi piscatoriâ naturali. Ibid. Ann. Eod. N. 245.
de Ictericia curatâ. Ibid. Ann. IV. & V. N. 49.
de Grillo in aure. Ibid. Ann. IV. & V. N. 50.
de Remedio Sympathetico anti-scorbutico. Ibid. Ann. Eod. N. 51.
de Gallo Indico hydropico. Ibid. Ann. Eod. N. 52.
de Urina pilosa s. filosâ. Ibid. Ann. Eod. N. 53.
de Malo Citrio prægnante tri-plicato. Ibid. Ann. Eod. N. 54.
de Rosa triplicata. Ibid. Ann. Eod. N. 55.
de Dorso ineffabili pruritu, & ob-structione menstrui. Ibid. Ann. Eod. N. 56.
de Utero cartilagineo. Ibid. Ann. Eod. N. 57.
de Febre petechiali comitata hydrope, ictero flavo, & tandem nigro, curatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 58.

Observatio de Aquila alba in Polonia. Ibid. Ann. Eod. N. 59.
de Gangrenæ in genis infan-tum curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 60.
de Infante monstroso, cutem porcelli assati similem & duram ex parte gerente. Ibid. Ann. Eod. N. 61.
de Lælo in brachio à dupli-ciperæ morsu, curato. Ibid. Ann. Eod. N. 62.
de Pleurite vagante. Ibid. Ann. Eod. N. 63.
de singulare suppressione urinæ. Ibid. Ann. Eod. N. 64.
de Lapide Uteri in puella quin-quenni. Ibid. Ann. Eod. N. 65.
de Mercurio fixo Helmontii. Ibid. Ann. Eod. N. 91.
de Drif Helmontii. Ibid. Ann. Eod. N. 92.
de Alkahest Helmontii & Pa-racelsi. Ibid. Ann. Eod. N. 108.
de Aroph Paracelsi. Ibid. Ann. Eod. N. 109.
de Seminis Dauci usu in Lithia-si. Ibid. Ann. Eod. N. 110.
de Oleo Ludi Helmontii & Pa-racelsi. Ibid. Ann. Eod. N. 111.
de Spiritu Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 112.
de Ballamo Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 113.
de miserando & inexplicabili aurium dolore. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 82.
de Arthritide vaga, mirabili & exitiosâ. Ibid. Ann. Eod. N. 83.

Observatio de Affectu Scorbuto, arthritidem fixam mentiente, in vagam desinente. Ibid. Ann. Eod. N. 84.

de Aeris inspirati per aurem sinistram emissione. Ibid. Ann. Eod. N. 85.

de Singulare & rara febris continua curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 86.

ANDREAS CORVUS

Chiromantia. Extat cum Barth. Coelitis Physiognomiae Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREAS COMMINTIUS

De Acidulis Schwalbencensibus, Epistola. Extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4. pag. 76.

ANDREAS DUDITHIUS, ab Horcoviza

Epistolæ variæ & insignes Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS ELLINGERUS

○ Natus Orlamunde in Thuringia: Witteberga Philosophia Magister anno 1549: ○ Medicina Doctor Lipsie anno 1557 creatus est, imperato jam ante, nempe anno 1554 inter Professores Publ. loco. Hinc Je-nam anno 1569 vocatus, Medicinam è publica cathedra docuit, ibi obiit Anno Christi 1582.

Hippocratis Aphorismorum, id

est, Selectarum maximeque rarum Sententiarum Paraphrasis Poëtica. Francof. apud Andr. Wecheli, 1579, in 8. Accedunt Corneli Celsi aliquot Aphorismorum Hippocratis Conversio Latina: Morborum, & Symptomatum in Aphorismis Index: Oratio in Aphorismos Hippocratis.

Hippocratis Prognosticorum Paraphrasis Poëtica. Cum Corn. Celsi aliquot II pp. Prognosticorum versione Latinâ. Ibidem, apud Eundem, anno, formaque iisdem.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsie, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

ANDREAS GABRIELLUS, Senogalienus

De Peste Opus perutile, ac præsidio locupletissimorum Auctorum reboratum. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1577, in 4.

ANDREAS GALLUS, Tridentinus

Fascis de Peste, & Peripnevmonia pestilentiali, cum sputo sanguinis, febre pestilentiali, ac de quibusdam symptomatis, in quinque fasciculos digestus. Brixiae, apud Johan. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

○ Fascis Aureus de Peste ac Febre Pestilentiali, quâ ejus venenum atrocissimum, per præcautionem ac curationem partim eradicator, partim demitur; tum varia earum symptomata relectantur. Francof. apud Johan. Saurium, 1606, in 8.

Homo

Ad
Homo afflatus & jacens; in quem Astra, elementa, meteora, impressionesque meteorologicæ, quales sunt: Aër corruptus, Aquæ subterraneæ, &c. quin etiam ipsiusmet proprii corporis humores yitiati, conspirant, mugunt, sœviunt, funestamque important Pestem; di- vino prævio auxilio, atque gratia, sublevatur, venenumque Pestis atrocissimum præeavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus symptomata relectantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Confilia Medica. Extant eo in Operे Consiliorum, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS GRATIOLUS, *Salodianus*

Avicennæ Liber primus, de Universibus medicæ scientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis, Hippocratis ac Galeni præcipua loca com monstrantibus, illustratus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1580, in 4.

ANDREAS GRUTINIUS

Solus Philosophus, sive novæ medicinæ, & chymicæ compendiosa Refutatio, Lib. II. comprehensa, Patavii, apud Petr. Marinellum, 1591, in 4.

ANDREAS GRYPHIUS

Mumiæ Wratislavienſes. Wratislaviz, apud Vitum Jacobum Treſcher, 1662, in 12.

ANDREAS ab HARERNFELD

Tractatus de Peste, ex quintu-

plici ente, continens ex fundamentis Hermeticæ Sapientiæ veram Pestis Anatomiam. Hagæ-Comitis, 1635, in 8.

ANDREAS HILDEBRAND

De Generatione calculi: de Cor nu cervino: de Hæmorrhagia: de Gutta gamandra, Epistolæ Extant cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4 pag. 421.

Evangelistæ Quatrammi, De Præ servatione & Curatione Pestis, Libr. ex Italico Latinum fecit.

ANDREAS KRAGIUS

○ Natus Ripi Cimbrorum Anno Chrifti 1558, Patre Petro Kragio, Civie honesto: primum Pædagogum in Schola Hafniæ triviali egit, deinde demum Witteberga Philosophie Magister, & postea Medicine Doctor in Academia Mospesulana anno 1585 creatus, tandemq. iterum in Academia Hafniensi 1589 Mathefeos, & 1590 Physices etiam Professor constitutus est: Chymicæ præterea cultor industrius. Obiit gravi Catarrho 1600, atatis sue 47.

Laurea Apollinea Monspeliensis: contexta & conserta Quæſtionibus difficultimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Consultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: & Prælectionibus II. Basileæ, apud Sebaſt Henric Petrum, 1587, in 4.

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johan. Hornungi, edi-

tâ Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4,

ANDREAS LACUNA

DNatus Segobia in Hispania, Patre Jacobo Ferdinandino à Lacunâ, itidem Medico: Eques auratus sive Miles S. Petri: creatus Medicinae Doctor Toleti Carpetanorum, mox in Imperatoris Caroli V. castris Medicinam factitavit: deinde Metensis Reipubl. Medicus constitutus est, & aliquot Pontificum, nominatim Julii III. valetudini praeuit. Claruit circa A. C. 1552.

DEpitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digesta, pulcherrimâ methodo universam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vitâ, & de Ponderibus ac mensuris Libello. Basileæ, apud Isingrinum, 1551, in fol. Ibidem, apud Thomam Gvarinum, 1571, in fol. Huic Editioni præter dicta accesserunt Ejusdem Lacunæ Annotationes in Galeni Interpretes; quibus variis loci, in quos hactenus impegerunt Lectores, & explicantur, & summâ fide restituuntur. Argentorati, apud Zetznerum, 1609, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 16. IV. Voll.

Epitome omnium rerum & sententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digesta. Cui accessere nonnulla Galeni Enantiomata summo studio collecta. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Exstat cum Egidii Everharti, de Herba Panacea, Commentariolo. Antwerpia, apud Johan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus, seu de sectione humani corporis Contemplatio, in compendium, atque adeo Enchiridion redacta; ubi quidquid boni succulente probatissimi quis Philosophorum de ea scripserunt, appositissimè congestum repertar. Parisiis, apud Ludov. Cyanecum, 1535, in 8.

Annotationes in Diſcoridem Auzarbeum, juxta vetustissimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, sive de Rustica, olim Divo Constantino Cæſari adscriptis, octo ultimi Libri, sed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium fere omnium naturæ, moresque & modi, quibus ea educari conveniat, accuratissimè exaggerantur: nunc demum ad fidem vetustissimorum codicium ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam castigationes in translationem eorundem Librorum, per Janum Cornarium editam. Coloniæ, apud Johannem Aquensem, 1543, in 8.

Epistola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Gvil. Rovilium, 1554, in 8.

Compendium curationis, præcationisque morbi passim, populariterque gravantis: hoc est, vera & exqui-

n
exquisita ratio nōscendæ, præcavendæ, atque propulsandæ febris pestilentialis. Argentorati, apud Rihe-
lium, 1542, in 8.

Methodus cognoscendi, extirpan-
dique excrescentes in vesicæ collo-
carunculas. Romæ, apud Valer. &
Aloysium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholasticis paupe-
ribus paratu facilis, & salubris. Ad-
iectus quoque est Libellus de Victus,
& Exercitiorum ratione, maximè in
senectute observandâ. Coloniæ, apud
Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo, Commen-
tarius. Cui accessit, Tragopodagra
Luciani, juxta fidem exemplarium
Græcorum in Latinam linguam con-
versa. Romæ, apud Valerium &
Aloysium Doricos, 1551, in 8.

○ ANDREAS LANGUERUS

Encomium in divinam & inau-
ditam Panaceam. 1596, in 4.

ANDREAS LAURENTIUS

○ Natus in Academia Monspellen-
si Gall adeptoq; in eādem Doctoris
Medicina titulo, & Professoris publ.
munere, Regi sui Henrici IV Archi-
ater & Consiliarius constitutus est.
Obiit in patria A. C. 1609.

○ Historia Anatomica Humani
corporis, & singularum ejus partium,
multis Controversiis, & Observatio-
nibus novis illustrata. Parisiis, apud
Jannetum Mettayer, 1600, in Reg.
fol. Franc. apud Fratres Bryanos,
1600, in fol. Ibidem, apud Jonam
Rhodium, 1602, in 8. Ibidem, apud
Nicol. Hoffmannum, 1615, in 8.

Ibidem, apud Casparum Rotelium,
1627, in 8.

Operum Tomus alter: Continens
Scripta Therapevtica decem, nimi-
rum Tractatum de Crisibus: Mirabilis
strumas sanandi vi, Regibus Gal-
liarum, tanquam divino charismate,
concessâ: Nobilitate Visus, ejusque
conservandi ratione: Melancholiâ,
Lib. duobus absolutum: Senectute:
Morbo Articulari: Leprâ: Lue Ve-
nereâ: Eiusdem Annotationes in At-
tem Parvam Galeni: & Consilia
Medica. Francof. apud Guil. Fische-
rum, 1621, in fol.

○ De Crisibus, Libri tres. Adjecta
est universalis quædam Methodus
ad prognosin, & Crises omnium mor-
borum, sed præcipue acutorum con-
ferens. Francof. apud Hæredes Petri
Fischeri, 1596, in 8. Ibidem, apud
Nicolaum Hoffmannum, 1606, in 8.

ANDREAS LEMNIUS

Epistola, quæ Urinæ studium, &
ex ea morborum prævidentiam, ut
quæ sit aptior servandæ sanitati,
commendat. Præfixa est Actuarii
de Urinis Libris.

ANDREAS LIBAVIUS

○ Natus Hala Saxon. In Jenensi
Academia Anno Christi 1588 His-
toria & Poësia: Professor: deinde Ro-
tenburgi ad Tuber anno 1591 Gymna-
siarcha & Poliater: tandemq; 1605,
Coburgensis Gymnasi Director primus
factus est, ibiq; obiit Medicus & Chy-
micus clarissimus Anno Christi 1616.

Opera Chymica. V 11. Volum.
edita Francof. 1606, in fol.

De Crisibus. Excusa quoque Franc.
apud Joh. Rhodium, 1606, in 8.

*Alchymia recognita, emendata,
& aucta, tum dogmatibus & expe-
rimentis nonnullis, tum Commen-
tario Medico Physico, qui exornatus
est variorum Instrumentorum Chy-
micorum picturis, partim aliunde
translatis, partim plane novis, in
gratiam eorum, qui arcanorum na-
turalium cupidi, ea, absque involu-
cris elementarium & ænigmatica-
rum sordium, intueri gaudent. Præ-
missâ Defensione artis, opposita Cen-
suræ Parisianæ. Francof. apud Pe-
trum Kopffium, 1606, in fol.*

*Commentariorum Alchemiæ Pars
secunda, continens Tractatus quos-
dam singulares (sicilicet I. Epitomen
metallicam, quæ metallorum natura
declaratur, ad Opus Chymicum ne-
cessariam: II. Dialogum de Mercu-
rio Philosophorum: III. De Azotho,
& aquâ permanente: IV. De Lapi-
de Philosophorum: V. Artem proban-
di, duobus Libris comprehen-
sam: VI. Tractatum de judicio aqua-
rum mineralium, in tres Libros di-
stributum:) ad illustrationem eorum
potissimum, quæ Libro secundo Al-
chemiæ habentur difficultiora labo-
riosioraque, quæque plurium simul
artium adminicculo indigent, & ve-
luti ex multis constituta, peculia-
rium Scientiarum dignitatem & no-
men meretur. Ibidem, eodem anno,
forma eadem.*

*Syntagma selectorum undiqua-
que & perspicue traditorum Ale-
chemiæ Arcanorum. Pro III. Parte*

*Commentariorum Chymicæ hacte-
nus desideratorum, insertis passim
Scholiis, & Commentationibus ipsiis,
ad penitissima hujus Philosophiæ, &
Medicinæ ducentibus, conscriptum,
& in VIII. Libros digestum. Francof.
apud Petrum Kopffium, 1611, in fol.
Ibidem 1660, in fol. Hæc Editio in
IV. Volumina divisa est.*

*Syntagmatis Arcanorum Chymicorum,
ex optimis Autoribus scri-
ptis, impressis, experientiâque arti-
fice collectorum, Tomus secundus.
In quem congesta sunt partim nova,
eaque penitiora Spagyrorum secreta,
partim prioris Tomi nonnulla ex-
plicatiū tradita, & inter ea etiam
ænigmata Quercetani, aliorumque
Hermeticorum non pauca studiose
investigata, declarata, & judicata.
Ibidem, apud Eundem, 1613, in fol.*

*Appendix necessaria Syntagmatis
Arcanorum Chymicorum. In qua
præter Arcanorum nonnullorum ex-
positionem, & illustrationem, quo-
rundam item Medicorum Hermeti-
corum, & mysticorum descriptio-
nem continentur Defensiones gemi-
næ: primùm eorum, quæ ab Henningo
Scheunemanno, & juniore Gra-
mano sunt impugnata; postea quæ
in transmutatoria metallorum à Ni-
colao Guiberto, Lotharingo, M. D.
quibus fieri potuit viribus, sunt at-
tentata. Accesserunt I. Judicium bre-
ve de Dea Hippocratis, seu Hygeia
(argentipara) Henningi Scheune-
manni, quam nuper excogitavit, &
Commentariis nostris valde fugiti-
vam, desertâ causâ fixorum istorum,
quæ*

An
quæ volatilis Galenicis oppoluit infelicitate: II, Schema Medicinæ Hippocraticæ, & Hermeticæ simul, cuius rudimentum doctis censemur committitur, ut postea elaborari possit: III, Examen Philosophiæ Magicæ Crollii; IV, Censura Philosophiæ Vitalis Johannis Hartmanni, Marpurgici Professoris: V, Admonitio de Regulis novæ Rotæ, seu Harmonicæ Sphæræ Fratrum de Societate Rosæ Crucis, juxta famæ editæ indicem. Ibidem, apud Eundem, 1615, in fol.

Examen Philosophiæ novæ, quæ veteri abrogandæ opponitur; in quo agitur de modo discendi novo: De Veterum Auctoritate: De Magia Paracelsi ex Crollio: De Philosophia viveante ex Severino per Johannem Hartmannum: De Philosophia Harmonicâ Magicâ Fraternitatis de Rosa Crucis. Ibidem, anno formâque iisdem.

Neo-Paracelsica. In quibus vetus Medicina defenditur adversus ripulam tum Georgii Amwaldi, ejus Liber de Panacea excutitur; doceaturque quid sit Panacea, quomodo paretur, & quæ ejus vires: tum Johannis Gramani, olim Theologi, nunc Pseudo-Chymici, qui omnes Medicos acerbissimâ chartâ est insectatus. Servatâ verâ veræ Chymiae laude. Francof. apud Petrum Kopffum, 1594, in 8.

Anatome Tractatus Neo-Paracelsi, de Pharmaco cathartico, scripti adversus Galenicos veteris veræ que Medicinæ Professores. In qua

viciſſim ostenditur vanitas & odioſa Neo-Paracelsi calumnia, & detergetur veræ Medicinæ macula. Ibidem, 1594, in 8.

Tractatus duo Physici; prior de Impostoria vulperum per unguentum armarium sanatione Paracelsiſis uſitatâ commendatâque: Posterior, de Cruentatione Cadaverum injustâ cæde factorum, præſente, qui occidisse creditur. His accessit Epistola de Examine Panaceæ Amwaldinæ, quo apertissimæ luci proſtituitur, ut quisque judicare possit, quâ arte hactenus Amwaldus ſit uſus. Ibidem, apud Johan. Saur. 1594, in 8.

Rerum Chymicarum Epistolica forma ad Philosophos & Medicos quosdam in Germania Excellentes descriptarum, Liber primus. In quo tum rerum quarundam naturalium continentur explicationes ingeniosæ: tum Chymiae disciplina pyronomica, scevaſtica, & vocabularia, cum quibusdam inter arcana habitis declarantur fideliter. Francof. apud Eundem, 1595, in 8.

Rerum Chymicarum Epistolica formâ ad Medicos præstantes Germaniæ conſcriptarum, Liber secundus. Continens Operationes Chymicas Artificum præceptis, naturæ documentis & experientiâ declaratas. Additis, de physiciſ quibusdam, & aurificio, problematis jucundis, ad docendum diſcendumq; facilimè Chymiam utiliter comparatus. Ibidem, eodem anno, & formâ ead.

Epistoliarum Chymicarum, Liber tertius,

tertius, ad præstantes quosdam Germaniæ Philosophos & Medicos, de variis artis Chymicæ magisteriis, in usum & oblectamentum eorum, qui de naturæ, & artis arcanis, rationibusque differere, & cognoscere aliquantò exactius cupiunt, conscriptus editusque. Ibid. 1599, in 8.

Singularium Pars prima. In qua de abstrusioribus, difficilioribusque nonnullis in Philosophia, Medicinâ, Chymiâ, &c. Quæstionibus, utpote de Metallorum, Succinique naturâ: de Carne fossili, ut credita est: de Gestatione cacodæmonum: Veneno, aliisque rarioribus plurimis, accurate diceritur. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars secunda. Multa scitu jucunda, ac necessaria continens, nempe de natura cælestium: de Cometis: Melle: Sympathiis & Antipathiis: Sanguinis hausti mirandis effectibus: Dentium, & cognatorum generatione: Noctambulis: Nyctolepis: Vagitu uterino: Agno Schytico: Zoophytis: Bestiarum intellectu: Bombycum historiâ: Sericique & cognatorum, utpote Amianthi: Asbesti: Byssi, &c. Controversis. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars tertia. Continens octo Libros Bituminum & af finium, historicè, physicè, chymice, cum Controversiis difficilim s, expiatorum judicatorumque. Nunc primùm in lucem edita, in gloriam Creatoris, & usum multiplicem variæ sapientiæ studiosorum, & in primis de Petroleis: Ambrâ: Halosantho: Suecino: Gagate: Asphaltô:

Passasphalto: Mumia: Terrâ Amphilite: Toruenis: Lithanthrace: Lapide fissili: Lyncurio: Dactylo Idæo: Ebore fossili: Ebino fossili, & aliis pluribus cognatis, audire nova desiderantium. Ibidem, 1601, in 8.

Singularium Pars quarta & ultima. Continens Historiam & investigationem Fontis medicati ad Tuberim sub Rotemburgo: Libros Batrachiorum duos de natura, usu, & Chymiâ ranarum utriusque generis: Sectiones duas historiæ & confutationis Panaceæ, violentiâ Amwaldi iterum extortæ, & non tantum regestâ & rationibus, sed & experimentis infelicis curæ penitus confectæ: & tandem de Æthiopibus & Seribus duplicitibus. Tractatiunculan: Omnia ita elaborata, & jucundis, minimèque vulgaribus Quæstiobus accurate explicatis exornata, ut ad philosophandum & medendum non parva rerum copia legentibus offeratur. Ibidem, 1601, in 8.

Novus de Medicina Veterum tam Hippocraticâ, quam Hermetica Tractatus. In cuius priore parte Dogmata pleraque inter utriusque Professores recentes controversia; ad versus ultimum per Jos. Michelium Paracelsistarum conatum discutiuntur; In posteriore universale Alchymistarum, Autoribus Lullio, & Arnoldo, quam liquidissime exponit. Asperfa sunt passim Peripateticorum dogmata nonnulla, & à corruptelis vindicata. Ibidem, 1599, in 8.

Variarum Controversiarum, earumque etiam subtiliorum, inter no

An
stri temporis Philosophos & Medicos, Peripateticos, Ramæos, Hippocraticos, Paracelsicos, &c. in Scholæ, & alias à Sophistis agitatarum, Libri duo Schediastici. Ibidem, 1600, in 8.

Praxis Alchymiae, hoc est, Doctrina de artificioſa præparatione præcipuorum medicamentorum Chymicorum, duobus Libris explicata; quorum primus de Destillatione aquarum & oleorum: de Salium & Extractorum: Quintarum Essentiarum: Aquarum Vitæ: Florum, & Balsamorum, &c. confectione: ab Autore Anonymo, propriâ experientiâ conscriptus est; alter de Lapide Philosophorum, agit: In quo ut rectè is comparandus sit, remotis omnibus figuris & parabolis, dilucide docetur: Uterque correctus, & declaratus, nunc ex Germanico idiomate in Latinum traductus. Annexus est Libellus Jacobi Bessoni de absoluta ratione extrahendi olea & aquas, à medicamentis simplicibus, &c. Vid. Jacob. Bessonius. Ibidem, 1604, in 8.

Defensio & declaratio perspicua Alchymiae transmutatoriae, opposita Nicolai Guiberti, Lotharingi, Ph. Med. Expugnationi virili: & Gastonis Clavei, Jurisconsulti, Nivernati, Apologiæ, contra Eraustum malefactæ & pravæ; ita concinnata, ut facile pateat etiam vulgaribus Physicis, Alchymiam ex veræ Sapientiæ, atque adeo etiam Aristotelici Peripati principiis & fundamentis extractam esse, & sibi perpetuò

constare, naturæ & artis experimentis, quorum secretiora nonnulla in aperta luce ponuntur. Ibidem, 1604, in 8.

Alchymia triumphans de injusta in se Collegii Galenici spurii in Academia Parisiensi Censura: & Johannis Riolani Maniographia, falsi convicta, & funditus eversa. Opus Hermeticum, verè didacticum, (ne iesu saltem putetur) solida explicans Chymiatræ Hippocraticæ fundamenta: De Quinta essentia, magno perfectoque Lapidis magisterio, principiis, Extractis, Oleis, Aquis, Salibus, Elixiribus, &c. diligenter elaboratum. Ibidem, 1607, in 8.

Anti-Gramania secunda, supplemento absurditatum & convictionum in Galeni Artem & Professores ejus à Johanne Gramano, Chymico Paracelsico, effusorum, opposita. Francof. apud Petrum Kopffum, 1595, in 8.

De Universitate, & Originibus Rerum conditarum contemplatio singularis Theologica, & Philosophica, juxta historiam Hexaëmeri Mosaici in Genesi propositam, instituta, & in VII. Libros distributa. Ibidem, 1610, in 4.

Epistolæ variæ Medicæ, & Conilia. Extant cum Cista Medica Joh. Hornungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Theriacæ compositione: De Malicioſa Scarificatione: De foetore puellæ singulari, Epistolæ. Extant cum Gregorii Horstii Observ. Medic. singul. Lib. IV. posterioribus.

Ulmæ Suevorum , apud Saurium, 1628, in 8.

ANDREAS de LUCHIS,
Neapolitanus

Disputatio de Metallo ex Lapide,
ex tertio & quarto Libro Meteororū
Aristotelis. Ingolstadii, apud
Davidem Sartorium, 1581, in 8.

○ ANDREAS MACKYUS

Antidotarium Privatum. Cobur-
gi, e Typographia Illustri, 1647,
in 8.

ANDREAS MARCOLINUS
FANESTER

○ Fallopii de Thermalibus Aquis
Libros V II, præfixâ Epistolâ , qua
utilitas , docendi modus , & totius
rei , quæ in hoc ipso Opere contine-
tur , summa , breviter explicatur,
publici juris fecit. Vid. Gabriel Fal-
lopius.

ANDREAS MARINUS

Commentarii in Mesuem. Extant
cum Operibus Ejusdem. Venetiis ,
apud Vincentium Valgrisium, 1575,
in fol.

Expositio Latina Andr. Baccii de
Cornu Monocerotis. Venetiis, 1566,
in 4.

ANDREAS ORDONNEZ

Compendium perutile de Sangu-
inis missione. Neapoli, apud Lazar.
Scorrigium, 1623, in 4.

○ ANDREAS OTTO,
Colbergensis

Antroposcopia seu Judicium Ho-
minis de Homine , ex lineamentis

externis à Capite usque ad Calcem
proximum. Regiomonti, 1647, in 12.
Lipsiæ , 1668, in 12.

ANDREAS PLANERUS

○ Natus Boze, in Comitatu Tyro-
lensi, Anno Christi 1546 : nacto Tu-
binge 1566 Philosophia Magistri, &
ibidem 1569 Medicina Doctoris titu-
lo , primum Argentoratè, indeq. Tu-
binge utriusq. Facultatis Professor
1578 factus est. Obiit A. C. 1607,
atatus sive 61.

De Methodo medendi, Liber unus.
In quo habet Lector luculentum præ-
clarissimi & longè utilissimi Capitis
octogesimi noni Artis parvæ Galeni
Commentarium, non tantum vera
Medicina , sed etiam naturalis Phi-
losophiaë studiosis utilem , & jucun-
dum cognitu. Basileæ , apud Sebast.
Henric. Petri , 1583, in 8.

De Methodo medendi, Liber se-
cundus. In quo habet Lector lucu-
lentum præclarissimorum & longè
utilissimorum Artis parvæ Galeni,
23, 24, 95, 96, 97, & 98 Capitum,
quibus ratio curandi morbos Orga-
nicos traditur, Commentarium. Ibi-
dem, 1585, in 8.

Methodus investigandi locos af-
fectos , conscripta & proposita in
Academia Tübingeri. Tübingeri,
apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Orationes tres ; Quarum prima
continet explicationem definitionis
artis medicæ , quæ est apud Plato-
nem in Dialogo , qui inscribitur
Symposium , sive de Amore ; Alte-
ra utilitatem & summam Libelli Ga-
leni,

An Jeni, qui inscribitur Ars parva, seu ars medicinalis, recenset: Tertia est de Arte Dialectica & Organo Aristotelis. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Disputatio Medica de Obstructiōnibus, Respondente Johanne Henero, Lindaensi. Tubingæ, 1583, in 4.

Disputatio de Tuenda Sanitate, Respondente Johanne Georgio Jēnisch. Tubingæ, 1583, in 4.

Disputatio Medica, de Capite & Cerebro Hominis, ejusque Temperamento. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1581, in 4.

Methodus Medendi. Ibid. 1584.

Disputatio de Morbis Materiax. Tubingæ, apud Gruppenbachium. 1584, in 4.

Disputatio de Morbis Formæ. Ibidem, apud Eundem.

Disputatio de Morbis Temperamenti. Ibidem.

Disputatio de Paralyfi. Ibidem.

ANDREAS POSTHUMUS,
a Grafenberg

Septem ad Sarmatas Dialogi. In quo Novæ Po Kutiensis Luis, quam Cirrorum morbum vocant, Natura, & Essentia examinatur. Vicentiae, apud Georg. Græcum, 1600, in 4.

○ ANDREAS PROBST.

De Phantasia, ejusq; per Melancholiam Affectione, Exercitatio. Berolini, typis Rungianis, 1654, in 12.

○ ANDREAS RIVINUS

De Pollinctura, seu Balsamatione, Lipsiæ, 1655, in 4.

Veterum bonorum Scriptorum

de Medicina, Collectanea. Lipsiæ, 1654, in 8.

Philo-Physio-Logica. Lipsiæ, 1656, in 4.

ANDREAS ROSLERUS

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medicæ Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

○ ANDREAS STECHANUS

Oratio de Annis Climactericis, publicè habita in Schola Arnstatiensi. Erforti, 1633, in 4.

ANDREAS TENTZELIUS

Exegeſis Chymiatrica. Extat cum Angeli Salæ Ternario Bezoardicorum, edito Erforti, apud Johan. Bircknerum, 1628, & 1630, in 8.

Medicina Diaſtatica in Tractatum tertium de Tempore, seu Philos. D. Theoph. Paracels. Jenæ, apud Johan. Bircknerum, 1629, in 12. Erforti, apud Johannem Bircknerum, 1666, in 12.

ANDREAS THURINUS

Pisciensis, Florentinus Medicus, & Philosophus insignis. Physicus Clementis VII. & Pauli III. Pontificum, Ludvici XII. & Francisci Valesii, Regum Francie. Floruit A. C. 1537. Juxta Renat. Moreau vixit A. C. 1526.

Opera Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1545, in fol.

Operum Index

Epistola ad Matthæum Cortium de loco incidente vene in Pleuride.

Liber de Sanguinis missione in Pleuritide contra adversarium, Bris-
sotum, & Manardum.

Responsiones Libello Matthæi Curtii de Sanguinis missione in Pleuritide.

De Embrocha sive irrigatione, con-
tra Medicos Florentinos.

De Causis dierum Criticorum, con-
tra Excellentiss. Virum Hierony-
mum Fracastorium.

De bonitate Aquarum, Fontium, &
Cisternæ.

An in fluxu muliebri, & sanguini-
nis aquosi superflui menstrualis,
competant verè provocantia urinam.

An in omni febre putridâ competat
phlebotomia.

Epistola ad Clementem VII, de
Cœna & Prandio.

Quæstio Excellentissimi Dini Flo-
rentini, de Cœna & Prandio, nun-
quam antea impressa.

Seorsim extant:

Defensio, contra Marcum Anto-
nium Montisanum, Geminatensem,
quod non in omni febre putridâ
conveniat missio sanguinis. Romæ,
apud Hieron. de Cartulariis, 1549,
in fol.

De Curatione Pleuritidis per ve-
næ sectionem. Addita est doctissima
Eiusdem Epistola ad Matthæum Curtium.
Adjecta insuper est Eiusdem de Cœna & Prandio, utilis Disceptatio.
Lugduni, apud Michaelm Parmanterium, 1597, in 4.

Hippocratis & Galeni Defensio de
causis dierum criticorum, adversus

Hier. Fracastorium. Bononiæ, 1543,
in 4.

De Embrocha novâ, seu Duccia
artificiali, quâ utuntur Florentini
ad varios morbos. Lugduni, apud
Mich. Parmanterium, 1537, in 4.

De bonitate Aquarum, fontane
& cisterne. Bononiæ, 1541, in 4.

Responsiones, contra Matthæum
Curtium de vena in Pleuritide se-
cundâ. Bononiæ, 1543, in 4.

Epistola, contra eundem Curtium,
de eodem argomento, scripta. Pa-
risiis, apud Ascensium, 1538, in 4.

De Curatione Pleuritidis per ve-
næ sectionem. Addita est Epistola
ad Matthæum Curtium. Et Eiusdem
de Cœna & Prandio utilis Discepta-
tio. Lugduni, apud Mich. Parman-
terium, 1537, in 4.

Medica Disceptatiuncula, adversus
opinionem Matthæi Curtii, de Cœ-
na & Prandio. Parisiis, apud Ascen-
sium, 1535, in 8.

ANDREAS TIRABELLIUS

Operis de Nobilitate Cap. XXXI
de Medicina agitur. In quo potissi-
mum & fusissime hæc argumenta,
quasi justo Libro, tractantur: An Ars
Medicina nobilitati deroget? Sancti
qui Medici, aut Medicinâ usi: Ange-
li Medici: Reges Medici: Impera-
tores Medici: Summi Pontifices Me-
dici: Poëtae Medici: Philosophi Me-
dici: Medicamentorum, secundum
omnes qualitates, vires, Alphabeti or-
dine: Medicorum per Alphabetum
Nomencatura: Veterinarii Medici:
Fœminæ Medicæ: Quæ contra Me-
dicos dici solent, aut possunt: Re-
ponsio

An
sponsio ad objecta : An Agricultura nobilitati deroget ? Impressum est hoc Opus Basileæ, apud Frobenium, 1561, in fol.

ANDREAS TREVSIUS,
Fondanensis

Tractatus de causis, naturâ, moribus ac curatione pestilentium febrium vulgo dictarum. Mediolani, 1595, in 4.

ANDREAS VESALIUS

¶ Natus Bruxella Anno Christi 1514, Patre homonymo, Medico Imperatoris Carol. V. Anatomen Basileæ, Patavii, & in omnibus penè Italie Academiis publicè exhibuit. Anno atatis sua nonnisi 18 Fabricam suam Corporis humani edidit. A. C. 1542 Basilea Sceloton corporis humani artificiosè à se paratum Academie reliquit, quod etiamnum in Medicorum Auditorio ibi visitur. Tandem constitutus est Imper. Carol. V. & ejus filii, Philippi II. Hispaniarum Regis Archiater : & vocatus postremò à Sezatu Veneto in locum Gabrielis Fallopii, in itinere versus Italianam, ingruente tempestate, in Insulam Zazymthum ejectus, ibiq; morbo correptus, in misero tuguriolo omni ope destitutus, inter barbaros obiit A. C. 1564, atatis sua 50.

De humani corporis Fabrica, Libri septem. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1543, 1555, 1563, in reg. fol. elegantissimis ligno incisis Iconibus adornati. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis, 1568, in fol. apud Societatem, in fol. Lugduni,

apud Johan. Tornæsum, 1552, in 16, sine figuris, 2. Voll.

¶ Suorum de Humani Corporis Fabricæ Librorum Epitome : Cum Iconibus elegantissimis, juxta germanam Authoris delineationem artificiosè jam pridem ex ære expressis : Additis unicuique Notis & Indicibus Alphabetis ; quibus Philosophia ac Medicinæ Studiosi ad facilem & absolutam Anatomies cognitionem tanquam manu ducantur. Opus per insigne, nunc primum in Germania renatum, hacq; formâ quam emendatissime editum. Coloniz Agrippinæ, apud Stephanum Hemmerden, 1600, in fol.

Anatomicarum Gabrielis Fallopii Observationum Examen. Magni, Humani corporis Fabricæ Operis Appendix. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis, 1564, in 4. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, & 1610, in 8, Johan. Jessenii cura in publicum reducta.

¶ Suorum de humani corporis Fabricæ Librorum Epitome. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8. Basil. apud Johan. Oporinum, 1543, in fol. maximo. Wittebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1582, in 8. fine Iconibus.

¶ Epitome Anatomica, cui accessere Notæ ac Commentaria Petri Paaw, Amstelodamenis. Lugd. Batav. apud Justum à Colster, 1616, in 4. Amstelodami, apud Johann. Janssonium, cum Iconibus, 1617, in fol. Item eum Annotatio[n]ibus Nicolai Fontani. Amstelodami, apud

apud Johann. Jansonium, 1642,
in fol.

Epistola, docens, venam axillarem
dextri cubiti in dolore laterali se-
candam: & melancholicum succum
ex venæ portæ ramis ad sedem per-
tinentibus, purgari. Basileæ, apud
Rob. Winter, 1539, in 4.

Chirurgia Magna in septem Li-
bros digesta. In qua nihil desiderari
potest, quod ad perfectam, atque
integralē de curandis humani cor-
poris malis, methodum pertineat.
Ab Excellent. M. Prospere Borga-
rutto recognita, emendata, ac in
lucem edita. Formæ etiam Instru-
mentorum, quibus Chirurgi utun-
tur, his in Libris apprimè descriptæ
sunt. Venetiis, apud Valgrisium,
1568, in 8.

De Radice Chynæ, Epistola. In
qua inserta sunt de Sparta Parilla
sub finem nonnulla: De Modo ac
Ratione propinandi Radicis Chynæ
Decocti, quo nuper Invictissimus
Carolus V. Imperator, uius est.
Indueem edita à Francisco Vesalio,
Fratre. Venetiis, 1542, in 8. Basileæ,
apud Johannem Oporinum, 1543,
in 8. Ibidem, apud Eundem, 1546,
in fol. Huic Editioni, præter alia
quædam, accessit Cujusdam Epistola
ad Jacobum Sylvium, quæ Senten-
tia recentetur, veritatis ac potissi-
mūm humanæ Fabricæ Studiosis per-
utilis; quum, qui hactenus in illa ni-
miūm Galeno creditum sit, facile
commonstetur. Lugduni, apud Frel-
lonium, 1547, in 16. Operis de Mor-
bo Gallico Tom. I, pag. 504, 513.

Paraphrasis in Nonum Librum
Rhazæ ad Regem Almansorem, de
Affectuum singularum corporis par-
tium curatione. Basileæ, apud Rob.
Winter, 1537, in 8. Lugduni,
apud Johann. Tornæsum, 1551,
in 16. Witebergæ, apud Cratonem,
1587, in 8. Hic Liber suppositius,
& à Vesalio non editus à quibusdam
creditur.

Opera Abubetri Rhazis cum
Toletano & Torino Latinate do-
navit. Basil. apud Henr. Petri, 1544,
in fol.

Consilium pro Magni & illustris-
simi Terræ novæ Duci fistulâ, ex
levi axilla in Thoracis concavum
perviâ, & aliis gravibus non paucis
affectibus, ob puris supra septum
transversum coacervationem, & in-
eptam per fistulam expurgationem,
subinde provenientibus. Extat cum
Johan. Phil. Ingrassiæ Quæstione de
Purgatione per medicamentum, ali-
isque Opusculissimul editis. Venetiis,
apud Angelum Patesium, 1568, in 4.

Consilium pro Visu partim depra-
vato, partim abolito, ad Wolff-
gangum Herwart. Augustinum.
Extat cum Appendice Consiliorum
Montani. Basileæ, apud Pet. Pernam,
1583, in fol.

De Arthritide Consilia quædam.
Extant eo in Operæ, quod Henric.
Garetius edidit. Francofurti, apud
Johan. Wechelum, 1592, in 8.

Consilia aliquot Medica. Extant
eo in Operæ, quod Laurentius Schol-
ziius edidit. Francofurt. apud Andr.
Wecheli Hæred. 1598, in fol.

AN **ANDREGHETTUS ANDREG-**
HETTIUS

Herculis Saxoniz Tractatum de
Luc Venerea perfectiss. ed. dit.

ANDROMACHUS ZECHIUS

Johan. Zechii Consultationes Me-
dicinales in lucem edidit.

ANGELUS

Basil. Valentini Microcosmum La-
tinè redditit.

ANGELUS BOLIGNINUS

Bononiensis. Docuit Chirurgiam,
ex Avicenna, Bononiae, Anno Christi
1505. Justus in Chronol. Medic.

¶ De Cura Ulcerum exteriorum,
& de Unguentis communibus in so-
lutione continui, Lib. II. Papiz.,
apud Bernhardinum de Garaldis,
1516, in fol. cum diversis variis ar-
gumenti Autoribus, ut: Alexandro
Benedicto de Pestilentie Febre &c.
Basilez, apud Johan. Bebelium, 1536,
in 4 Operis Chirurgici pag. 207,
Tiguri, apud Fratres Gesneros, 1555,
in fol.

ANGELUS BOLZETTA,

Patavinus

Theriaca Andromachi senioris,
juxta placita sacri Patavini Philoso-
phorum & Medicorum Collegii,
olim per Viros Clariss. Junium Pau-
lum Crassum, Bernhardinum Tau-
risanum, & Marcum Oddum, ejus-
dem Ordinis, edita anno 1576, com-
posita hoc anno in Pharmacopœa
Angeli, præsentibus, & pro sacro
Collegio imperantibus Viris Excel-
lentiss. Andreghetio, & Jacobo Za-

barellâ, ex eodem Ordine ad id ele-
ctis. Patavii, apud Impressores Ca-
merales, 1626, in 4.

ANGELUS BUSTUS,
Venetus

De Mellis convenienti quantita-
te ad Theriacam componendam,
Disputatio. Venetiis, 1614, in 4.

ANGELUS DECEMBRIS

De Cognitione ac curatione Pestis.
Extat cum Consiliis Bavarii de Ba-
veriis. Papiz., apud Platonem de
Benedictis, 1521, in fol.

ANGELUS FORSTIUS

De Mirabilibus humanæ vitez, Na-
turalia Fundamenta. Venetiis, apud
Bernhardinum de Vianis, 1543, in 8.

Veritatis redivivæ Militia. Vene-
tiis, apud Eudem, 1541, in 8.

ANGELUS PALEA

¶ In Antidotarium Mesuæ cum
declaratione Simplicium Medicina-
rum, & solutione multorum dubio-
rum ac difficilium terminorū, Opus.
Accessit Bartholomæ ab Urbe Veteri,
Opus simile in Antidotarium Me-
suæ. Venetiis, apud Barthol. de Za-
nettis, 1543, in fol. Parisiis, apud
Frobenium, 1546, in 8. Lugduni,
1550, in 8.

ANGELUS POLITIANUS

Rusticus. Extat cum Renati Ra-
pini Hortorum Libris quatuor.
Lugduni-Batavorum, 1668, in 12.
Ultrajecti, 1672, in 8.

ANGELUS SALA,
Vicentinus Venetus

D Opera Medico Chymica, quæ extant, omnia. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1647, in 4. Rhomagi, apud Joh. Berthelin, 1650, in 4. Francofurti, apud Fridericum Knochium, 1680, in 4.

*Elenchus Tractatum in hoc
Operे contentorum.*

- I. Anatome essentiarum vegetabilium.
- II. Hydrelæologia.
- III. Tartarologia.
- IV. Saccharologia.
- V. Septem Planetarum terrestrium explicatio.
- VI. Aphorismi Chymiatrici.
- VII. Chrysologia.
- VIII. Descriptio Auri potabilis.
- IX. Tractatus de Antimonio.
- X. Anatomia Vitrioli.
- XI. Tractatus de Natura & proprietate Vitrioli.
- XII. Tractatus de Peste.
- XIII. Antidotus pretiosa.
- XIV. Ternarius triplex Henæticorum, Bezoardicorum, & Laudanorum.
- XV. Exegetis chymiatrica.
- XVI. Myrothecium Spagyricum.
- XVII. Appendix de pulvere Rosæ vitæ.

Seorsim prodierunt:

Q Tractatus duo: de Variis tum Chymicorum, tum Galenistatum Erroribus, in præparatione Medicinali commissis. Opus Italicè primùm ab Auctore conscriptum, jam verò Eodem requirente, in Latinam Linguam, stylo quam simplicissimo translatum, labore & eonatu M. A.

R. 1608, sine nominatione loci & ejus, apud quem prostet.

D Ternarius Bezoardicorum, Et Emetologia, seu Triumphus Vomitoriorum. Cum Exegeſi Chymiatrica Andreæ Tentzelii. Erfurti, apud Johan. Bircknerum, 1628, & 1630, in 8.

Q Ternarius Ternariorum, Hermeticorum, Bezoardicorum, Laudanorum, è Gallico latinitate donatus, & ab infinitis mendis repurgatus. Ibidem, apud Eundem, 1630, in 8.

Aphorismorum Chymiatricorum Synopsis, universa Chymiatricæ intima fundamenta, fines, ac scopos breviter duabus sectionibus continens. Bremæ, apud Johann. Wilium, 1620, in 8.

Anatomia Antimonii: id est, Dissectio tam Dogmatica, quam Hermetica, Antimonii usum, proprietatem, & vires ejus declarans. Lugd. Batav. apud Gottofr. Basson. 1617, in 8.

D Anatomia Vitrioli, in duos Tractatus divisa: in quibus vera ratio Vitrioli in diversas substantias resolvendi accuratissimè traditur. Accessit Arcanorum complurium ex substantiis istis deductorum, tum ad conservandam valetudinem, tum ad gravissimorum morborum vim & intertemperiem, Sylva. Ex Italicâ in Latinam Linguam translata à J. P. C. R. Aureliæ Allobrogum, ex Officina Fabriana, 1609, in 12. Ibidem, eadem, 1613, in 12. Lugd. Batav. apud Gottofr. Basson. 1617, in 8.

An

Descriptio brevis Antidotij pretiosissimæ ejus virtutes, ususque multiplex variis in morbis, & humani corporis affectibus, recessentur; nunc primum luci commissa. Marpurgi, apud Paulum Engelphum, 1620, in 8.

Chrysologa, seu Examen auri Chymicum. In quo demonstratur, auro nec inesse substantiam aliquam potabilem: nec illud arte Spagyricâ transmutari posse in substantiam aquosam, oleosam, vel salinam: & quid propriè intelligatur per aurum potabile. Adjecti sunt in fine Aphorismi Chymiatrici recogniti. Hamburgi, apud Henr. Carstens, 1622, in 8.

Processus de Auro potabili novo, paucisque adhuc cognito: cui quidam ali ex Basili Valentini, Jos. Quercetani, Portæ, & aliorum Scriptis excerpti, cum Commentariolis, propter affinitatem, ut adjungerentur, non inconsultum visum fuit. Argentorati, apud Johan. Phil. Sartorium, 1630, in 8.

Septem Planetarum terrestrium Spagyrica Recensio. Quâ perspicuè declaratur ratio nominis Hermetici: Analogia metallorum cum microcosmo: eorum præparatio vera, & unica: proprietates, & usus medicinales. Amstelodami, apud Guil. Janssonium, 1614, in 12.

De Peste Tractatus, primum Gallicè conscriptus, post latinitate doctus à Gregorio Horstio, Marpurgi, apud Casparum Chemlinum, 1641, in 4. Ejusd. Emetologia edita est

Delphis, apud Johann. Andream, 1613, in 8.

ANGELUS VICTORIUS, *Balneo-Regiensis*

Medicæ Consultationes, post obitum Autoris in lucem editæ à Vincentio Manuncio, Perusino. Romæ, ex Typogr. Caballina, 1640, in fol.

ANONYMUS

Naturales Quæstiones antiquorum Philosophorum, tractantes de diversis generibus ciborum & potus, quæ humanæ naturæ saniora atque conducibilia sunt, ob convalescentiam servandam motis Quæstionibus, earumque Solutionibus adjunctis succinctè declarantur. Colon. apud Corn. de Ziriczee, in 4.

ANSELMUS BOETIUS de BOODT, Brugensis

Gemmarum & Lapidum Historia, quâ non solum ortus, natura, vis, & pretium; sed etiam modus, quo ex iis olea, salia, tincturæ, essentia, arcana, & magisteria arte chymicâ confici possint, ostenditur. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, in 4. Hanc recensuit, à mendis repurgavit, Commentariis, & pluribus melioribusque Figuris illustravit, & multo locupletiore Indice auxit Adrianus Toll. Lugd. Batav. M. D. Lugd. Batav. apud Johann. Maire, 1636, in 8.

ANTIMUS CONINGIUS, (vel, ut verum nomen sonat:)

HONORATUS FABRI

Pulvis Peruvianus Febrifugus vindicatus, Romæ, 1655, in 8.

ANTIOCHUS TIBERIUS

De Cheiromantia, Libri tres. Mogenitæ, 1541, in 4.

ANTONIUS

De Lapis Philosophorum, lapide Rebis, & præparatione atque regimine ignis ejusdem, secundum dicta Philosophorum, & concordantias eorundem. Extat Decade i Harnoniæ Chymico-Philosophicæ, à Johanne Rhenano collectæ. Francofurt. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

ANTONIUS ALVAREZ

Epistolarum & Consiliorum medicinalium Pars prima. Omnibus non Medicis modo, sed etiam Philosophiæ studiosis utilissima. Neapoli, apud Horatium Sawianum, 1585, in 4. Additæ sunt sub finem Defensiones pro Johanne Altimaro, in Salvi Silani Apologiam: Quod ea, quæ dixit Altimarus pro partis defensione contra Salvum, verissima sint, & in oppositum adducta nihil concludant. Ibidem.

ANTONIUS ANGUISOLA

De Hemorrhoidibus Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johann. Sartorium, 1605, in 4 pag. 225.

ANTONIUS ANTONIDES

vander LINDEN

O Natus est Enckuse, Patre Henrico Lindano, Ecclesia in patria priuè Ministero, & deinde in Academia Franekerana Theologie Professe: Gymnasi Enckusani Director, &

postea creatus Medicina Doctor 1608 in Frisorum Academia: Medicinam fecit in patria & Amstelodami.

De monstrosis Vermibus Observatio rara. Extat pag. 92, Tomi E. cundi Operum Adriani Spigelii, Bruxellensis. Amstelodami, apud Johannem Blaue, 1645, in fol.

Physiologia, explicans Res Naturales octo Libris, quorum I, de Elementis. II, de Temperamentis. III, de Humoribus. IV, de Semine, & Sanguine menstruo. V, de Partibus. VI, de Calido innato, & Spiritibus. VII, de Anima, ejusque facultatibus. VIII, de Actionibus. Quibus praemissa sunt Præcognita generalia in universam Medicinam.

Pathologia, explicans Res Præternaturales tribus Libris, quorum I, Nosologica, seu de Morbis. II, Ätiologica, seu de Causis Morborum. III, Symbologica, seu de Symptomatis, & signis morborum.

Methodi Generalis Cognoscendi, Prædicendi, Cutandiq; morbos, Libri tres.

De Febribus, Liber unus.

De Capitis affectuum curatione, Liber.

De Oculorum affectuum curatione, Liber.

De Aurium affectuum curatione, Liber.

De Narium affectuum curatione, Liber.

De Oris affectuum curatione, Liber.

Observationum Medicinalium, De- cades aliquot.

Loci

An

Loci Communes Medicamento-
rum Empiricorum, singulis ferè hu-
mani corporis à capite ad pedes
usque partibus, applicatorum, ex
probatis tum Veterum, tum Re-
centiorum Scriptis collectorum.

Synopsis Medicinæ practicæ, con-
tinens I, Pharmacopœam. II, Me-
dicamentorum compositionem. III,
Medicamenta singularum partium.
IV, Medicamenta singulorum af-
fectionum.

Pharmacopœa, continens I, Medi-
camenta simplicia, quorum usus Me-
dio necessarius. II, Medicamento-
rum compositorum titulos, Auto-
rumque nomina, qui ea describunt.
III, Medicamenta, quæ parata in
Pharmacopolio servari debent.

Herbarius, continens simplicia ad
Medicinam utilia.

De Theriacæ Andromachi com-
positione, Libellus.

Aphorismi Hippocratis novâ me-
thodo dispositi, ac Commentario
illustrati.

Ad Praxin Medicinæ Theoricam
& Empiricam Gualteri Bruelis, Anno-
tationeulæ.

Præter hæc, & ea, quæ tum in
Musica, tum aliis Artibus ævo digna
Pater meus p. m. reliquit, superlunt
& alia Scripta Medica, quorum Ca-
talogum non adjicimus, quod affecta
tantum sint, neque laboris alioquin
patientissimo ac temporis parcissi-
mo Viro ob molestias à praxi oc-
cupationes confidere licuerit, neque
properum datum siverit. Etenim
accuerat univerlam Medicinam tam

Si quis in hunc, quam apud in hunc novâ ac fa-
cili methodo tradere. Cujus speci-
men, si volet Deus, brevi dabitur
in Methodo ejus Generali, quam ad
descendam ac faciendam Artem no-
stram sic expeditam doctos omnes
judicaturos putamus, ut neque isti
ipsi, neque tyrones aliam desiderent.

ANTONIUS ab AGUILERA,
Tunqueranus

Præclaræ Rudimentorum Medici-
næ, Libri octo, qui eorum quidem,
pro vera Medicorum fortuna conse-
quendâ, nunc primum Enchiridion
natum dicuntur. Compluti, apud
Johan. à Villanova, 1571, in fol.

ANTONIUS BALDESII,
Florentinus

Quæstio de Gangræna & Sphace-
li diversâ curatione. Collecta & re-
cognita per Johan. Castellanum. Ve-
netiis, 1616, in 4.

ANTONIUS BENIVENIUS

Medicorum Decus egregium. Flo-
ravit A. C. 1495. Obiit A. C. 1525.
Justus in Chronol. Medic.

De Abditis nonnullis, ac mirandis
morborum, & sanationum causis.
Florentiæ, apud Phil. Giuntam, 1507,
in 4. Parisiis, apud Christophor.
Wechelum, 1528, in fol. cum Ga-
leni Lib. de Plenitudine, à Johann.
Guinthero Andernaco converso.
Basilææ, apud Andr. Cratandrum,
1529, in 8. cum Scribonii Largi
compositionibus.

ANTONIUS BERGA
Paraphrasis in quartum Librum
Meteo-

Meteorologicum. Monte-Regali,
1565, in 8.

◎ ANTONIUS BERTHIOLUS
Idea Theriacæ & Mithridatii, Ve-
netiis, 1601, in 4.

ANTONIUS BUSENNIUS,
Bredanus

Commentarii in Galeni Librum
de Inæquali Intemperie. Antverpiæ,
apud Joh. Richardum, 1553, in 8.

ANTONIUS CÆLIUS,
Messanensis

Introductio universalis ad Medi-
cam Facultatem; ac brevis metho-
dus curandi particulares præter na-
turam corporis humani affectus: nec
non de Pulsibus Tractatio. Quibus
additur Commentarius, in primum
Librum Aphorismorum Hippocra-
tis. Messanæ, ex Typographia Petri
Breæ, 1618, in 4.

ANTONIUS CARTAGENA

◎ Floruit Anno Christi 1530: in
Academia Complutensi Professor: &
postea duorum Francisci Gallia Regis
Filiorum Medicus fuit.

De Signis Febrium: & Diebus cri-
ticis. Compluti, 1529, in fol.

De Fascinatione. Ibidem.

ANTONIUS CERMISONUS

◎ Natus Patavii: fuit ibidem
Professor ord. & Medicus omnium suâ
estate excellentissimus; Preceptor q.
Savanarola. Clarsuit sub Friderico III.
Casare. Obiit A.C. 1458, ut habet
Justus in Chronol. Medic. vel, secun-
dam alios, A.C. 1467.

◎ Consilia Medica numero CLIII.
contra omnes ferè ægritudines à ca-
pite usque ad pedes. Venetiis, apud
Octav. Scotum, 1503, in fol. Addi-
tis Consiliis Gentilis, aliisque. Ex-
tant etiam cum Bartholomæi Mon-
tagnanæ Operibus selectioribus. Ve-
netiis, apud Octavium Scotum, 1497,
in fol. Lugduni, apud Jacobum Myr,
1525, in 4. Venetiis, apud Caspar-
um Bindonum, 1565, in fol. Fran-
cfurti, apud Balthenium, 1604, in
fol. Noribergæ, 1652, in fol.

ANTONIUS CHALMÈTEUS,
Vergefacius

◎ Enchiridion Chirurgicum, ex-
ternorum morborum remedia, tum
universalia, tum particularia brevis-
simè complectens. Quibus morbi
Venerei curandi methodus proba-
tissima accessit. Parisiis, apud Andr.
Wechelum, 1564, 1567, in 8. Lug-
duni, apud Guil. Rovillium, 1570,
in 12: additâ Instrumentorum &
Ferramentorum Delineatione. Ibi-
dem, apud Johan. Lertout, 1568,
in 12. Ibidem, apud Eundem, 1588,
in 12. Hæc Editio, præter tutissimam
Chalmetei Practicen, brevem ex-
ternorum Morborum Theoriam
complectitur: ut & Luis Venerez
brevem & dilucidam Descriptio-
nem, Methodicamq; Curationem:
nec non concisos de Febribus ex
probatis Authoribus collectos Tra-
ctatus quatuor: omnisq; Instrumento-
rum & Ferramentorum Delinea-
tione. Patavii, apud Paulum Mejet-
tum, 1593, in 4. & 1594, in 8. ad-
iectis

An
festis de Febribus ex probatis Aucto-
ribus Lib. IV. Aureliae, apud Petrum
de la Roviere, 1621, in 8. Extat &
cum Enchiridio Practico-Medico-
Chirurgico incerti Auctoris. Aure-
liae, apud Petrum de la Roviere,
1626, in 8. Lugduni, apud Matthæ-
um Berion, 1627, in 8. Genevæ,
apud Petrum & Jac. Chouet, 1644,
in 8. Ibidem, 1659, in 8.

ANTONIUS CITTADINUS, Faventinus

Auscultationes in Parvam Artem
Galeni. Faventia, apud Johannem
Mariam de Simonetis, 1523, in fol.

ANTONIUS COLMENERUS DE LEDESMA

De Chocolata Indæ qualitatibus
& naturâ, Hispanico antehac idio-
mate editum; nunc vero curante
Marco Aurelio Severino, Tarsensi,
in Latinum translatum. Noribergæ,
apud Wolfg. Endterum, 1644, in 12.

ANTONIUS CONSTANTINUS

Opus Medicæ Prognoseos. In quo
omnium, quæ possunt in ægris ani-
madverti, symptomatum, in omnibus
morbis, causa & eventus co-
piè, & luculenter exponantur.
Omnia à Galeno, Hollero, Dure-
yo, & Jacobio, fidelissimis summi
Hippocratis interpretibus, depropria-
ta. Lugduni, apud Claud. Morillon,
1613, in 8.

ANTONIUS DEUISINGIUS

○ Natus Meursa Anno Christi 1612,
Patre Johann. Ottone Deusingio, in
Militia Belgicâ Signifer. Arabicæ

Persica & Turcica Lingua peritus:
nacto in Academia Lugdunensi Ba-
tar. Doctoris Medicina titulo, in pa-
tria tam diu Medicinam fecit, donec
Gröningæ, 1638 Matheos Professor
Publ. denominaretur. Sed hinc mox
sequente anno, nempe 1639 Harder-
vicum secessit ad Professionem Phy-
sica & Matheos, itemq. functionem
Medici dictæ Urbis ordinarii. Anno
1647 iterum Gröningæ Medicus Pro-
vincialis, simulq. hoc ipso anno, Phi-
losophia Magistri titulo assumpto, Phi-
losophie & Medicina Professor, tan-
demq. 1652 Illustr. Comitis Nassoxie,
Wilhelmi Friderici, Frisia Guberna-
toris, Medicus Aulicus constitutus est.
Obiit Gröningæ 1666, atatis sue 54.

○ Canticum Principis Abi-Alis,
Ibn Sinæ, vulgo dicti Avicennæ, de
Medicina, seu, breve, perspicuum,
& concinnè digestum Institutionum
Medicarum Compendium. Cui ad-
jecti Aphorismi Medici Johannis
Mesuæ, Damascens. Ex Arabico
Latine redditæ. Accessit Ejusdem
Authoris Oratio de Felicitate Sapien-
tum. Gröningæ, apud Johannem
Nicolai, 1649, in 12.

Synopsis Medicinæ universalis, seu
Compendium Institutionum Medi-
carum. Publicis Disputationibus ex-
hibitum ac ventilatum. Gröningæ
apud Joh. Nicolai, 1649, in 12.

Idea Doctrinæ de Febribus, brevi-
ter, perspicue, ac methodice, pro-
posita, publicæque ventilati oni sub-
missa. Gröningæ, apud Viduam
Edzardi Agricola, 1655, in 12.

Anatomie parvorum naturalium
seu,

seu, Exercitationes Anatomicæ ac Physiologicæ, de Partibus humani corporis, Conservationi Specierum inservientibus. Gröningæ, apud Joh. Sas, 1651, in 4.

Dissertationes duæ. Prior, de Motu Cordis & Sanguinis. Altera, de Lacte, ac Nutrimento Foetus in Utero. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1651, in 4. Ibid. apud Franc. Bronckhorst, 1655, in 12. Huic secundæ Editioni accesserunt I. Notæ ad Dissertationem de Motu Cordis & Sanguinis Viri alicujus Clariss. II. Commentarius Authoris in Dissertationem eandem adversus Notas prædictas. III. Objectiones Viri Clariss. D. Johannis Andreæ Schmitzii adversus Dissertationem de Lacte; atque Responsiones Authoris; aliaq; huc spectantia. IV. Dissertatio de Lacte D. Johann. Anton. van der Linden. V. Exercitatio Physiologica de Lacte D. Hermanni Conringii. VI. Dissertatio de Venæctione in Pleuritide ipsius Deusingii. VII. Ejusdem Oratio Panegyrica de Judicii Difficultate.

Genesis Microcosmi, seu, de Generatione Foetus in utero. Dissertation. Gröningæ, apud Joh. Nicolai, 1653, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1665, in 12. Huic Editioni accesserunt Ejusdem Authoris Curæ Secundæ de Generatione & Nutritione.

Disquisitio Medica, de Morborum quorundam superstitionis originæ, & curatione; speciatim de morbo vulgo dicto Manschlacht, ejusque

curatione. Item: De Lycanthropia; nec non de Surdis ab Ortu, Mutisque, ac illorum cognitione. Ubi & de Ratione & Loquela Brutorum adamantium. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1656, in 4. Extat etiam cum ejusdem Authoris Fasciculo Dissertationum selectarum una editarum. Gröningæ, 1660, in 12. Ibidem, 1664, in 12.

Dissertatio, de Morbo Manschlaqt, ejusq; curatione, separatim edita. Gröningæ, 1656, in 12.

Dissertatio, de Mandragoræ Pomis, vulgo Pisse-Diefies. Gröningæ, 1659, in 12.

Dissertationes, de Unicornu: Lapide Bezoar: Pomis Mandragoræ: illiusque Mangoniis, vulgo dictis Pisse-Diefes: Agno vegetabili: Anseribus Scoticis. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1659, in 12. Extant etiam cum Ejusdem Authoris Fasciculo Dissertationum selectarum una editarum. Gröningæ, 1660, in 12. Et Ibidem, 1664, in 12. Item cum Ejusdem Vindiciis Foetus extrauterum geniti. Ibidem, 1664, in 12.

Idea Fabricæ Corporis Humani: seu, Institutiones Anatomicæ, ad Circulationem Sanguinis, aliaque Recentiorum Inventa, accommodata. Gröningæ, apud Francisc. Bronckhorst, 1659, in 12.

Dissertationes, de Manna, Saccharo, & Monocerote, separatim editæ. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1659, in 12.

Disquisitio gemina de Peste. Prior, an Contagiosa Pestis sit? Altera,

An
ra, an vitanda? Et quomodo illæsâ charitate. Gröningæ, apud Franciscum Bronchorstium, 1656, in 12. ② Tractatus de Pestè. In quo de Pestis Natura, Causis, Signis, Præservatione, ac Curatione agitur. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1658, in 12.

③ Exercitationes de Motu Animalium; ubi de Motu Musculorum, & Respiratione; itemq; de Sensuum Functionibus, ubi & de Appetitu Sensitive, & Affectibus. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1661, in 12.

④ Fasciculus Dissertationum selectarum, primum per partes editatum; nunc verò ab ipso Authore collectarum ac recognitarum: Cum Auctario. Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1660, in 12. Continentur autem hoc Fasciculo Dissertationes sequentes: De Morborum quorundam superstitionis Origine & Curatione: de Morbo Manschlacht. vulgo dicto ejusq; Curatione: de Lycanthropia: de Surdis ab Ortu, Mutisq; ac illorum Cognitione: de Ratione & Loquela Brutorum Animantium: de Unicornu: de Lapide Bezaar: de Manna: de Saccharo: de Mandragora Pomis, pro Doudaim vulgo habitis: de Mandragoræ Mangoniis, vulgo dictis Pisse-Diefies: de Agno vegetabili: de Anseribus Scoticis: de Pelicano: de Phœnico: de Unicoru Africano.

⑤ Oeconomia Corporis Animalis, in quinque Partes distributa. Pars I. quâ continetur, de Nutritio-

ne Animalium, Exercitatio Physiologico-Medica. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1660, in 12. Cujus sunt Sectiones sequentes: 1. De Generationis & Nutritio-nis Differentiâ, hujusq; ratione for-mali. 2. De Efficiente Causa Nutri-tionis, hujusq; Necessitate. 3. De Materia Nutritionis. 4. De Famine & Siti.

⑥ Pars II. sive, de Nutrimenti in Corpore Elaboratione, Exercitationes Physico-Anatomicæ. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iis-dem. Hæc continentur sequentes Exercitationes 1. De Chylificatione & Chyli Motu. 2. De Sanguificatio-ne. 3. De Depuratione Alimenti in Corpore. 4. De Spiritibus. Cum Appendix: de Chyli Motu, & Nu-trimenti in Corpore Elaboratione: nec non de Admirandâ Anatome Nobilissimi Viri, Ludovici Bilsii. Hæc Exercitatio, quæ separatim extat, excusa est Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1661, in 12.

⑦ Pars III. sive, de Nutrimento Animalium ultimo, Exercitat. Physico-Anatomic. Gröningæ, 1660, in 12. Hæc complectitur Exercitat. seqq. 1. de Usu Sanguinis. 2. De Nutritiis Suc-ci per Nerves influentis Commen-tum: Item Dissertationem Epistoli-cam de Hepatis Officio: & Appen-dicem ad Dissertationem de Hepatis Officio; seu, Vindicias Hepatis Re-divivi.

⑧ Pars IV. sive, de Motu Animalium, Exercitation. Physico-Anatomicæ.

tomicz. Gröningæ, 1661, in 12.
Cujus Exercitatio 1. agit de Motu
Musculorum: 2. De Respiratione.

○ Pars V. De Sensuum Functionibus, seu Exercitationes tres; quarum 1. est de Sensuum Functionibus in genere: 2. de Sensuum Functionibus in specie: 3. De Appetitu Sensitivo, & Affectibus. Haec Exercitationes in Oeconomia Corporis Animalis contentæ, etiam separatim extant; omisso titulo Oeconomiae. Prodieruntq; exdem Editiones eodem anno, formâq; eadem.

○ Oeconomus Corporis Animalis, ac speciatim de Ortu Animæ Humanæ, Dissertatio. In qua demonstratur, non esse Homini simpliciter impossibile, per naturale Intellectus Lumen, seipsum nosse; opposita Conceptibus Excellentissimi Viri, D. Gualter. Charletonis, Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1661, in 12.

○ Oeconomus Corporis Animalis Restitutus. In quo genuinus Animæ humanæ Ortus, itemq; possibilis Cognitio sui ipsius, asseruntur ac muniuntur. Gröningæ, 1662, in 12.

○ Apolegeticæ Defensionis pro Oeconomia Corporis Animalis, Prodromus; quo personato cuidam Benedicto Blottelandeo larva detrahitur. Cui additum Specimen Ingenii, Indolis ac Religionis, quibus claret Blottelandeus: Nec non Vindicationum Hepatis Redivivi Supplenum. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorst. 1662, in 12.

○ Resurrectio Hepatis assertæ,

contra Socium larvatum, Vincenzium Schlegelium, sub personati Blotteslandei Cohorte furiosâ, Signiferum. Accessit Disquisitio ulterior de Chyli Motu: & Officio Hepatis. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1662, in 12.

○ Sympatheticæ Pulveris Examen: Quo superstitione ac fraudibus Cadaveronis implicita Vulnerum & Ulcerum Curatio in distans, per rationis trutinam, ad ipsas naturæ leges, expenditur; Subversis Cura Sympatheticæ Fundamentis, ab illustris Comite Dighbæo, nec non D. D. Papinio & Mohyo positis, Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1662, in 12.

○ In Sylvam Echo: seu, Sylvius Heavontimorumenos. Cum Appendice de Bilis & Hepatis Usu: Itemq; Exercitatione: Utrum Medicina sit Scientia, an Ars? Sylvianæ Vitiliginationi oppositâ, Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1663, in 12.

○ Disquisitio Anti-Sylviana de Calido Innato, & aucto in Corde Sanguinis Calore. Quâ Celeberrimi Viri, Francisci Sylvii Suspiciones, Opiniones, ac Conjecturæ, (ut ab ipso dicuntur) quin imò verè Ineptiæ ejus & Nugæ ad libellam veritatis expenduntur, excutiuntur, ac refutantur. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1663, in 12.

○ Disquisitio Anti-Sylviana, de Motu Cordis & Arteriarum. Quâ Celeberrimi Viri, Francisci Sylvii Ineptiæ & Nugæ ad libellam veritatis

tatis expenduntur, excutiuntur, ac refutantur. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1663, in 12.

○ Disquisitio Anti-Sylviana, de Signo Febrium Pathognomonicis: quod Fundamenti loco habendum sit pro Februm Essentiâ investigandâ. Cum Præfatione, Epistolam Cacologeticam Sylvii concernente: et Additamento, ad erroneam Sylvii Experientiam spectante, quâ is Febris frigidas cum Helmontio comminiscitur. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1664, in 12.

○ Sylva Cædua Cadens: seu, Disquisitiones Anti-Sylvianæ, de Alimenti assumpti Elaboratione & Distributione; quarum I. de Alimentorum Fermentatione in Ventriculo. II. De Chyli à Fœcibus alvinis secretione, & in vasa mesaraica propulsione. III. De Chyli Mutatione in sanguinem, ac Circulari sanguinis Motu. Præmissa est Præfatio, Causas Sylviani in Deusungium Furoris nudè repræsentans; simulq; Sylvium injuriosum Aggressorem evidenter demonstrans. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1664, in 12.

○ Sylva Cædua Jacens: seu, Disquisitiones Anti-Sylvianæ ulteriores; quarum I. de Spirituum Animalium in Cerebro Cerebelloq; Confectione: per Nervos Distributione, ac Usu vario. II. De Lienis & Glandularum Usu. Addita est Dissertatio, de Natura. Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1665, in 12.

○ Disputatio Anatomico-Medica,

de Chyli à Fœcibus alvinis Secretione, ac Succi Pancreatici Naturâ & Usu. Gröningæ, 1665, in 4.

○ Examen Anatomæ Anatomiae Bilsianæ: seu, Epistola de Chyli Motu, ad Excell. Virum, D. Johannem Casparum Fausium. Gröningæ, apud Franciscum Bronckhorstium, 1665, in 12.

○ Exercitatio, de Admiranda Anatome Ludovici de Bils. Extat cum Ludovici Bilsii Responsum ad Admonitiones Johannis ab Horne. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

○ Historia Fœtus extra Uterum in Abdomine geniti, ibidemq; per sex prope lustra detenti, ac tandem lapidescentis, Consideratione Physico-Anatomicâ illustrata. Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1661, in 12. Extat etiam cum Laurentii Strausii Resolutione Observationis singularis Muscipontanæ Fœtus extra Uterum in Abdomine re tenti, tandemq; lapidescentis. Darmstadtii, apud Christophorum Abelium, 1661, in 4. Ibidem, 1663, in 4. Extat etiam cum Johannis Benedicti Sinibaldi Geneanthropia. Francofurti, apud Petrum Zubrodum, 1669, in 4.

○ Fœtus Muscipontani extra Uterum in Abdomine geniti Secundina detectæ. Gröningæ, 1662, in 12.

○ Fœtus Historia Partus infelicis; Quo Gemellorum ex Utero in Abdominis cavum elapsorum ossa sensim, multis annis post, per Ab domen ipsum in lucem prodierunt.

Una cum Resolutione. Gröningæ, 1662, in 12.

○ Vindiciae Fœtus extra Uterum geniti: nec non quorundam Scriptorum suorum Fasciculo Dissertationum selectarum comprehensorum de Unicornu, Lapide Bezaar, Mannâ, Saccharo, Agno Vegetabili, Anseribus Scoticis, Pelecano, Phœnico, contra Bernhardi à Doma furiosos Insultus: Ut & aliquarum Elegantiarum Philologicarum Examen: seu, Calonum Caterva disjecta: cuius Antesignanus Antonius Rosinus personatus. Gröningæ, apud Johannem Collenitum, 1664, in 12.

○ Considerationes circa Experimenta Physico-Mechanica Roberti Boylei, de Vi Aeris elasticæ, & ejusdem effectibus; quibus Observata illius rationibus Philosophicis, omne Vacuum, ipsumq; elaterem Aeris Pecquetianum arcentibus, illustrantur. Gröningæ, 1662, in 8.

○ Disquisitio Physico-Mathematica gemina, de Vacuo: Itemq; de Attractione: quibus probatur, nullum in rerum natura dari, vel posse dari Vacuum; ipsaq; experimenta variorum pro Vacuo probando hæc etenim afferri solita expenduntur ac refelluntur; Ostenditurq; (contra J. Pecquetum imprimis) non Pulssione duntaxat, sed & Tractione in rerum natura fieri motum. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

○ ANTONIUS EVERHARDUS,
Medioburgensis
Novus & Genuinus Hominis

Brutiq; Animalis Exortus. Medioburgi, apud Franciscum Kroock, 1661, in 12.

Lux è tenebris affusa ex Viscerum Monstroso Partus Enucleatione. Ibidem, apud Jacobum Firensium, anno & formâ eadem.

Collatio Antiqui Morbi recrudescens cum Gallico vel Indico. Medioburgi, apud Franciscum Kroock, 1661, in 12.

○ ANTONIUS FELIX,
Abbas Marsilius

De Ovis Cochlearum, Epistola, ad Marcellum Malpighium. Extat cum Joh. Jacob. Harderi Epistolis aliquot, de Paribus Genitalibus Cochlearum: Generatione item Insectorum ex Ovo, ad Præfatum Abbatem, & Lucam Schröckium. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1684, in 12.

ANTONIUS FENOTUS

Alexipharmacum ad Virulentias Jos. Quercetani, evomitas in Libellum Jac. Auberti, de Ortu & Causis Metallorum, contra Chymistas. Basileæ, 1576, in 8.

ANTONIUS FONSECA,
Ullissponensis

De Epidemia Febrili grassante in exercitu Regis Catholici in inferiori Palatinatu anno 1620, & 1621, Tractatus. In quo Febris malignæ essentia, cauæ, signa diagnostica, & prognostica, & methodus curativa, Philosophicè & Medicè elucidantur. Mechliniæ, apud Henr. Jaye, 1622, in 4.

ANTO-

ANTONIUS FORNESIUS

De Peste, ejusque curatione, Liber. Basilez, apud Brysing, 1583; in 4.

ANTONIUS FORTOLUS,*Fosseriensis*

Galeni Libr. de Venarū Arteriarum que Dissectione interpretatus est.

ANTONIUS FRANCAN-
CIANUS

Vicentinus, Medicus Patavinus.
Vixit A.C. 1540. *Iustus in Chronol.*
Medic. in fol. 1. 1561. *A. 1561.*
De Morbo Gallico, Liber. Patavii, apud Luc. Berzellum, 1564; in 4.
Bononiæ, apud Peregr. Bonardum, 1564, in 4. Nunc primum à mendis, quibus in prima Editione circumfluebat, vindicatus, ac tenebris in lucem revocatus à Camillo Corbio, *Viterbiensi.* Venetis, apud Franc. Laurentianum, 1565, in 8. Operis de Morbo Gallico, Tom. I. pag. 721.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in foli & cum Victoris Trinçavelli Consiliorum Libris.

¶ Lectiones Præticæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulinæ, apud Christian. Balthas. Kuenium, 1676; in 4. itemq; cum Ejusdem Exoticar. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eadem.

ANTONIUS FUMANELLUS*Veronensis, Medicus longo rerum*

usu per totam Italiam exercitatis- simus. Floruit A.C. 1529. *Justus in Chronol. Medic.*

Opera multa & varia, cum ad tuendam sanitatem, cum ad profili- gandos morbos plurimūm condu- centia. Tiguri, apud Andr. Gesne- rum, 1557, in fol. Parisis, apud Claud. Morellum, in fol. Magdebur- gi, apud Joh. Franck, 1592, in fol.

Librorum tituli sunt:

De Vita & moribus Galeni, Com- pendium.

De Serum regimine, sive, de eorum salubri viœ, Commentarius.

De Balneis Aquæ potabilis, Libellus.

De Vini temperatura & facultati- bus, Commentarii.

Bacchi Sylva, de Vitium, uvæ, vini-

que facultatibus.

Responsiones ad Librum Consalvi Barredæ, Hispani, de Vini faculta- tibus.

Epistola medicinalis ad Andasium, in qua quorundam errata corri- guntur de Vini facultatibus.

Propugnacula tria contra afferentes, Vinum humidum esse.

De Rosarum, partiumque ipsarum, & omnium, quæ ex rosis fiunt, fa- cultatibus.

De Compositione medicamentorum generis cuiuscunque, ad morbos diversos.

De Februm dignoscendarum, & curan- darum absolutissima Methodus.

De Pestis curatione, Liber.

De Lepra & Elephante morbo, co- rumque curatione, Libellus.

De Rheumate, seu, destillatione à capite, Libellus.

De Capitis ustione, in oculorum, & pulmonis morbis, ab humorum defluxu.

De Calvariae fractura, & ejus cura-
tione, vulnere pectoris, & pulmo-
nis, phlegmoneque, Consilium.

De Ventriculi affectibus præter na-
turam, Epistola.

De Recrementorum corporis hu-
mani præternaturali retentione,
& evacuatione, Liber.

De Sanguinis ab ore rejectione,
pulsus intermissione, sonitu &
gravedine, in imo pectoris per-
ceptis, Consilium.

De totius corporis virium imbecil-
litate, capitum præcipue, vertigi-
ne, renum dolore, & calculo,
Consilium.

De Morbis variis, in viis urinariis
contingentibus, Commentarius.

Seorsim prodierunt:

Februm dignoscendarum & eu-
randarum absoluta Methodus, Con-
silium chirurgicum, de Calvariae fra-
ctura, pectoris & pulmonis vulnere,
phlegmoneque. Historia & curandi
ratio pro Urinæ reddendæ difficul-
tate. Item, an mineralis aqua urinæ
conveniat? De Balnei ferrati fa-
cilitatibus, ferrique naturâ. De Bal-
neis aquæ simplicis. Coniunctim
edita. Basileæ, apud Joh. Oporinum,
1542, in 4.

De Balneorum Aquæ ferratae fa-
cilitatibus, & prælertim Calderia-
næ, Extat Operis Veneti de Balneis,
pag. 183.

De Compositione medicamento-
rum, & Pestis curatione, Libri duo.
Venetiis, apud Hier. Scotum, 1548,
in 8.

○ Commentarius, de Vino, &
Facultatibus Vini, deq; quorundam
Quæsitorum Dissolutione. Venetiis,
apud Johannem Patavinum, & Ven-
turinum Roffinellum, 1536, in 4.

ANTONIUS GALFREDUS,

Condriaceus

In Librum novæ Academiae He-
truscorum, ac contra Avicennam &
Mesuem, Apologia. Extat cum Cri-
bratione Medicamentorum Sympho-
riani Campepii. Lugduni, apud
Sebast. Gryphium, 1534, in 8.

ANTONIUS GALLUS

De Ligno Sancto non permis-
endo. Idem in Imperitos fucatosque
Medicos Parisiis, apud Simonem
Colineum, 1540, in 8.

De Arthritide, Consilia quædam
Extant in eo Opere, quod Henricus
Garetius edidit. Francof. apud Joh.
Wechelum & Petr. Fischerum, 1592,
in 8.

ANTONIUS GAZIUS

Patavinus. Kixit sub Venetorum
dominio, A. C. 1504. Juxta alios
1490. Justus in Chronal. Medic.

○ Florida Corona, quæ ad sanita-
tis hominum conservationem ac
longævam vitam perducendam sunt
pernecessaria, continens. Venetiis,
apud Johannem de Forlivio, & Gre-
gorium, Fratres, 1491, in fol. Lugdu-
ni; apud Gilbertum Villiers, 1514
in 4. Ib. apud Seipionem de Gabiano,
1534, in 8.

Era.

An
Ærarium Sanitatis. Ejusdem de Vino & Cerevisia, Tractatio. Augustæ, 1546, in 8. Patavii, apud Jacob. Fabianum, 1549, in 8.

De Somno & Vigilia, Libellus. Extat cum Constantini Aphricani Operibus reliquis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1539, in fol.

D Quo medicamentorum genere Purgationes fieri debeant; sive, de Ratione Evacuandi, Libellus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. Extat etiam cum Methodo Medendi Albucasa: itemq; cum Arnoldi Catalani Regulis Universalibus Curationis Morborum. Basileæ, apud Henricum Petri, 1565, in 8.

ANTONIUS GENDRE,

Arvernum

De Febre Epidemica in Montis-albani obsidione grassatâ, Medica Dissertatio. Quâ popularium morborum, febriliumque symptomatum diagnostin, prophylacticen, & therapejam charus. Apollineæ disciplinæ Alumnus acutissimè rimabitur. Lugduni, apud Anton. Chard, 1626, in 8.

ANTONIUS de GRADI

Mediolanensis, Principis Ducatus Mediolanensis Medicus. Vixit A. C. 1468. Justus in Chronal. Medic.

D De Febribus, Tractatus; signa, causas, & curas Febrium complectens. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti, apud Johan. Moulin, 1527, in 4. Extat etiam cum Johan. Matthæi de Gradi Practica, quem vide suo loco: itemq; cum Clementii Clemens-

tini Lucubrationibus, Basileæ, apud Henricum Petri, 1535, in fol.

ANTONIUS le GRAND, *Ducensis*

Historia Naturæ, variis Experimentis & Ratiociniis elucidata. Secundum principia stabilita in Institutione Philosophiae. Londini, apud J. Martin, 1673, in 8. Norimbergæ, apud Johann. Ziegerum, 1678, in 8. Londini, apud J. Martin, 1680, in 4. Hæc postrema Editio prioribus auctior est.

Dissertatio, de Carentia Sensus & Cognitionis in Brutis. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1679, in 8.

Institutio Philosophiae, secundum Principia D. Renati Des-Cartes, novâ Methodo adornata & explicata. Londini, apud J. Martin, 1680, in 4. Noribergæ, apud Johannem Ziegerum, 1683, in 4. Agit autem hæc Parte I. de Logica: Part. II. de Theologia Naturali, seu, de Summo Numinе: Part. III. de Dæmonibus, seu, de Intelligentiis & Spiritibus creatis, Geniis, & Dæmonibus, quos Angelos vocare solemus: Part. IV. de Physica generali: Part. V. de Physica speciali, & quidem de Mundo & Cœlo in specie: Part. VI. de quatuor Corporibus magnis: Terra, Aqua, Aere, & Igne, & quæ mixta vel composita ex iis oriuntur: ubi etiam de Metallis & Meteoris: Part. VII. de Viventibus in generè, atque etiam in specie de Plantis & Animalibus: Part. VIII. de Homine, quo ad Corpus ejus spectato: Part. IX.

de Homine, quoad mentem (altera ejus parte) spectato. Part. X, de Vita Hominis recte instituendâ.

Curiosus Rerum abditarum, Naturæ; arcanorum Perscrutator, seu, Compendium rerum jucundarum & memorabilium, in quo naturæ arca, na, multæ rerum sympathiæ & antipathiæ, & Authoris observationes referantur. Francofurti, 1681, in 12, sine nomine Imprimentis. Not. Bergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 8.

Apologia pro Renato Des-Cartes, contra Samuelem Parkerum, S. T. P. Archi-Diaconum Cantuariensem. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 8.

ANTONIUS GVAINERIUS

Natus Ticini, Urbe Italica in Statu Mediolanensi: Professor Publ. in Academia patria, & Medicina Practicus. Claruit tempore Concilii Basiliensis, sub Sigismundo & Alberto II. Imperatoribus. Obiit in patria circa Annum Christi 1440.

Opus præclarum ad Praxin:
cujus hi sunt tituli:

De Ægritudinibus Capitis.

De Ægritudinibus Oculorum.

De Ægritudinibus Aurium.

De Ægritudinibus Narium.

De Ægritudinibus Gutturis.

De Ægritudinibus Pectoris & Pulmonis.

De Ægritudinibus Cordis.

De Pleuresi.

De Fluxibus.

De Ægritudinibus Matricis,

De Ægritudinibus Juncturarum.

De Calculosa Passione.

De Peste.

De Venenis.

De Febribus.

De Balneis.

Antidotarium.

Cum Johan. Falconis in hæc omnia Additionibus. Papia, apud Bernhardinum de Garaldis, 1518, in 4. Lugduni, sumptibus Constant. Friedin, in ædibus Jac. Myt, 1525, in 4.

De Balneis Aquæ civitatis antiquissimæ, Commentariolus. Extat in Opere Veneto de Balneis, pag. 43.

ANTONIUS GUNTHERUS BILlichius

De tribus Chymicorum Principiis, & Quinta essentia, Exercitatio. Bremæ, apud Thom. Villerianum, 1621, in 8.

Ad Animadversiones, quas Anonymus quidam in Angeli Salæ Aphorismos Chymiatricos conscripsit, Responsio. Lugd. Bat. apud Gottofredum Basson, 1622, in 8.

Observationum ac Paradoxorum Chymiatricorum, Lib. 11, quorum unus medicamentorum præparacionem: alter eorundem usum suecina & perspicueque explicat. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1631, in 4.

De Natura & Constitutione Spagyricæ emendata. Exercitatio. Held mastadii, apud Zachariam Rabeni, 1623, in 4.

Thessalus in Chymicis redi-
vivus: id est, de Vanitate Medicinae
Chymicæ Hermeticæ seu Spagyricæ.
Dissert.

An
dissertatio. Ejusdem Anatomia Fermentationis Platonicæ. Acesserunt de eadem Hermanni Conringii Exercitationes, & Danielis Sennerti Epistola. Francof. apud Johan. Beyerum, 1639, in 8. Ibidem, apud Eudem, 1643, in 8.

Petri Laurembergii Delicia Chymica. Bremæ, apud Thomam Villier, 1625, in 8.

Exercitium Chymicum ultimum ac supremum. Ibidem, apud Eudem, 1625, in 8.

Affectionum Chymicarum Sylloge, opposita Petro Laurembergio. Helmæstadii, apud Zachar. Raben, 1624, in 4.

ANTONIUS de HEIDE

Anatome Mytuli, Belgicè Mossel, structuram elegantem ejus motumq; mirandum exponens. Nec non Centuria Observationum Medicarum. Amstelodami, apud Janssonio-Wæbergios, 1683, in 8.

ANTONIUS JODON, *Autissiodorensis*

Observatio de Hydrope Ventriculi. Extat cum Observationibus Lazari Riverii, apud Milonem Flescher, 1646, in 8, pag. 354.

ANTONIUS LANCELOTUS

De Peste. Venetiis, 1635, in fol.

ANTONIUS LAURENTIUS

POLITHANUS

De Risu, ejusque causis, & effectis, dilacide ac philosophicè tractatis, Libri duo. Extant cum Nicandri Jossii Opusculis de Voluptate, & do-

lore, &c. Francof. apud Wolf. Richterum, 1603, in 8.

ANTONIUS van der LINDEN, Nerdenus

Observatio rara de Monstrofis Vermibus. Extat cum Adriani Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus à Johan. Antonid. van der Linden recensitis. Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

ANTONIUS LOBETTUS

De Foco Putredinis in Febribus Intermittentibus, Disputatio ; cum Ferdinandi Menæ Commentariis. Augustæ Taurinorum, 1625, in 8.

ANTONIUS LUDOVICUS

Olyssiponensis. Vixit Anno Christi 1538. Justus in Chronol. Medic.

De Re Medica, Opera. Olyssiponæ, apud Ludov. Rotorigium, 1540, & 1543, in fol.

Sunt autem:

Erotematum, sive Commentarium in Libros de Crisibus Galeni, Libri tres.

Erotematum numeri ternarii Libri sex, in quibus tota ferè Ars Medicæ continetur.

Erotemata de difficulti Spiratione.

Erotematum de usu respirationis, Liber aliis.

De Corde, Liber unus absolutissimus, in quo tum Aristotelis quam plurimi errores explicantur, tum verò plurimæ quæstiones endantur.

Galeni Liber de Ptisana.

Galen de eo, quod sit animal id,
quod utero continetur.

De eo, quod Galenus animam im-
mortalem esse dubitaverit, Liber
unus.

Annotationes aliquot in Aphoris-
mos Hippocratis.

Expositio in Aphorismum decimum
sextum primæ sectionis apud Hip-
pocratem.

Expositio in Definitionem, quam de
Humoribus Avic. assignat.

Galen de Prænoscendo, Libellus.

De Erroribus Petri Apponi in Pro-
blematis Aristotel. exponendis,

De Occultis Proprietatibus, Libri
quinque. Olyssipponæ, apud Ludov.
Rotorigium, eodem anno, in fol.
Additi sunt, de Empiricis, & Misch-
laneis quibusdam, Liber unus, & de
Pudore Liber unus.

ANTONIUS MARIA BETTUS, *Mutinensis*

In Quartam Fen Primi Canonis
Avicennæ, Commentarius. Ejusdem
Quæstio de Rhabarbaro. Bononiæ,
apud Alex. Benartium, 1562, in fol.
apud Rossium, 1591, in fol.

De Causa conjuncta, deque bilis
coctione in Febribus, Tractatus. Bo-
noniæ, apud Anton. Giaccarellum,
1566, in 8.

De Prandio & Coena, Libri, adver-
sus Oddum de Oddis. Mediolani,
in 4.

ANTONIUS MARIA PAROLINTUS

*Ferrariensis. Vixit Anno Christi,
1534. Justus in Chronol. Medicæ.*

Consilium de Tamore hypochon-

diorum, dolore Abdominis, Febri-
& Melancholiæ. Extat eo in Opere,
quod Josephus Lautenbachius colle-
git & edidit. Francof. apud Johan.
Sartorium, 1605, in 4, pag. 244.

ANTONIUS MARIA VENUSTUS, *Tergestinus*

Confilia Medica : in quibus vera
quædam consultandi methodus pro-
ponitur, multi morbi cum suis cau-
sis & signis considerantur, multæ &
arduæ quæstiones medicæ pertra-
ctantur. Venetiis, apud Franciscum
Zilettum, 1571, in 4. Francol. apud
Johan. Sartorium, 1605, in 4. Access-
fere breves in re Medicæ Jul. Cæs.
Claudini Tractatus, politi à D. Jo-
seph. Lautenbachio.

ANTONIUS MARTORELLUS, *Lusitanus*

Commentaria in primum Galeni
Librum de Pulsibus ad Tyrones, qui
inscribitur de Pulsibus ad Theu-
thram.

Commentaria in Librum Galeno
adscriptum de Urinis. Utraque
Msp. Extant in Bibliotheca Johannis
Antonid. van der Linden.

ANTONIUS MENIOTIUS, *Parisensis*

História & Curatio Febrium Ma-
lignantum. Accesserunt Dissertatio-
nes Pathologicæ : De Delirio in ge-
nere : Paraphrosine : Furore Uteri-
no : Hydrophobia : Incubo : Cata-
lepsi : Convulsione spuria, & Spas-
mo Cynico : Catarrho : Rhevmatis-
mo : Mydriasi : Phthisi pupillæ :
Bombis Aurium : Aphoniæ : Voce
depra-

Aa

depravatā, clangosā scilicet & raucedine: Mutitate & Balbutie: Cholerā: Dysenteriā hepaticā: Atrophiā. Pariliis, apud Thomam Jolly, 1662, in 4. Hæc altera Editio multā commentatione ac meditatione passim locupletata, selectisq; aliquot Dissertationibus plusquam duplo adaucta est.

Epistola Apologetica de Variis Sectis amplectendis. Extat cum Joannis Andreæ Smitzii Medicinæ Practicæ Compendio à Christiano Constantino Rumpfio tertium aucto & recensito Editionis tertiae. Ultrajecti, apud Johannem Ribbium, 1682, in 12.

ANTONIUS MERINDOLUS,
Aquensis

De Calido innato, & Humido primigenio. Lugduni, apud Leonem Savine, 1615, in 8.

Selectæ Exercitationes VIII. Lutetiae Parisi, apud Edmundum Martinum, 1617, in 8.

Ars Medica in duas partes secta, in qua non solum ea explicantur, quæ ad Medicinam descendam sunt necessaria; sed multa etiam quæ Theologos & Philosophos recreare valeant, continentur. Accessit sub finem Exercitationum medicinalium Decas unica. Aquis-Sextiis, apud Johan. Roize, 1633, in fol.

ANTIOCHIUS de MERY

Perioche septem Librorum primorum Methodi Galeni, cum quibusdam tum ab eodem, tum aliis Auctoribus traductis, ut vocant, Re-

ceptionibus. Parisiis, apud Simon. Colinzum, 1534, in 16.

ANTONIUS MIZALDUS

○ Natus Montluconii in Gallia, Ducatus Borbonici oppido: fuit non solum Medicus, sed etiam Philosophus & Mathematicus eximus. Obiit Lutetiae Anno Christi 1578.

Hortorum Secreta, cultus & auxilia, amoenæ voluptatis, & inenarrabilis utilitatis abunde plena: rerumque variarum accessione illustrata. Lutetiae, apud Feder. Morellum, 1560, 1575, in 8. Coloniz Agripp. apud Johan. Gymnicum, 1577, in 8. Pariliis, apud Claud. Morellum, 1607, in 8.

De Hortensium Arborum insitio, Opusculum. Lutetiae, apud Fed. Morellum, 1560, in 8.

Dendr-Anatomie: seu Exploratio & dissectio corporis arborei in sua sigillatim membra & partes. Ubi de earum officiis, nutritione, succis, humoribus, & aliis, Ibidem, 1575, in 8: cum Hortorum Secretis. Addito ad finem.

De Hominis Symmetria, proportione, & commensuratione, Opusculo.

Alexikepus, seu Auxiliaris & medicus hortus, rerum variarum & secretorum remediorum accessione locupletatus. Ibid. 1575, in 8. Coloniz, apud Gymnicum, 1576, in 8.

Artificiosa Methodus comparandorum Hortensium Fructuum, oleorum, radicum, uvarum, vinorum, carnium & juscularum, quæ corpus

clementer purgent, & variis morbis, absque ulla noxa & nausea, blande succurrant. Lutetiae, apud Fed. Morellum, 1564, in 8. Coloniæ, apud Gymnicum, 1577, in 8.

○ Memorabilium utilium, ac jucundorum Centuriæ novem, in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes per pulchrè digestæ. Lutetiae, apud Feder. Morellum, 1566, in 8. Coloniæ, apud Johan. Bickmannum, 1574, in 12. Accedit Democritus Abderita, de rebus Naturalibus, & Mysticis, cum Syneſii, & Pelagi Commentariis. Interpretæ de Graeca lingua Dominico Pizimento, Vibonensi. Præfatio in omnes hosce Libros. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1589, in 12. Francof. apud Johan. Wechelum, 1592, in 8. apud Nicol. Hoffmannum, 1613, in 12. Francofurti, 1673, in 12. His postremis quatuor Editionibus accedit Appendix nonnullorum Secretorum, Experimentorum, Antidotorumque, contra Varios morbos, tam ex Libris manuscriptis, quam typis excusis, collecta.

○ Mizardus Redivivus, sive Centuriæ XII. Memorabilium utilium ac jucundorum in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes, per pulchrè digestæ; partim ab Antonio Mizardo, Monlucano Medico; partim ex aliis fide dignis probatisq; Authoribus excerptæ. Editio novissima, in decem Capita, melioris ordinis gratiâ, distributa. Norbergæ, apud Johann. Zigerum, 1681, in 12.

○ Harmonia Cœlestium corporum & Humanorum, Dialogis undecim Astronomicè & Medicè elaborata & demonstrata. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1589, in 12. Francof. apud Johannem Wechelum, 1592, in 12. Ibidem, apud Nicol. Hoffmannum, 1613, in 12.

○ Ephemeridum Aeris Perpetuarum: seu Popularis & Rusticæ Tempestatum Astrologiæ ubiq; terrarum & veræ & certæ, Libelli seu Clases quinque: quarum I. est de Pluvia & Serenitate. II. De Rore: III. De Ventis: IV. De Tonitruis: V. De Terra Motu, Cometis, &c. Ambergæ, apud Johannem Schönfeldium, 1604, in 12.

Memorabilium aliquot naturæ arcanaorum Sylvula, rerum variarum Sympathias, & Antipathias, seu, naturales concordias & discordias, Libellis duobus complectens. Francofurt. apud Johann. Wechelum, 1592, apud Nicol. Hoffmannum, 1613, in 16.

Harmonia superioris naturæ mundi & inferioris: una cum admirabili foedere & Sympathia rerum utriusque. Lutetiae, apud Jac. Kerver, 1555, in 8. apud Morellum, 1578, 1598, in 8. Quibus annexuntur Paradoxa rerum Cœli, ad Epiponum Philuranum, & socios.

Opusculum de Sena, planta inter omnes, quotquot sunt, hominibus beneficentissima & saluberrima. Accedit Proclus de Arcanis naturæ. Lutetiae, apud Morellum, 1572, in 8. Dio-

An

Dioclis Carystii Medicis, ab Hippocrate famâ & ætate secundi, au-
ream ad Antigonum Regem Episto-
lam, De morborum Prælagis, &
eorundem extemporaneis remediis
interpretatus est. Lutetiae, apud
Federicum Morellum, 1572, in 8.
Ad hæc Arnoldi à Villa-nova Med.
præstantiss. Consilium ad Regem
Aragonum, de Salubri hortensium
usu. De Syrmaismo, & ratione pur-
gandi per vomitum, ex Ægyptiorum
invento & formula, Johann.
Langio Autore. Ibidem, apud Eun-
dem, 1572, in 8.

Omnia autem hæc simul, titulo
Opusculorum, edita sunt Parisiis,
apud Claudium Morellum, 1607,
in 8, 2. voll.

Æsculapii & Uraniae Medicum si-
mul & Astronomicum ex colloquio
conjugium: harmoniam microcos-
micam macrocosmo, sive humanæ
corporis cum cœlo, paucis figurans,
& perspicue demonstrans. Lugduni,
apud Johani. Tornæsium, 1550, in 4.

Planetologia, rebus Astronomicis,
Medicis, & Philosophicis referata: ex
qua cœlestium corporum eum hu-
manis societas & aptatio facile de-
monstratur. Lugduni, apud Matth.
Bonhomme, 1551, in 4.

De Arcanis naturæ, Libri quatuor.
Lutetiae, apud Jacobum Keiver,
1558, in 8.

Cœterorum, quos se edidisse Au-
tor, aut editurum affirmat, Libro-
rum Catalogus seorsim editus fuit,
atque plurimis Dioclis Carystii, Epi-
tolæ editionibus ad finem adjectus.

○ ANTONIUS MOLINETIUS

Dissertationes Anatomicæ & Pa-
thologicæ de Sensibus, & eorum Or-
ganis. Patavii, apud Matthæum
Bolzettam de Cadorinis, 1669, in 4.
Dissertationes Anatomico-Patho-
logicæ, quibus humani Corporis par-
tes accuratissimè describuntur, Mor-
biq; singulas divexantes explicantur.
Opus Philosophis utile, Medi-
cis verò necessarium. Venetiis,
apud Paulum Ballenium, 1675, in 4.

ANTONIUS MOLLINIUS

De diversa hominum natura co-
gnoſcendâ, prout à veteribus Philo-
ſophis ex corporum ſpeciebus re-
perita eſt, Liber. Lugduni, apud
Johan. Tornæſium, 1549, in 8.

ANTONIUS MUSA

Vir clarus. Floruit ſub Marco
Agrippa. Archiater Auguſti Cesaris
nobilissimus, qui ab eodem quod ſa-
luti, à gravi morbo, reſtitutus ab
ipſo fuifet, ampli pecuniā & aureo
annulo donatus, & à populo Romano
aurea statua in foro honoratus eſt;
quod alii Veteribus Romanis non
concedebatur, niſi Senatoribus & E-
quitibus. Floruit A. ante C. 41. A. M.
3922. Justus in Chronol. Medic.

Libellus de Betonica: quem alii
L. Apulejo tribuunt. Baſilex, apud
Andr. Cratandrum, 1528, apud Joh.
Oporinum, 1549, utrobique in fol-
cum aliis de Re medica Libris.

ANTONIUS MUSA BRASA-VOLUS

Ferrariensis, Galeni & Hippocra-
tis Interpres elegantissimus. Claruit
K. 3. sub

*Sub Hercule Estensi, Ferrarie Duce,
Et Francisco Gallorum Rege A. C.
1534. Justus in Chronol. Medic. vel
secundum alios A.C. 1540.*

In primum Hippocratis Aphorismum Commentarius. Ferratiz 1594, in 4.

¶ In octo Libros Aphorismorum Hippocratis, & Galeni. Commentaria, & Annotationes. Basileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium, 1541, in fol.

In Libros de Ratione victus in morbis acutis Hippocratis & Galeni Commentaria, & Annotationes. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1546, in fol.

Examen omnium Simplicium, quorum usus in publicis est Officinis. Romæ, 1536, in fol. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1556, in 16. Ibidem, apud Joh. Pullonum è Tridino, 1544, in 8.

Examen omnium Syruporum, quorum publicus usus est. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1545, in 8.

Examen omnium Loch, id est, Linctuum, Suffuf, id est, Pulverum, Aquarum, Decoctionum, Oleorum, quorum apud Ferrarienses Pharmacopolas usus est. His accessit de Morbo Gallico lepidissimus ejusdem Authoris Tractatus. Venetiis, apud Juntas, 1553, in 8. Lugduni, apud Johan. Temporealem, 1555, in 16.

Examen omnium Electuariorum, pulverum, & confectionum catharticarum, quarum usus est in Officinis. Venetiis, apud Valgrisium, 1548, in 8.

Examen omnium Catapotiorum vel Pilularum, quarum apud Pharmacopolas usus est. Conradi Gesneri, Medici Tigurini Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitorum, & alvum bonam facientium, ordine Alphabeti. Basileæ, apud Frobenium, 1543, in 4. Lugduni, apud Frellonios ffr. 1546, in 16. apud Ant. Vincentium, 1556, in 16.

Examen omnium Trochiscorum, Unguentorum, Ceratorum, Emplastrorum, Cataplasmatum, & Collyriorum, quorum frequens usus est apud Ferrarienses Pharmacopolas. Venetiis, apud Juntas, 1551, in 8. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1555, in 16.

De Medicamentis tam simplicibus, quam compositis catharticis, quæ unicuique humori sunt propria. Tractatus insignis. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1555, in 16. Tiguri, apud Gesneros Fratres, 1555, in 8.

De Morbo Gallico, Liber. Extat Operis de Morbo Gallico Tomo I, pag. 564.

De Radicis Chynæ usu, Tractatus. Extat ibidem pag. 615.

○ ANTONIUS NERUS

De Arte Vitrariâ, Libri septem, & in eisdem Christophori Merretti Observationes & Notæ, in quibus omne gemmarum artificialium, encastorum & laccarum artificium explicatur. Florentiæ, in 4. Amstelodami, apud Andream Frisium, 1668, in 12.

An

ANTONIUS NIGER

Natus Vratislaviae Silesiorum:
Marpurgi Rerum naturalium & Gra-
ca Lingue Professor fuit: postea de-
mum Patavii & 30 Medicinae Doctor
creatus, & dein Brunsvicensis Urbis
Medicus ordinari. constitutus. Obiit
ibidem, 1555.

Consilium de tyenda Valetudine,
 Lipsiae, apud Valentini Papam, 1555, in 8.
 Witebergae, apud Simon. Cronenbergium, 1573, 1581, in 8.

De decem præcipuis erroribus &
 abusibus, propter quos apud non-
 nullas gentes præclara Medicinæ ars,
 mulierculis, Judæis ac impostoribus
 veluti præda relictæ, miserèque in-
 famata constuprataque jacet, Ran-
 zovianis impensis in lucem revoca-
 tus Liber. Hamburgi, apud Jacobum
 Wolfium, 1590, in 8.

ANTONIUS NUNESIUS,
à Zamora

Commentarius super caput pri-
 mum & tertium Galeni de Differen-
 tiis Febrium. Salmanticæ, in 4.

ANTONIUS OBERT,
Audomarensis

De Venælectione in pleuritide
 eudoxa, contra paradoxam Fuchsii,
 Fernelii & aliorum sententiam. Au-
 domari, apud Georg. Seutin, 1629,
 in 4.

Anastichiosis apologetica pro Pa-
 rensi contra D. L. du Gardin De-
 cretum, quo oppositam in pleuriti-
 de revulsionem condemnat, quam
 Parænesis approbat. Audomaropo-
 li, apud Carolum Boscardum, 1631,

in fol. Apud viduam Caroli Boscar-
 di, 1631, in 8.

De Venælectione in pleuritide
 Parænesis secundâ, contra parado-
 xam Fuchsii & Fernelii Doctrinam,
 seu Anacephalæosis omnium penè
 controveriarum, quæ Parænesis pri-
 ma & pro ea scripta apologia atque
 analysis contra D. Lud. du Gardin
 continebat, sicut & novissimæ illius
 Declamationes quatuor. Accessit de
 Venælectione in Variolis admini-
 strandâ contra popularem errorem
 Assertio. Ibidem, apud viduam Ca-
 roli Boscardi, 1635, in 8.

ANTONIUS PASIENUS

In Hippocratis Librum de Aeris-
 bus, Aquis & Locis. Brixiae, 1574,
 in 4.

ANTONIUS PASINUS

Annotationes & Emendationes in
 Versionem Dioscoridis à Matthiolo
 propositam. Bergomi, 1591, in 4.

ANTONIUS PETITÆUS,

Ambianensis

Crisimerologion, seu Dierum crisi-
 morum ratio. Ad amplissimum me-
 dicorum Parisiensem ordinem. Pa-
 risis, apud Rovillium, 1566, in 8.

ANTONIUS PICCIOLUS,
Cenetenensis

De Manus Inspectione, Libri tres.
 Bergomi, apud Johan. Bapt. Ciot-
 tum, 1587, in 8.

ANTONIUS PICHONIUS

Nicephori Gregoræ Explicatio-
 nem Græcam, Libri Synesi, de In-
 somniis, Latinam reddidit. Extat-
 cum.

cum Operibus Syneſii, Lutetiae, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 349.

ANTONIUS PINÆUS

Historia Plantarum Epitome, cum earundem imaginibus, nomenclaturis, qualitatibus, natali solo, & accessione simplicium medicamentorum facultatum, secundum locos & genera ex Dioscoride. Lugduni, apud Viduam Gabr. Coterii, 1567, in 12.

◎ ANTONIUS POLITIUS

De Quinta Essentia Iolutiva, Libri duo. Panormi, 1613, in 4.

De Utero Gerentibus.

Apologia de Gangrena.

ANTONIUS IPONCE SANTACRUZ

Opuscula Medica & Philosophica. Quæ continent I, Disputationes in primam primi Avicennæ. II, De Hippocratica Philosophia. III, De Pulsibus. IV, Eruditissimi Viri Doct. Alphonsi de Sanctacruce diu desideratum, modo Filii sui operâ in lucem editum, de Dignotione & Cura Affectionum Melancholicorum inscriptum Libellum. Matriſti, apud Thomam Juntam, 1624, in fol.

De Impedimentis magnorum auxiliorum in Morborum curatione, Lib. I I. ad Tyroneſ. Quibus omnes difficultates, quæ ſe in magnis periculis offerunt, ex mente Antiquitatis explicantur. Opus ita neceſſarium, ut meritò curationis directorum poſſit appellari. Matriſti, ex Typographia Regia, 1629, in 4.

Emendatores ſecundis curis ex reſcenſione Petri à Castro editi Patavii, apud Paulum Frambottum, 1651, in 12.

Prælectiones Vallifolietanæ in Lib. Magni Hipp. Coi de Morbo Sacro. Matriſti, apud Vid. Lud. Sanchez, 1631, in fol.

De Morbo & Symptome. Matriſti, 1637, in fol.

ANTONIUS PORTUS, *Firmanus*

De Peste, Libri tres; quibus accedit quartus de Variolis, & Morbillis. Venetiis, apud Petrum Deuchinum, 1580, in 4. Romæ, 1585, in 4.

ANTONIUS POSSEVINUS, *Mantuanus, Senior*

Bibliothecæ ſelectæ, Liber quartus & decimus, qui eſt de Medicina. Absolvitur autem capitib⁹ ſequentibus:

Præloquium ad Methodum Medicinæ,

I. Origo.

II. Partitio.

III. Necelſitas, Utilitas, Nobilitas.

IV. Methodum Medicinæ non unam eſſe.

V. Methodus ſtudendæ Medicinæ unde haurienda?

VI. Auditor Medicinæ qualis?

VII. Inſigniores Medicinæ Autores quinam?

VIII. Hippocrates Cous.

IX. Hippocratis editio emendatior, ſive Græca, ſive Latina.

X. Methodus Hippocratis ex aliis.

XI. Ob-

An

- XI. Observanda in Libris Hippocratis.
- XII. Dioscorides Anazarbensis.
- XIII. Galenus Pergamenus.
- XIV. Prænoscenda & Præcavenda in Galeno.
- XV. Alter Galeni error.
- XVI. Tertius Galeni error.
- XVII. Aristoteles, Theophrastus, Plinius, Aëtius, Promotus, Neapolius, Democritus, Cornelius Cellus, Arabes, & alii quidam, quō loco sint habendi?
- XVIII. De Cornelio Gemmā, Medico, ejusque tribus Libris de Arte Cyclognomica.
- XIX. Methodus Consulendi, sive, ut ajunt, Collegiandi.
- XX. Methodus interrogandi ægrotos.
- XXI. Methodus medicamenta componendi.
- XXII. Methodus Medendi unde?
- XXIII. Summa Johannis Fernelii Methodi Medendi.
- XXIV. Methodus Christiane Medicinam adhibendi.
- XXV. Considerationes aliae, & Cautiones à Medicis suis cordibus altissimè imprimendæ.
- XXVI. Capita alia magni momenti de Christiana & tutâ medendi ratione.
- XXVII. Deum ad misericordiam allici visendis ægrotis.
- XXVIII. De Catalogis Autorum, qui de Medicina scriperunt.
- Edita autem est haec Bibliotheca selecta de Ratione Studiorum Venetis, apud Altobellum Salicatum, 1603, in fol.

- ANTONIUS POSSEVINUS,
Mantuanus, Junior
- Theoricae Morborum, Libri quinque, Carmine conscripti. Extant in Bibliotheca selecta jam citata, pag. 207, Tomi II.
- ¶ ANTONIUS de POZZI
- Observatio de Hominibus diu viventibus cum magnis morbis. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IV. & V. N. 29.
- de Erratis naturæ in una parte, & Supplemento ejusdem in alia. Ibid. Ann. Eod. N. 30.
- de dolore Ventriculi à causa inauditâ. Ibid. Ann. Eod. N. 31.
- de Calculi occultis in renibus. Ibid. Ann. Eod. N. 32.
- de Suturæ discessione, ab Ebrietate præservante. Ibid. Ann. Eod. N. 33.
- de rara Epilepsie causâ. Ibid. Ann. Eod. N. 34.
- de Epilepsia ab incurvatione diploï internæ. Ibid. Ann. Eod. N. 35.
- de Aqua in Cerebro inventa. Ibid. Ann. Eod. N. 36.
- de Delirio à Vermibus. Ibid. Ann. Eod. N. 37.
- de Vermibus, Ventriculum erodentibus. Ibid. Ann. Eod. N. 38.
- de Vulneribus colli profundis non lethalibus. Ibid. Ann. Eod. N. 39.
- de rara Cordis palpitatione. Ibid. Ann. Eod. N. 40.
- de Hydrope admirando. Ibid. Ann. Eod. N. 41.

ANTONIUS RABERIUS

In Galeni, de sanitate tuenda, Libros, Tabulæ. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1547, in fol.

ANTONIUS RICCIARDIUS,
Brixianus

Commentaria Symbolica, in duos Tomos distributa. In quibus explicantur Arcana penè infinita ad mysticam naturalem & occultam rerum significationem attinentia. Venetiis, 1592, in fol.

ANTONIUS RIBERUS,*Ulmensis*

De Morborum causis, Disputatio Extat Decade VI. Disputat. quas colligit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

ANTONIUS SANTORELLUS,*Nolanus*

De Sanitatis natura Lib. XXIV. In quibus explicantur quæcunque ad partem Physiologicam vocatam à Medicis pertinent: & de sanitate tuendâ. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1643, in fol.

Antepraxis Medica, in Libros Viginti & unum distributa. In quibus ea omnia, quæ Praxin Medicinæ aggressutis prænoscere, est necessarium, summâ brevitate examinantur. Neapoli, apud Laz. Scoriggum, 1622, in 4. Ibid. apud Dominicum Maccaranum, 1633, in 4. Ibidem, 1651, in fol.

Postpraxis Medica, seu, de Medicando Defuncto, Liber unus. In quo, quæcunque prudens & Christianus

Medicus debet Defuncto præstare, explicantur. Ibidem, apud Laz. Scoriggum, 1629, in 4.

ANTONIUS SAPORTA

De Tumoribus præter naturam, Libri quinque, ex instru&tissima Bibliothecâ Ranchinianâ eruti, & publici juris facti, curâ & studio Henrici Gras. Accedit Johannis Saportæ Tractatus de Lue Venetea. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

ANTONIUS SCANAROLUS,
Mutinensis

Disputatio utilis de Morbo Gallico, & Opinionis Nicolai Leoniceni Confirmatio, contra Adversarium, eandem opinionem oppugnantem. Bononiæ, 1498, in 4. & Tom. I. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 110.

ANTONIUS SNEBERGERUS,*Tigurinus*

Medicamentorum Evporiston, id est, facile parabilem, aduersus omnis generis articulorum dolores, Enumeratio. Cui adjuncti: Ejusdem de Multiplici Salis usu, Libellus: Gemma Amethystus, sive Carbunculus Æthiops, Authore eodem: Ejusdemque Nuptialium narrationus prima: Johan. Fernelii Consilium pro Epileptico scriptum. Franco. apud Andr. Wechelum, 1581, in 8. Extant etiam omnia hæc cum Æmili Campolongi Libro de Arthritide. Spiræ Nemetum, apud Bernhardum Albinum, 1592, in 8.

De bona Militum valetudine conservanda, Liber, ex veteribus rerum bellicis

An
bellicarum excellentissimorum Medicorum Libris erutus: & secundum sex rerum, ut Medici vocant, non naturalium ordinem conscriptus. Cracoviæ, apud Laz. And. eæ, 1564, in 8.

Gemma Amethystus, seu Carbunculus Athiops. Ibidem, 1565, in 8.

De Medicamentorum simplicium, sive Euporiston Pestilentiae veneno adversantium, & quomodo iis utendum, brevis Institutio. Extat cum Cassii Jatrosophistæ Naturalibus & Medicinalibus Quæstionibus, C. Gesneri operâ Græco Latinis factis. Tiguri, apud Jacobum Gesnerum, 1562, in 8. Leovardizæ, apud Joh. Starterum, 1616, in 8. Postrema hæc editio recognita & multorum remediorum accessione, operâ Henrici à Bra, adacta est.

De Multiplici Salis usu, Libellus. Cracoviæ, 1562, in 8.

Catalogus Plantarum Latino-Germanico-Polonicus.

ANTONIUS STUPANUS,
Rheticus

Additiones ad Dispensatorium medicamentorum Nicolai Myrepfi. Lugduni, 1543, in 4.

ANTONIUS THYLESIUS,
Consentinus

Libellus, de Coloribus: Ubi multa leguntur præter aliorum opiniones. Lutetizæ, apud Christoph. Wechelum, 1546, in 8. Adiecta est ejusdem Araneola, & Cicindela.

ANTONIUS TOSIUS,
à Serra S. Quirici

De Anthrace, seu, Carbunculo, Tractatus. Venetiis, 1618, in 4.

ANTONIUS TURCIS

De Principiis Naturæ, Commentarius. Veronæ, 1576, in 4.

ANTONIUS VALETIUS

Oratio in Scholis Medicorum ante Licentiatum habita, quâ Medicina antiquitas ex antiquissimo Poëtarum Homero obiter & allegoricè describitur. Parisiis, apud Johan. de Bordeaux, 1570, in 8.

Exercitationes in Opera Practica. Jacob. Hollerii. Extant in iisdem. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1623. Apud Petr. Chouet, 1635, in 4.

ANTONIUS VINCENTIUS
de PETRONE

Literarium duellum, inter Salernitancs & Neapolitanos Medicos. In quo de Intestinorum phlegmone. Unâ cum Michaelis Rosci Apologia. Aliud duellum, de Hepatis Inflammatione. Venetiis, 1647, in 4.

ANTONIUS VITALIANUS

De Loco Affecto in Pleuritide. Romæ, in 8.

ANTONIUS ZARA,
Aquileiensis

Anatomia ingeniorum & scientiarum, Sectionibus quatuor comprehensa. Venetiis, apud Ambrosum Deum, 1615, in 4.

ANTONIUS ZEIGERUS

Epistola, inquirens in paginas Joannis Philippi Loneri, Med. Licent. an haec classis medicorum trium Fluxuum Alvi contineant? 1589, in 4.

ANTONIUS ZENON.

Venetus. Medicus magna Autoritatis. Clariuit sub Friderico III. & Maximiliano I. & Alexandro VI. Pontifice A.C. 1488. Justus in Chronol. Medic.

De Natura humana, deque Embryo, Liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1491, in 4.

ANTYLUS

Fragmenta varia. Extant apud Aetium Amidenum: scilicet,

De Insolatione, & arenæ aggestione, ac aliis vaporatoriis fomentis. Tetrab. I. Serm. 3. cap. 9.

Quomodo vena secunda est, de magnitudine & figurâ sectionis. Ibid. cap. 13. 14. 15.

De Cucurbitularum usu. Ibid. cap. 20.
De Purgatione. Ibid. cap. 23.

Quibus dandum sit veratum, quibus non. Ibid. cap. 12.

Chirurgia eversionis palpebrarum. Tetrab. II. Serm. 3. cap. 72.

ANUTIUS FOESIUS

○ Natus Divioduni Mediometrum Anno Christi 1528: creatus Medicina Doctor Lutetia Paris. Postquam ultra 40. annos in patria Medicinam felicissime fecisset, in ead. obiit 1596, aetatis sue 68.

○ Magni Hippocratis, Medicorum omnium facile Principis, Opera omnia, quæ extant, in octo Sectiones ex Erotiani mente distributa, nunc recens Latinâ Interpretatione & Annotationibus illustravit. Adjectis ad V.L. Sect. Palladii Scholiis Græcis in Librum oī dypuā nou-

dum antea excusis, & nunc primum latinitate donatis. His præterea accessere variæ in omnes Hipp. Libros. Lectiones Græcæ, ex reconditissimis manuſ. exemplaribus summa diligentia collectæ, nec non quorundam doctissimorum virorum in aliquot Hipp. Libros observationes. Francofurti apud Andr. Wecheli Hæredes, Cl. Marnium, & Johann. Aubrium, 1595, & 1603, in fol. Ibidem, apud Dan. & David. Aubriorum, & Clement. Schleichium, 1624, in fol. Genevæ, 1627, in fol.

Hippocratis Coi Liber secundus, de morbis vulgaribus, difficilimus, & pulcherrimus: olim à Galeno Commentariis illustratus, qui temporis injuria intercederunt: nunc vero penè in integrum restitus, Commentariisq; sex, & Latinitate donatus. Basileæ, apud Vid. Mich. Isingrini, 1560, in 8.

○ Oeconomia Hippocratis, Alphabeti serie distincta, in qua dictiorum apud Hippocratem omnium, præsertim obscuriorum, usus explicatur, & velut ex amplissimo penu depromittit: ita, ut Lexicon Hippocrateum meritò dici possit. Francof. apud Wecheli Hæredes, Marnium, & Aubrium, 1588, in fol. Genevæ, 1662, in fol.

Pharmacopœa: medicamentorum omnium, quæ hodie ad publica Medentium munia in Officinis extant, tractationem, & usum, ex antiquorum Medicorum præscripto continens. Basileæ, apud Thomam Guerinum, 1561, in 8.

○ Claudi Galeni in Aphorismos Hippocratis Commentaria cum Gulielmo Plantio interpretatus est, & Annotationibus illustravit. Novissime autem edidit, & a multis, quibus antea scatebant, mendis, diligenter repurgavit Adrianus Toll. Lugduni Batavorum, apud Johannem Maire, 1633, in 12.

○ Hippocratis Aphorismorum Sectiones octo, vel, ut altera habet Editio, Libr. V II. interpretatus est. Græc. Latin. Lugdun. Batavorum, apud Johannem Maire, 1633, in 24. Huic Editioni accessit Johannis Ernesti Scheffleri Methodus, quæ Aphorismi in certum ordinem digesti & accurate dispositi sunt. Ibidem, 1666, in 24.

APHRICANUS

De Re rustica Fragmenta aliquot. Extant in *Fewrovixov*, seu de Re rustica Selectorum Lib. XX. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brasiliæ operâ in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Malomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariae Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græce quidem Basileæ, apud Joh. Valderum, 1537, in 4. Latine a ex interpretatione Johan. Ruellii, Parisis, apud Simon. Colinaeum, 1530, in fol.

APITIUS CÆLIUS

○ De Re Coquinaria, Libri decem. Coquinariae capita Græca ab Apitio

posita hæc sunt, Epineles. Artoptus. Cepuros. Pandecter. Osprion. Tropetes. Politeles. Tetraxus. Thalasia. Halieus. Hanc Plato Adulatricem Medicinæ appellat. Venetiis, apud Johan. de Cereto de Tridino, 1503, in 4. Tiguri, apud Froshoverum, 1542, in 4. Huic Editioni accesserunt Notæ Gabrieliis Humelbergii.

APOLLONIUS MENABENUS,

In fabria

Tractatus de magno animali, quod Alcen nonnulli vocant, Germani Elendt, & de ipsius partium in re medica facultatibus. Item Historia Cervi Rangiferi, & Gulonis, Filfras vocati. Accessit R. Dodonæi de Alice, Epistola. Coloniae, apud Materia num Cholinum, 1581, in 8.

APOMASAR

Apotelesmata, sive, de significatis & eventis Insomniorum, ex Indorum, Persarum, Ægyptiorumque disciplinâ, depromptus ex Johan. Sambuci Bibliotheca, Liber. Francof. apud Andr. Wechelum, 1577, in 8.

APULEJUS

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in *Fewrovixov*, seu, de Re rustica Selectorum Lib. XX Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brasiliæ operâ in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8 Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

APULEJUS PLATONICUS

De Herbarum Virtutibus: Additâ

Demonstratione Herbarum singulare-
rum signorum &c. Lutetiae, 1528,
in fol.]

ARCHANGELUS MERCENA- RIUS, à Monte Sancto

Disputatio de Putredine, adversus
Thomam Erastum. Patavii, apud
Paul. Mejettum, 1583, in 4.

Judicium super rationibus Arist. I.
de Partibus Animalium cap. I. Patavii,
apud Sim. Galignanum de Karera,
1570, in 4.

ARCHANGELUS PICCOLI.

HOMINUS, Ferrariensis

Anatomicæ Praelectiones, expli-
cantes mirificam corporis humani
Fabricam: Et quæ animæ vires, qui-
bus corporis partibus, tanquam in-
strumentis, ad suas obeundas actio-
nes, utantur; sicuti tota anima, toto
corpo. Romæ, apud Barthol. Ron-
fadinum, 1586, in fol.

In Librum Gal. de Humoribus,
Commentarii. Parisiis, apud Bernh.
Turisanum, 1556, in 8.

ARCHEDEMUS

De Mulomedicina, Capita aliquot.
Extant inter Veterinariæ Medicinæ
Scriptores, qui editi sunt Græce qui-
dem Basileæ, apud Johann. Valde-
rum, 1537, in 4. Latinè autem ex
interpretatione Joh. Ruelli, Parisiis,
apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ARCHIGENES

Apameus. Philippi Syria Regis Me-
dicus celeberrimus. Discipulus Aga-
thini Medici. Floruit sub Trajano Im-
peratore annis 63. A. M. 4070. A. C.
108. Wolfgang. Justus in Chronol.

Medic. Secundum Renat. Moreau,
vixit sub Adriano Imperatore, cuius
morte infamis factus fuit A. C. 120.

Fragmenta varia. Extant apud
Aëtium Amidenum; scilicet,
Hiera, ex Epist. ad Marsum de atra
Bile, Tetrab. 1. Serm. 3. c. 114.
De Balneis naturalibus, ibid. cap. 167.
De Spongiæ usu, ibid. cap. 170.
De Dropace, Picatione, ac Sinapis-
mo, ibid. cap. 180, 181.

De Vertiginosis, Insaniam, Resolutione,
Tetano & Convulsione, Cephalæ
& Hemicraniæ, Tetrab. 2. Serm. 2,
cap. 7, 8, 28, 39, 50.

De pectore suppurratis, Tetrab. 2,
Serm. 4, cap. 65.
De Volvulo, Coeliaca affectione, Dy-
senteriæ, Tetrab. 3, Serm. 1, cap. 28,
37, 43.

De Hepatis abscessu, Hepate exulce-
rato, Tetrab. 3. Serm. 2, c. 4, 5.

De his, qui per circuitum quandam
sanguinem mingunt, Tetrab. 3,
Serm. 3, cap. 3. De calculosis reni-
bus, cap. 4. Diæta in ulceribus ve-
sicæ, cap. 30. De vesicæ fluxione,
& his, quæ capillorum formâ ex-
eunt cum urina, cap. 31.

Ischiadis exacerbatæ cura, Tetrab. 3,
Serm. 4, cap. 4.

De Elephantiasi, Tetrab. 4. Serm. 1,
cap. 120.

De viperarum esu, & de pruritibus,
ibid. cap. 123, 126.

De Lepra, ibid. cap. 134.

De Cancris mammarum, Fluxu mu-
liebri, Uteri abscessu, Uteri exulce-
ratione, cancris uteri, Tetrab. 4.
Serm. 4, cap. 43, 65, 85, 88, 90, 94.

ARCHI-

ARCHILEUS CARCANUS

○ Natus Mediolani ex nobili familiâ: in Academia patriâ Doctoris Medicina titulum, & locum in ejusdem Collegio Medic. nec non tandem in Universitate Ticinensi Professoris publ. munus adeptus, obiit in patria A.C. 1588.

In Aphorismos Hipp. Lucubratiōnes. Ejusdem Lib. 11. in quorum altero de Methodo medendi: in altero verò de Modo Collegiandi, pertractatur. Ticini, apud Hier. Bartolum, 1581, in 8.

ARETÆUS

○ Natus in Cappadocia. Unde à natione dictus est Cappadox; ad differentiam Aretæi Corinthii. Fuit Medicus Græcus vetustus: Strabonis & Gregorii Nazianzeni coetaneus: Galeno antiquior. Vixit sub Augusto Cesare.

○ De Acutorum & Diurnorum morborum causis & signis, Lib. IV. de eorundem curatione, Lib. IV. Græcè. Parisiis, apud Hadr. Turnebum, 1554, in 8. Græcè & Latine conjunctim editi tribus miss. codicibus, Veneto, Bavarico, Augustano, collatis; cum Commentario, in quo obscura doctrina de nominibus, & parte affectâ morborum singulorum cum suis signis perspicuâ methodo illustratur. Autore Georgio Henischio, Med. Augustano. Augustæ Vind. apud Georg. Willerum, 1603, in fol. Latinè, Junio Paulo Crasso, Patavino, interprete, inter Medicæ artia Principes. Parisiis, apud Henr.

Stephanum, 1567, in fol. Cum Medicis antiquis Græcis, Basileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4. Parisiis, in 4. Hæc Editio Græco-Latina aucta est Annotationibus Petri Petiti, Excerpta de Balneis. Extant pag. 480. Operis Veneti de Balneis,

ARIOPONUS CEPHALUS

Mercurius triumphans, & Hebdomas Ecclagarum Hermeticarum: unâ cum Commentariis Acroamaticis & Myticis. In quibus, de universa, verâ, summâ & antiquissimâ Philosophorum Medicinâ disseritur, Libris XVIII. Magdeburgi, apud Joh. Franck, 1601, in 4.

ARISLAUS

De Lapide Philosophico, in modum Dialogi, Opus. Extat cum Declaratio Medico Bernhardi Penoti. Bernæ, apud Johan. le Preux, 1608, in 8.

ARISTOTELES

○ Natus Stagira, hincq; à patria dictus Stagirita, anno primo Olympiadis XCIX, Patre Nicomacho, Amynta, Macedonum Regis, Medico. Parentibus vitâ functis à Praxeno Atarneo liberaliter educatus, & anno etatis sua 17, Apollini jussu. Philosophandi causâ Athenas profectus, Socratem tres annos audivit. Post hac Platonem tum sexagenarium per 20. annos Praeceptorem habuit. Anno secundo Olympiadis CVII circa annum etatis sua 42 Philippi, Macedonia Regis, Filium Alexandrum 15. tum annos natum Philosophia praceptoris imbuedum accepit. Anno secundo Olym-

Olympiadis *CXI.* etatis sua 50 ab Atheniensibus per Legatos revocatus, in eorum Lyceo docere cœpit; quo in munere 13 annos versatus. Sectam condidit omnium longe nobilissimam, quam Peripateticam vocarunt, eo quod inter ambulandum artes commentationesq; suas discipulis tradaret. Claruit anno mundi 3614: Ann. ante Christum natum 343. Anno tertio Olympiadis *CXIV.* biennio post mortem Alexandri Magni eodem anno, quo Demosthenes vitam finivit, vel hausto aconito, vel morbo, vel pudore simul ac radio vietus, quod questionem de admiranda vi naturâ Euripi propositam explicare non posset, obicit, etatis sua 63. ante Christum natum an. 348.

De Plantis, Libri duo. Græcè, cum Tironiis, sive de Re Rustica selectorum Lib. XX. Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Græco-Latinè, ex interpretatione Julii Cæsaris Scaligeri, Lutetiaæ, typis regiis, 1619, in fol.

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Tironiis, leude re rustica selectorum Lib. XX Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Joh. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter. 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Aquis, & Balneis, Excerpta ex Problematis. Extant pag. 470. Operis Veneti de Balneis.

De perfecto Magisterio. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot Scripto-

ribus à Guil. Gratarolo collectus. Basileæ, apud Henr. Petri. 1561, in fol. pag. 188. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 54. Suppositius hic Liber creditur.

D) De Lapide Philosophico: una cum Epistola Monachi cuiusdam Benedictini Ordinis, ad Reverendiss. Hermannum Archiepilcopum Coloniensem. Extat Volumine quinto ejusdem Theatri Chemici, Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8. Et hic Liber suppositius censetur.

ARLUNUS

De facilitiori Alimento, & Balneis, Lib. duo. Basileæ, apud Mich. Ilingrinum, 1553, in 8.

ARMEGANDUS BLASIUS,

de Montepessulano

Averrois Colligit. Lib. VII. Canticam Avicennæ, cum Averrois Commentariis: & Tractatum de Theriacâ, ex Arabico, in Latinum translatis. Extant X. Volum. Oper. Averrois. Venetiis, apud Juntas, 1555, in fol.

ARNOLDUS BOOTHUS

D) Observations Medicæ, de Affectionib; omissis: videlicet: De Abscessu Hypocraneo: De Vomica Hypocranea: De Vomica Cerebri: De Suturatum Dissectione: De Capitis Distortione: De Epilepsia Procurativa: De Oris Hæmorrhagia periodicâ: De Lingua ardore & Siccitate extra Febres: De Lippididine Muciginola: De

Ar De Labrosulcio, seu Cheilocace: De Sterni Dolore: De Tabe pectorâ, Londini, apud Thom. Withaker, & Thom. Neucomb. 1649, in 12. Secundum editæ cum Præfatione Henrici Meibomii, Helmestadii, apud Henningum Müllerum, 1664, in 4. Extant etiam cum Petri Borelli Historiarum & Observationum Medico-Physicarum Centuriis I V. Francofurti & Lipsiæ, apud Laurent. Sigismundum Cörnerum, Bibl. Lips. 1676, in 8.

ARNOLDUS CATALANUS.

Regulæ universales Curationis morborum ter centum quadraginta quinque, Georg. Pictorii *Villingani Ensishemii*. Commentariis illustrati. Evacuandi ratio per Ant. Gazonem brevissimâ methodo conscripta, ejusdem G. Pictorii Scholiis diligenter explicata. Præterea Rerum fortuitò evenientium Consolations quatuordecim. Autore eodem Pictorio. Insuper his accedunt etiam Epicycliarum Quæstionum Libri decem, eodem Pictorio Autore. Basileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

ARNOLDUS FREITAGIUS,

Embricensis.

○ De Esculentorum Potulentorumque facultatibus, Liber unus: Laconicâ quidem, at variâ jucundâq; Medicâ & Historicâ eruditione refertus. Italice scriptus, & Latinè conversus ab Arnoldo Freitago. Herbornæ, apud Christoph. Corvinum, 1593, in 8. Genevæ, apud Phil. Alberti, in 16. Bruxellis, 1662, in 12. Osnæ-

Bi
Osnabrugæ, apud J. G. Schwändterum, 1677, in 12. Hæ duæ postremæ editiones hunc næctæ sunt titulum: Balthas. Pisanelli de Alimento-rum Facultatibus, Libellus aureus.

BALTHASAR KLEIN

Epistola, de Ligno in Armenium lapidem converso, habetur Lib. IIII Epistol. Matthioli, pag. 406.

BALTHASAR SCHEIDERUS

Confilia, & Epistola insignis Me-dica. Extant eo in Opere, quod Lau-rentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanov. 1610, in fol.

BALTHASAR SCHULTZIUS, *Vratislavensis*

Synopsis Historiæ naturalis de Mundo; Item de Homine. Wittebergæ, 1606, in 12.

Confilium Medicum, pro curanda valetudine. Witeb. apud Cle-mentem Bergerum, 1606, in 12.

D Synopsis universæ Medicinæ, cum ex multis Medicorum Libris, cum maximè ex Johannis Heurnii, Ultrajectini, Institutionibus confor-mata. XII Disputationibus exhibita, & in Academia Witebergensi, Exer-citio privato, eventilata. Lipsiæ, apud Hæredes Francisci Schneltzii, 1601, in 8.

BALTHASAR SIMON, *Smalcaldianus*

De ογκολογίᾳ Ἀνδρῶν Disputa-tio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Johan. Ja-cobus Genathius, 1622, in 4.

• BALTHASAR TIMÆUS, à GULDENKLEE

Casus Medicinales: Praxi triginta sex annorum observati. Accessere & Medicamentorum singularium, quæ in Casibus proponuntur, Descriptio-nes. Lipsiæ, apud Christianum Kirchnerum, 1662, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1667, in 4.

Epistolæ & Consilia. Accesit & Hortolini Timæani Topographia metrica, & Inscriptiones. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 4.

Responsa Medica: & Diæteticon. Opus posthumum. Lipsiæ, 1668, in 4. Extant etiam cum Ejusdem Au-thoris Operibus Medico-Practicis. Ibidem, apud Christianum Kirchnerum, 1677, in 4.

Opera Medico-Practica. Quibus continentur: I. Casus & Observatio-nes Prædictæ triginta sex annorum. II. Descriptiones medicamentorum singularium. III. Epistolæ & Con-silia. IV. Confilium de Peste. V. Re-sponsa. VI. Confilium Diæteticon. Accessit Egidi van der Myle Hor-tolini Timæani Topographia & In-scriptiones. Lipsiæ, apud Christia-num Kirchnerum, 1677, in 4.

BAPTISTA CODRONCHIUS, *Imolensis Medicus*

De Christiana & tutâ Medendi ratione, Libri duo, variâ doctrinâ referti. Cum Tractatu de Baccis Orientalibus, & Antimonio. Ferrariæ, 1591, in 4. Bononiæ, apud Cle-mentem Ferronium, 1629, in 4.

De Morbis Veneficis, ac Vene-ficiis

ficiis, Libri IV. In quibus non solum certis rationibus veneficia dari, demonstratur; sed eorum species, cauæ, signa, & effectus novâ methodo aperiuntur, & de eorum curatione & præservatione pertractatur: ve- raque, nova, & experta remedia proponuntur. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1595, in 8. Mediolani, 1618, in 8.

¶ De Vitiis Vocis, Libri duo. In quibus traditur definitio vocis, illius differentiaz, instrumenta, & causæ aperiuntur: ultimò, de conservazione, præservatione, ac vitiorum ejus curatione. Opus ad utilitatem Concionatorum præcipue editum. Cui accedit Consilium de Raucedine: ac Methodus Testificandi in quibusvis Casibus Medicis oblatis. In qua nonnullæ difficilimæ ac pulcherimæ Quæstiones explicantur, & Formulæ quædam Testationum propnuntur. Opus non modo neotericis Medicis, sed & Jurisperitis ac Judicibus plurimum ex usu. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1597, in 8.

De Morbis, qui Imolæ, & alibi communiter hoc anno 1602, vagati sunt, Commentariolum. In quo potissimum de Lumbricis tractatur; & de morbo novo, Prolapsu scilicet mucronatæ cartilagin's, Libellus. Bononiæ, apud Bindonum, & Johan. Bapt. Bellagambam, & Venetiis, apud Societ. 1603, in 4.

¶ De Aanis Climaetericis: nec non de ratione vitandi eorum peri-

cula, itemque de Modis, vitam producendi, Commentarius. Bononiæ, 1620, in 8. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1623, in 8. Ulmæ, 1651, in 8.

De Rabie, Hydrophobia communiter dicta, Libri duo: De Sale Absinthii, Libellus: De iis, qui aqua immurguntur, Opusculum: & de Elleboro, Commentarius. Francof. apud Nicol. Basseum, 1610, in 8. & apud Matthiam Beckerum, 1610, in 8.

BAPTISTA EGNATIUS

Aurelium Cornelium Celsum editum, cum Emendationibus. Venetiis, apud Aldum, 1524, in fol.

BAPTISTA FIERA,

Mantuanus

Commentaria in Artem medicinalem definitivam Galeni. Ejusdem Quæstio de Virtute movente Palsum. Ejusdem Quæstio de Phlegmatico & Bilioso æqualiter Febrientibus. Ejusdem Tractatus de Intensione & Remissione. Cum aliis quibusdam Philosophicis. Mantua, 1515, infol. Venetiis, 1548, in fol.

¶ Cœna: de Herbarum virtutibus, & eâ medicæ artis parte, quæ in Viætus ratione consistit. Extat cum Eobani Hessi Libello de tuenda valetudine, & Commentario Placotomi, ad Eundem. Francof. apud Egenolphum, 1564, in 8. Patavii in 4. Hæc Editio prodiit cum Annotationibus Caroli Avantii.

Quæstio de Attractione Medicinalium solutivarum. Extat cum Ejusdem Opusculo de Animæ Immortalitate,

Ba
ilitate, contra Pomponiatum, *Mantuanum*. Venetiis, apud Francisc. Bindonum, 1524, in fol.

BAPTISTA PLATINA,
Cremonensis

De Honestâ Voluptate: de ratione viciis: de natura rerum: & arte loquendi, Libri decem. Venetiis, apud Johan. Tacuïnum de Trino, 1517, in 4. Coloniæ, apud Eucharium Cervicornum, 1529, 1537, in 8.

BARTHOLOMÆUS ACCUR-
SINUS, Consignanensis

Tractatum & Consultationum Medicinalium Tomus prior. In quo præter multa, quæ in Tractatibus à nemine hæc tenus ex professo examinata, habentur; in paucis etiam consultationibus generosiorum præsidiorum materierum formulæ, quæ omnibus pene morbis inservire possunt, continentur. Ravennæ, apud Petrum de Paulis, 1622, in 4.

BARTHOLOMÆUS ALBANUS

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri. Extat cum aliis ejusdem argumenti. Bergomi, 1582, in 4.

BARTHOLOMÆUS AMBRO-
SINUS

Ulyssis Aldrovandi de Quadrupedibus digitatis vivi- & ovi-paris Libr. colligit & edidit.

BARTHOLOMÆUS ANGLICUS

De Proprietatibus Rerum, Lib. XVIII. Argentinæ, 1491, in fol. Norimb. 1519, in fol. Francof. apud Wolfgang. Richtorum, 1601, in 8. Huic

accessit Lib. XIX, de variarum rerum accidentibus, Georgio Bartholo- do Pontano procurante.

BARTHOLOMÆUS BAUS-
NERUS, Saxo-Transylvanus

De Consensu Partium Humani corporis, Libri III. In quibus ea omnia, quæ ad quamque actionem, quoquo modo in homine concur- runt, recensentur, actionum modus, ut & consensus ratio explicatur, adeoque universa Hominis œconomia traditur. Amstelod. apud Johan. Ravensteinum, 1656, in 8.

BARTHOLOMÆUS BONACUR-
SUS, Bononiensis

De Humano Sero, seu, de Urinis, Liber. Bononiæ, apud Johan. Bapt. Ferronium, 1650, in 4.

De Malis externis, Opusculum. Bon. 1656, in 4.

BARTHOLOMÆUS BUR-
CHELATUS

Charitas, sive, convivium dialo- gicum septem Physicorum. In quo quidem apparatus, ritus, ordines, cibaria, potus, utensilia, & id genus plurima, ex antiquorum promptua- riis apposita elucidantur. Additis in id quæstionibus convivantium. Tar- visii, apud Aurel. Reghettum, 1593, in 4.

BARTHOLOMÆUS CA-
BROLIUS

Αλφάρινος αὐτομήκη, id est, Anatō- mes elenchus accuratissimus, omnes humani corporis partes eâ, quâ solent secari methodo, delineans. Ac- cessere

cessere Osteologia, Observationesq; Medicis ac Chirurgis perutiles. Genevae, apud Jacobum Chouet, 1604, in 4.

○ Observationes variæ. Extant cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Castrensis, Jasolini, Cabrolii, Variis Opusculis Medicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

○ Collegium Anatomicum Clarissimorum trium Virorum, Jasolini, Severini, Cabrolii. Extat ibidem, typis iisdem, anno eodem, eademq; formâ.

○ Hujus Authoris Anatomica quædam Scripta extant cum Johannis Georgii Volckameri Collegio Anatomico concinnante exClarissimis Triumviris, Julio Jasolino, Marco Aurel. Severino, & hoc Bartholomæo Cabrolio. Hanoviæ, 1654, in 8. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS, *Messanensis*

Totius Artis Medicæ, methodo divisâ Compendium, & Synopsis. In qua quidquid ab Hippocrate, Galeno, Avicennâ, cæterisque summae autoritatis Doctoribus, ad eandem artem scriptum est, mirâ dexteritate, facilitate, & studio, acerbatim contexitur. Messanæ, apud Petrum Bream, 1597, in 4.

○ Lexicon Medicum Græco-Latinum. Venetiis, apud Nicol. Polium, 1607, in 8. & operâ Emanue lis Stupani auctum. Basileæ, apud Johan. Jacob. Genathium, 1628, in

8. Iterum Venetiis, 1626, in 8. apud Johan. Bapt. Cestari, 1642, in 8. Auctum tertia sui parte, & ab innumeris, quibus scatebat, mendis repurgatum, operâ Adriani Ravensteinii : ex Hippocratis, Galeni, Avicennæ, atque aliorum Celeberrimorum Medicorum monumentis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1644, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1651, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1657, in 8. Ibidem, apud Arnoldum Leers, Jun. 1665, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Norimbergæ, apud Joh. Danielem Tauberum, 1682, in 4. Hæc Editio ad vera novaq; Artis Medicæ principia accommodata, à plurimis mendis & vitiosis allegationibus correcta, & innumerabilium penè Vocabulorum accessione amplificata est à Jacobo Pancratio Brinone. Additâ Ejusdem Brunois Mantisâ Nomenclaturæ Medicæ Hexaglottæ, Vocabula Latina ordine Alphabetico cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis proponentis.

BARTHOLOMÆUS CHRYSÆUS

Epistola Medica ad Abrah. Seylerum. Extat eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 84.

BARTHOLOMÆUS à CLIVOLIO, *Taurinensis*

De Balneorum naturalium virtibus, Libri quatuor. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1552, in 4. BAR-

BARTHOLOMÆUS COCLES

*Bononiensis Medicus, Chirurgus, Destillator, Physiognomista, Chiromanticus, & Geomanticus. Claruit sub Maximiliano Imperatore, & Carolo VIII. Gallia Rege: & Galeatio Sfor-
tiæ. Pisauriensis Principis Fratre, A.C. 1500. Wölfz. Justus in Chronol.
Medicorum. Juxta Renat. Moreau
vixit A.C. 1440.*

Anastasis Chiromantiz & Phy-
siognomiz ex pluribus & penè in-
finitis Autoribus. Bononiæ, 1504, in 4.
cum earundem principiis Alexan-
dri Achillini.

Physiognomiæ Compendium,
quantum ad partes capitis, gulam-
que & collum attinet. Cui accedit
Andreae Corvi Chiromantia. Argentorati, 1533, in 8.

BARTHOLOMÆUS EUSTA-
CHIUS, Sancto severinus

Opuscula Anatomica: nempe, de
Renum structura, officio, & admini-
stratione: De auditus organis:
Ossium examen: De motu Capitis:
De Vena, quæ $\Delta\gamma\gamma\theta$ Græcis dicitur;
& de alia, quæ in flexu brachii
communem profundam produceit:
De Dentibus. Venetiis, 1563, apud
Vincentium Luchinum, 1574, in 4.

Erotiani, Græci scriptoris vetustissimi,
Vocum, quæ apud Hippocratem sunt, collectio. Cum Annotationibus Barthol. Eustachii. Ejusdemque Libellus de Multitudine.
Venetiis, apud Luc. Ant. Juntam, 1566, in 4.

BARTHOLOMÆUS FRITZ-
SCHIUS, Budissinus

De Morbis Venenosis proprie sic
dictis in genere, Disputatio. Extat
Decade III. Disputat. quas collegit
& edidit Basileæ Johann. Jacobus
Genathius, 1620, in 4.

BARTHOLOMÆUS GAJONUS

Epistola ad Jos. Valdanum de
Sectione Venæ, quæ est ad annula-
rem digitum sinistræ manus, in Lie-
nis affectibus. Patavii, apud Petrum
Antonium Alciatum, 1567, in 8.

BARTHOLOMÆUS GALESIUS

Epistola super morbo hoc tempo-
re grassante. Bononiæ, 1630, in 4.

BARTHOLOMÆUS HIEROVIVUS

Quæstionum Medicinalium Decas
prima, continens Quæstiones lectu
omnino jucundas ac dignas. Fran-
cfurti, apud Petrum Fischerum,
1595, in 8.

Methodus Chirurgica, docens,
summâ facilitate & brevitate, ratio-
nem curandi apostemata, vulnera,
& ulcera. Ibid. apud Eundem, an-
no & formâ iisdem. Bini hi Hiero-
vii Tractatus extant cum Alberti
Bottoni & Æmilii Campolongi Me-
thodis Medicinalibus à Lazaro Suse-
beto editis.

BARTHOLOMÆUS HORN

Vates Medicus Hippocraticus, seu,
Commentarius in Hippocratis Pro-
gnostica. Stralsundi, 1645, in 8.

BARTHOLOMÆUS HUBNE-
RUS, Erfordiensis

Oratio de veris immotisque fun-
damentis artis Medicæ & Philoso-
phiaz, deque impietate, portentosis,

& perniciosis erroribus Phil. Paracelsi, & Sectatorum ejus, quibus Theologiam pariter & Philosophiam, cum Medicina nefariè conspurcarunt. Ephordiæ, apud Johann. Pistorium, 1593, in 8.

De Morbis incurabilibus, Liber. Ephordiæ, apud Joh. Pistorium, 1589, in 4.

BARTHOLOMÆUS KORN-DOERFER

De Tinctura Gemmarum. 1635, in 8.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS, *Bononiensis*

De Sclopotorum & Bombardarum vulnerum curatione, Liber. Bononiæ, apud Barth. Bonardum, 1552, in 4. Extat etiam cum Chirurgia, seu de Chirurgiæ Scriptoribus à Gesnero editis, pag. 243.

BARTHOLOMÆUS à MARENATA

Venusinus, Medicus apprime eruditus. Vixit circa A. C. 1554. Wolfgang. Justus in Chronol. Medicorum.

Methodi cognoscendorum simplium Medicamentorum, Libri tres. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1559, in 4.

De Theriaca & Mithridatio, Libri duo, Italico Sermone scripti. In quibus velut in Tabula quapiam vera hæc Antidota componendi ratio, breviter ob oculos ponitur, omniaque Simplicia (quorum in hisce Antidotis conficiendis usus est) solerterissimè examinantur. Nunc primùm operâ D. Joachimi Camerarii, No-

rimbergenſis, Latinâ civitate donati. Francof. apud Egenolphum, 1576, in 8.

De Aquæ, Neapoli in Luculliano, scaturientis, metallicâ naturâ ac vi-ribus. Neapoli, apud Matthæum Canerum, 1559, in 4.

Epistola excusatoria de quibusdam contra Matthiolum editis. Extat Lib. I V. Epist. Matth. pag. 642.

Lucullianæ Quæſtiones. Basileæ, apud Joh. Oporinum, 1564, in fol. BARTHOLOMÆUS MAYROLA,

Papiensis

Compendioſa Methodus in acutis Morbis curandis. Papiæ, apud Hier. Bertolum, 1563, in 8.

BARTHOLOMÆUS MERLINGERUS, *Augustanus*

De Infantium Morbis, & eorum valetudine tuendâ. Extat cum Alb. Magni de Mulierum Secretis Lib. Vid. Albert. Magnus.

BARTHOLOMÆUS MOLES, *Hispanus*

Speculum Sanitatis, sive, de Sanitate conservandâ, Liber. Salamantica, 1545, in 8.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA, sive, de MONTE GNANA

¶ Natus Montaniana, Italia opido, hincq; à patria Montagnana dictus. In Academia Bononiensi Medicinam fecit & docuit. Claruit circa A. C. 1417, vel, juxta alios, 1440.

¶ Selectiorum Operum, in quibus Ejusdem Consilia, variique Tra-ctatus alii, tum proprii, tum asciti-

tili continentur, Liber unus, & alter, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. Francofurti, apud Palthenium, 1604, in fol. Noribergæ, 1652, in fol. Dux postremæ Editiones à Petro Uffenbachio accurate, naviter, & sedulo emaculati, revisi, relecti & locupletati sunt.

Continentur autem in his:

- I. De Conservanda sanitate.
- II. De Reginime transfretantium.
- III. De Præservatione corporum debilium in aère subtili.
- IV. Consilia de Ægritudinibus

Cerebri,

Nervorum,

Oculorum,

Aurium,

Narium,

Oris, & Faciei,

Dentium,

Pectoris, & Pulmonis;

Cordis,

Mammilarum,

Stomachi,

Hepatis,

Splenis,

Ventrис inferioris,

Ani,

Renum,

Vesicæ,

Membrorum generationum in VI-

bris,

Membrorum genitalium in Mulie-

ribus,

Apparentibus in extremitatibus

membrorum,

Totius, quæ non sunt febres,

Febribus,

Cutis,

Hac omnia Consilia sequuntur

Tractatus sequentes:

I. De Balneis:

- II. De Modo componendi Medicinas: & de Dosi earum inveniendâ;
- III. Consilia Medicinalia Antonii Cermisoni.

IV. Francisci Caballi, Brixiensis, Liber de Animali Thirio.

○ Hæc Barthol. Montagnanæ Consilia; (quotum numero sunt 305.) in quibus agitur de Universis fere Ægritudinibus, humano Corpori evenientibus, & mirâ facilitate, curandi eas, adhibetur modus, seorsim etiam prodierunt, sine ill's Ant. Cermisoni Consiliis, sineq; Franc. Caballi Libro de Animali Thirio. Adjectis tantum Ejusdem Authoris Tractatibus tribus de Balneis Patavinis, hoc est, de Situ, Aspectu, Minera, Viribus ac proprietatibus eorundem: Item Ejusdem Tractatu, de Modo Componendi medicinas, & de Dosi earum. Nec non Ejusdem Antidotario omnium resertissimo. Omnia summâ fide ac diligentia in lucem edita, & à mendis repurgata, Venetiis, apud Casparum Bindonum, 1565, in fol.

Seorsim extant:

De Urinarum Judiciis, Tractatus. Patavii, apud Matth. Cerdonis de Windischgrerz, 1487, in 4.

De Balneis, Tractatus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 37.

De Compositione & Dosi Medicamen-

camentorum. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Gratiostum Perchacium, 1556, in 8. apud Paulum M. jettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Joh. Mareschallum, 1585, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

BARTHOLOMÆUS MOSERUS

Quadriga Medicinæ Triumphantis, quatuor Tractatibus constans, I, De Origine & progressu Medicinæ. II, De Honoribus & divitiis Medicinæ. III, De Viribus illustribus Medicinæ. IV, de Medicis sanctis eorumque vitis. Coloniæ, 1645, in 12.

BARTHOLOMÆUS PASCHET-TUS, Veronensis

De Distillatione, Catarrho vulgo dictâ, Libri tres. In quibus copiosissime, & exactissime de destillatione, fluxione, & catarrho disputatur sequenti ordine. In primo omnia, quæ ad Destillationis exactam Cognitionem pertinent, copiose docentur. In secundo, quæ pro Præservatione ab ipsa Destillatione agenda, præcavendaque sunt, longâ serie comprehenduntur. In tertio ejusdem Distillationis, sive, Catarrhi Curatio cumulatè absolvitur. Venetiis, apud Bernhardum Juntam, 1615, in 4.

BARTHOLOMÆUS PERDUL-CIS, Parisiensis

Universa Medicina, ex Medicorum Principum lententiis consiliisque collecta, à Renato Charterio primùm edita. Parisiis, apud Mathuriqum Henault, 1630, in 4. operâ

G. Sauvageon præter notas in margine, pluribus therapeutis locis ex Auctoris autographo aucta & ubique emendata. Cui etiam accessit de Morbis Animi, Liber. Parisiis, apud Johannem Bessin, 1641, in 4.

In Jacobi Sylvii Anatomen, & in Lib. Hippocratis de Natura humana, Commentarii. Nunc primùm prodeunt ex Bibliotheca Gabrielis Naudæi. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

○ BARTHOLOMÆUS PIELAT

Insula Ceyloniæ Thesaurum Medicum, vel, Laboratorium Ceylonicum Latinitate donavit. Amstelodami, apud Hentricum & Theodorum Boom, 1679, in 12.

BARTHOLOMÆUS REUS.

NERUS, Lembergii

Liber primus de Febribus. Vratislaviae, apud Crispinum Scharffenberg, 1561, in 8.

BARTHOLOMÆUS & PETRUS ROSTINIUS

Sententiarum omnium ac verborum, quæ in divini Hippocr. Aphorismis continentur, in novum ordinem alphabeticumque digestio: ut quævis in ipsis commemorata, nunc facilius & celerius, quam antea inventiri queant, ut ita Medicinæ studiofis, majori nimis, quam prius usui futura sint. Venetiis, apud Baltazar. Constantinum, 1555, in 8.

○ BARTHOLOMÆUS SANTINELLUS

Confusio Transfusionis Sanguinis. Romæ, 1668, in 8;

BAR.

BARTHOLOMÆUS SCHOEN-BORNİUS

Dialogus de Peste, ab eo, Servestæ, grassante ibidem Peste, anno 1582, conscriptus, mense Novembri, & Decembri, & M. Balthasari Kis-wettero Dialogistæ donatus, hujusque operâ & studio publicatus. Witebergæ, apud Laur. Säuberlin, 1613, in 8.

BARTHOLOMÆUS SILERER

Præcautio luis Venereæ. Viennæ, 1525, in 4.

BARTHOLOMÆUS SYLVANIUS, Salonenfis

Galenii Finitiones Medicas Latine exposuit.

Item, Introductionis, seu Medici, Versionem Andernaci recognovit.

Item, De atra bile Libellum interpretatus est. De substantia facultatum naturalium, Fragmentum.

De Constitutione Artis Medicæ vertit.

Item, Quod animi mores corporis temperaturam sequantur.

Item, De Plenitudine.

Item, Aliorum aliquot Versiones in Galenum recognovit circa editionem Juntarum. Venetiis, 1551.

○ **BARTHOLOMÆUS TOR-RINUS**

Parnassius triceps, seu Musarum Afflatus Physiato-Mathematici de Mysteriis Naturæ & Artis. Augustæ Taurin. 1657, in fol.

Anacrisis de Sectione Saphe-næ in Suppressione Menstruorum. Ibidem, 1661, in 8.

BARTHOLOMÆUS TURRI-NUS, Genuensis

Πεὶ βελτιστεῖς, sive, de Medica consultatione, Libri quatuor. Genuæ, 1605, in 8. Francof. apud Palthe-nium, 1604, 1606, in 8.

BARTHOLOMÆUS VICARIUS

○ De Ægrotantium optimo assistente, ejusque officio, in singulis morbis, Libri tres. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1591, in 4.

BARTHOLOMÆUS VIOTTUS à CLIVOLO, Taurinensis

De Balneorum naturalium viribus, Libri quatuor, Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1552, in 4. & Operis de Balneis Veneti pag. 247.

BARTHOLOMÆUS ab URBE VETERI

In Antidotarium Mesuæ cum declaratione simplicium medicinarum, & solutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum, Opus. Extat cum Angeli Paleæ Opere in Antidotarium Mesuæ. Venetiis, apud Bartholomæum de Zanettis, 1543, in fol. Parisiis, apud Frobenium, 1546, in 8. Lugduni, 1550, in 8.

BARTHOLOMÆUS WAL-THERUS

Vita Clariss. Philosophi, & Medi ci D. Wolfgangi Meureri, Collegii Medici Decani, & Professoris publi-ci in Academia Lipsiensi. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg. 1588, in 4.

○ **BARTHOLOMÆUS ZORNN, Berolinensis**

Mauricii Hoffmanni Synopsin In-stit.

stitt. Medicinæ edidit, & Ejusdem Authoris Tribus Methodis de Currandis Morbis ex Principiis Circulationis Sanguinis auxit. Patavii, apud Johann. Baptist. Pasquatum, 1664, in 8.

BASILIUS BESLERUS,

Norimbergensis.

○ Hortus Eystettenfis, sive, diligens, & accurata omnium Plantarum, florum, stirpium, ex variis orbis terræ partibus, singulari studio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis Arcem Episcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conspi ciuntur, Delineatio, & ad vivum re præsentatio. Norimbergæ, impensis Autoris, 1613, in maximo fol. 4. Voll. Ibidem, 1640, formâ eadem, curis secundis.

○ Continuatio Rariorum & aspectu dignorum varii generis, quæ collegit, & suis impensis ævi ad vivum incidi curavit atque evulgavit Aucthor. Noribergæ, apud Authorem, in fol. transverso.

BASILIUS PLINIUS

De Magnete. Augusta Vindelicorum, 1603, in 8.

BASILIUS VALENTINUS,

Monachus Benedictinus

○ Azoth, sive, Aureliae occultæ partes duorum Philosophorum materia primam, & decantatum illum Lapidem Philosophorum filiis Hermetis, solidè, perspicue, & dilucide explicantes, per Enigma Philosophicum, Colloquium Parabolicum, Tabulam Smaragdinam Her-

metis, Symbola, Parabolas, & Figuras Saturni, M. Georgio Beato interprete. Francof. apud Johan. Bringerum, 1613, in 4. Extant etiam Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Testamento dedit Filio suo adoptivo. Extat eodem vol. quarto Theatri Chemici, 1613, in 8.

○ Practica, unâ cum XII. Clavibus, & Appendice, ex Germanico in Latinum translata. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito. Francof. apud Lucam Jenni sum, 1618, in 4. Extat etiam cum Musæo Hermetico Reformato & Amplificato. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, & 1678.

De Microcosmo, deque magno mundi mýsterio & Medicina hominis, Liber geminus; recens ab Angelo Medico Latinitate donatus cum Interpretis Aphorismis Basilianis & Præfatione Philosophicâ ad Illustriss. Princ. Dn. August. Anhaltinum Marpurgi, apud Wolfgangum Kezelium, 1609, in 8.

○ Apocalypsis Chymica. Erfurti, 1624, in 8.

○ Currus Triumphalis Antimoni, Commentario illustratus & Latinitate donatus à Theodoro Kerck ringio. Amstelodami, apud Andre am Frisum, 1671, in 12.

○ Tractatus Chymico-Philosophicus de Rebus super-naturalibus & Naturalibus Metallorum & Mineralium. Francofurti, 1676, in 8.

BASSIANUS LANDUS

D Natus Placentia: Joh. Baptista Montani Discipulus, & postea Collega in Professione Medicinae Ordinarii Patavii fuit. Cum aliquando noctu domum rediisset, ante fore adiunctorum in scario quodam 7. vulneribus impeditus, die septimâ post Patavii obiit A.C. 1562.

D Du-humanæ Historia, vel singularem Hominis Partium Cognitio-ne, Libri duo. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1542, in 4. Francof. apud Johan. Spiesium, & Johan. Jacob. Porsum, 1605, in 8.

O Anatomia Corporis humani, id est, Capitis, Cerebri, Cordis, Pulmonum, Olsium, Nervorum, Membranarum, Venarum, Arteriarum, Musculorum, Intestinorum, Renum &c. Constitutio &c Cognitio. Francofurti, 1652, in 8. Videtur idem esse cum priori.

De Incremento, Libellus. Venetiis, apud Balthasar. Constantinum, 1556, in 8.

Jatologia: five, Dialogi duo. In quibus de Universæ Artis Medicæ, præcipue vero morborum omnium & cognoscendorum, & curandorum absolutissimâ methodo disseritur. Venetiis, apud eundem, 1557, in 4. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1543, in 4.

De Origine & causa Pestis Patavinæ, anni 1555. Venetiis, apud Balthasar. Constantinum, 1555, in 8. - Præfatio in Aphorismos Hippocratis. De Vacuatione, Liber. Extant cum Opusculis de Motu, de Loco, de

Tempore. Patavii, apud Sim. Galignanum, 1552, in 8.

Dialogus, qui Barbaro-mastix, seu, Medicus, inscribitur. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam, 1533, in 4. Extat etiam cum Novæ Academiz Florentinæ Opusculis.

BAVERIUS de BAVERIIS

Excerpta de Balneis. Extant Operis Veneti de Balneis pag. 143.

Consilia. Bononiæ, 1489, in fol.

BELISARIUS AQUIVIVUS,

Neritinorum Dux

De Venatione & Aucupio per accipitres, Libri duo. Neapoli, 1519, in fol.

BELISARIUS GADALDINUS

Victoris Trincavellii Explanatio-nes in Galeni Libros de Differentiis Febrium, primus edidit.

BENEDICTUS

De Conservatione Sanitatis, Liber. Romæ, 1490, in 4.

BENEDICTUS ARETIUS

Stoc-hornii & Nessi in Bernatum Helvetiorum ditione Montium, & nascentium in eis Stirpium Descrip-tio. Extat cum Valerii Cordi Anno-tationibus in Dioscoridem. Tiguri, apud Andream Gesnerum, 1561, in fol.

O BENEDICTUS de BACQUERE

Senum Medicus: quædam præseri-bens observanda, ut sine magnis molestiis aliquo usque Senectus pro-trahatur. Opus rarum ac curiosum, omnibus longam vitam producere cupien-

Cupientibus utile. Coloniæ Agripinæ, 1673, in 8.

**BENEDICTUS BUSTAMENTE
PAZ, Hispanus**

Methodus in septem Aphorismorum Libris ab Hippocrate observata, quā & continuum Librorum ordinem, argumentaçj, & schemata declarat. Venetiis, apud Aldi filios, 1550, in 4. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1550, in 16.

**BENEDICTUS CERUTUS,
Veronensis**

¶ Musæum Franc. Calceolarii Jun. Veronensis, incepit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

Epistola Medica. Extat cum Cista Mediae Johan. Hornungi. Norbergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

**BENEDICTUS CURTIUS,
Syphorianus**

Hortorum Libri triginta. In quibus continentur Arborum Historiæ, partim ex probatissimis quibusque Auctoriis, partim ex ipsius Auctoris observatione collectæ. Lugduni, apud Johan. Tornæsum, 1560, in fol.

○ BENEDICTUS HERMANNUS

Observatio, de Epilepsia rara. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 124.

BENEDICTUS MATAMORUS

Disputationes, de Febribus. Visaoñ, 1622, in fol.

○ BENEDICTUS MENZINUS

De Literatorum Hominum Invidia. Florentiæ, 1675. Extat etiam cum J. Dan. Majoris Genio Errante. Vid. J. D. Major.

**BENEDICTUS PATINA,
Brixianus**

○ Natus Brescia, Veneta Ditionis Urbe, A. C. 1534. Ab Imperatore Maximiliano II. palpitatione Cordis tum affecto Viennam ad curandum illum morbum aliquando accessit. Patavii deinde tempore contagii summa cum laude Praxin exercuit. Fuit etiam Poëta Satyricus suâ atque incomparabilis: sed paulò ante obitum Poemata sua Satyrica Vulcano consecravit. Obiit A. C. 1577, etatis sue 43.

Pro Divo Maximiliano, Cesare semper Augusto, de Cordis Palpitatione, Confilium. Brixia, apud Vincent. Sabium, 1573, in 8.

BENEDICTUS RINIUS

Venetus Philosophus, & Medicus eminentissimus. Floruit sub Julio III. Pontifice. Wolfgang. Justus, in Chronol. Medic.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo II. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 14.

¶ Avicennæ Librum Canonis, de Medicinis Cordialibus, & Cantica, eruditissimis accuratisimisq; Lucebrationibus illustravit. Venetiis apud Juntas, 1544. & 1555, in fol. Basileæ, apud Hervagium, 1556, in fol.

BENE-

BENEDICTUS SYLVATICUS
De Lithotomia, seu, calculi vesicæ sectione, Consultatio. Extat cum Lib. IV. Observationum posteriorum Greg. Horstii. Ulmæ, apud Saarium, 1628, in 4. Et Edit. Nor.berg. in fol. Itemq; cum Johannis Bevervicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

De Consiliorum & Responsionum medicinalium Centuriæ IV. Quibus rari Casus proponuntur, pluresque difficultates dilucidantur. Additis Indicibus locupletissimis. Accessit Ejusdem Methodus Consultandi. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1656, in fol. Genevæ. apud Johan. Anton. & Samuel. de Tournes, 1662, in fol.

BENEDICTUS TEXTOR, *Segusianus*

Stirpium differentiæ ex Dioscoride, secundum locos communes, Opus ad ipsarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Lutetiae, apud Simonem Colinæum, 1534, in 16. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4. cum Hier. Tragi Opere Botanico.

Ratio præcavendæ & curandæ Pestilentiarum, ac Sententia optimorum Autorum selecta. Lugduni, apud Johan. Tornæsum, 1551, in 8.

De Canero, ejus natura, & curatione, Liber. Lugduni, apud Johan. Tornæsum, 1550, in 8.

BENEDICTUS VICTORIUS

Natus Faventia, hincq; à patria communiter dictus Faventinus. Fuit nepos Leonelli Victorii, Bono-

niæ Medicorum principis: & ipse Medicina Professor Bononiensis: Majorum nostrorum aeo nullus ferè Medicorum in Praxi tantam, quantam hic, sequelam habuit. Claruit circa A.C. 1540.

Empirica Medicina de curandis morbis totius corporis, & Febribus: cum exhortatione ad Medicum, recte sancteque medicari cupientem. Venetiis, apud Valgrisium, 1550, & 1554, in 8. Huic posteriori editioni Camilli Thomaji Methodus rationalis, & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, Liber accesserunt. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1598, & 1626, in 8. cum Dispensatorio Chymico. Et Lugduni apud Sebast. Honoratum, 1558, in 16.

Practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones, Tomi duo. Quorum primus agit de cura morborum capitilis; alter de cura morborum partium spirationi servientium. Venetiis, apud Valgrisium, 1562, in fol. Francof. apud Johan. Theobaldum Schönwetterum, 1628, in 8. per Petrum Uffenbachium emulata, & revisa.

Medicinalia Consilia ad varia morborum genera. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1551, in 4. Ibidem, apud Jordanum Zilettum, 1557, in 8. Huic secundæ Editioni accessere Ejusdem Authoris aliquot nova Consilia, nunc primum in lucem edita.

De Morbo Gallico, Liber. Basileæ, apud Johan. Bebelium, 1536, in 4.

cum aliis Authoribus de Morbi Gallici curat, exquisitissima. Florentia, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 8. Huic Editioni annexatur de Curatione Pleuritidis per sanguinis missionem, Liber, ad Hippocratis, & Galeni scopum; sed sine aliis Authoribus de Morbo Gallico. Ultimum, Tomo I. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 528, 1557.

Compendium de Dosibus Medicinalium. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus, &c. Patavii, apud Gratiostum Perchacium, 1550, in 8. Ib. apud Paulum Mazzettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Johan. Marechalum, 1584, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

Commentaria in Hippocratis Aphorismos. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1556, in 4.

In Hippocratis Prognostica, Compendiaria. Quibus accessit Theoricæ latitudinum Medicinae Liber, ad Galeni scopum in Arte medicinali, Florentiae, apud Laur. Torrentinum, 1551, in fol.

De Pleuritide, Liber, Venet. 1536, in 4.

BENEVENUTUS BORDONUS,

Patavinus

Disputatio: continens Theorematum Logica, Mathematica, Naturalia, & Medica. Patavii, 1563, in 4.

BENEVENUTUS GRAPHEUS,

de Jerusalem

Ars probata, de Oculorum affectibus. Venetiis, apud Octav. Scutum, 1497, in fol.

BENEVENUTUS GRASSUS
De Oculis, eorumque agitudo-
nibus, in 4.

OBENJAMIN à BROECK. HUYSEN

Oeconomia Corporis Animalis; sive, Cogitationes succinctæ de Mente, Corpore, & Utriusque Conjunctione: juxta Methodum Philosophiae Cartesianæ deductæ. Noviomagi, apud Regnerum Smecium, 1672, in 8. Amstelodami, apud Henricum Wetsteinum, 1683, in 4.

BENJAMIN MUSSAPHIA, *alias DIONYSIUS dictus*

Sacro-Medicæ Sententiae. Accessit Eiusdem de Auro potabili, Epistola: olim presso Auctoris nomine in lucem edita. Hamburgi, apud Jacobum Rebenlini, 1640, in 8.

OBENJAMIN SCHARFFIUS

Αρχειθολογία, seu, Juniperi Descriptio Curiosa. Ad normam & formam Sacri Romani Imperii Academizæ Naturæ Curiosorum elaborata, & variis medicamentis observatis referta. Jenæ, typis & sumptibus Gollnerianis, 1679, in 8.

Τοξικολογία, seu, Tractatus Physico-Medico-Chymicus, de Natura Venenorū in genere. In quo Venenorum vires & qualitates considerantur; ex Veterum ac Recentiorum opinione examinantur, & tandem ab occultis ad manifestas qualitates reducuntur. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ cùdem.

Observa-

- Observatio , de Vomitu Sanguinis Quotidiano Gravidæ innoxio, Extat Ephemen Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 6.
de Vermibus Uteri. Ibid. Ann. eod. N. 7.
de Opio in Phthisi sinistrè exhibito. Ibid. Ann. eod. N. 103.
de Lactis copiosâ quidem & diuturnâ , è mammis mulieris Gravidæ, at innoxia effluxione. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 99.
de Aquæ ex Utero prægnantis duorum ante partum mensibus quotidiano quidem , at innoxio effluxu. Ibid. Ann. eod. N. 100.
de Mensum per Os exeuntium curatione. Ibid. Ann. eod. N. 101.
de Monstro à constrictione. Ibid. Ann. eod. N. 102.
de Asthmate Paralytico siccō curato. Ibid. Ann. eod. N. 103.
de Febre quotidiana Ureticâ sputatoriâ. Ibid. Ann. eod. N. 104.

BERNHARDINUS BALDINUS

○ Natus in Italia A. C. 1515 : in Gymnasio Papienti Medicinam , & post Mediolani Mathesin publicè docuit, ibidemq. obiit A. C. 1600 , etatis sue 85.

Problemata excerpta ex Commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1567, in 8.

BERNHARDINUS CAJUS, *Venetus*

De Alimentis, quæ cuique naturæ convenient , Liber. In quo etiam de Voluptatis naturâ : de Sapore : de Frigidæ potionē : de viribus Salnitri ad refrigerandum : de Auro potabili: ac de Oðitemetri parti , cumulatissimè disputatur. Venetiis , apud Evangel. Deuchinum . 1608, in 4. apud Societat. 1610, in 4.

○ Bernhardini Paterni Explanations in primam Fen primi Canonis Avicennæ in lucem edidit. Venetiis , apud Franciscum de Francis- cij, 1596, in 4.

De Sanguinis effusione, Disputatio. Ibidem , apud Eundem , 1607, in 4.

Disputatio , de Vesicantium usū. Ibidem , apud Eundem , 1606, in 4.

○ BERNHARDINUS CHRISTI- NUS à JUVELLINA,

Cyrneus

Institutiones Medicæ , & Regulæ, Consultationes & Observaciones. Quibus accesserunt Centuriæ quinque Curationum Morborum : Tratatus de Lue, seu, Morbo Venereo: de Febre Pestilentiali : cum brevi Romæ Contagiī Narratione : & Astrologicus ad Medicinam perti- nens. Præmittuntur Arcana Lazari Riverii ab Eodem Authore primū edita Venetiis, apud Bartholomæum Tramontinum , 1676 , in 4.

BERNHARDINUS CRIPPA

Peripatetica vita conservatio. Romæ , 1592, in 4.

BERNHARDINUS DONATUS

Galeni Libr. de dignoscendis, currandisque Animi morbis, interpretatus est.

BERNHARDINUS GOMESIUS
MIEDE

Αλογεφίζ, sive, Diaſcepſeon de Sale, Libri quatuor. Quorum primus est de Sale Physico, seu, Philosophico: II, Medico, seu Empirico: III, Geniali, sive locolo: IV, Myst co. Nunc denuorevifi, & in certa quædam capita distincta, ab Autore locis plus sexaginta aucti, cum Appendicibus. Valentiz, apud Petrum Huetz, 1579, in 4. Per Petrum Uffenbachium, *Francof. Urfellis* apud Johann. Bernerum, 1605, in 8.

BERNHARDINUS de LANDRIANO

Additiones in Practicam Johannis Petri de Ferrariis, Papiensis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol.

BERNHARDINUS MONTANA,

de Monferrat, Medicus Regius

De Hominis Anatomia. Vallesolleti, 1551, in fol.

BERNHARDINUS PATERNUS,
Salonenſis

○ Natus Salodii, Patre & ipso Medico: adepto in Veneto Collegio Philosophia & Medicina Doctoris titulo, primum in Pisana, deinde Montis Regalis, denique in Ticinensi, & postremo in Padavina Universitate Medicinam publice docuit: in eo munere, licet à Stephano Bathoreo, Polonia Rege, expeteretur, obiit, Padavienio gravis, A. C. 1592.

De humorum purgatione circa morborum initia tentanda. Et Ejusdem Tractatus, quod Coena prandio liberalior, etiam in catarro, ex antiquorum Medicorum decretis, esse debet. Romæ, apud Dörlicos fratres, 1547, in 8. Spiræ, apud Bernhardum Albinum, 1581, in 8.

Consilium de Balneis Aquensibus, apud aquas Statiellorum, quod una cum Viris clariss. Julio Delphino, & Johan. Cellanovâ, illustrissimo Viro Ferdinando Gonzagæ de Luto edit. Extat pag. 303. Operis de Balneis.

Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ, à Bernhardino Cajo, *Veneto*, in lucem editæ. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1596, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Operे, quod Laurent. Schozzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Heredes, 1598, in fol.

BERNHARDINUS STAINER

Gerocomicon, sive, Diæticum regimen, de conservanda Senum sanitatem, & vita eorundem ad præfixum terminum (per praxin sex rerum non naturalium) productione. Edidit Johannes Neydecker. Wirzburgi, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

BERNHARDINUS TAURISANUS

Medicationes in Thériacam, & Mithridaticam Antidotum, à Clariss. Med. Junio Paulo Crasso, Bernh. Tauri-

Taurisano, Marco Oddo, ex inclito Patavinorum Collegio ad id lectis, accuratissimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paulum & Anton. Mejetos, 1576, in 4.

BERNHARDINUS TELESIUS

De Rerum Natura, Lib. IX. Neapoli, 1587, in fol.

Quod Animal universum ab unica animæ substantia gubernetur. Venetiis, 1590, in 4.

De Usu Respirationis, Liber. Venetiis, 1590, in 4.

De Saporibus, Opusculum. Ibid. 1590, in 4.

BERNHARDINUS TOMITANUS

De Morbo Gallico, Libri duo. Extant Tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 58.

BERNHARDINUS TRIVISANUS

○ Natus Patavii A.C. 1506, Patre Marco Trivisano, Medico Celebri: adepto in patria Medicinæ Doctoris titulo, in eadem Professor per multos annos & Bernhardini Paterni Collega fuit. Obiit ibidem 1583, etatis sua 77.

De Chymicis, Opus Historicum & Dogmaticum, ex Gallico in Latinum simpliciter versum, & nunc primum in lucem editum. Extat cum Johan. Franc. Pici Libris tribus de Auro. Ursellis, apud Cornel. Sutorium, 1598, in 8. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

○ De Chymico miraculo, quod Lapidem Philosophiae appellant. Accessit Dionysii Zacharii, Galli,

Opusculum Philolophiæ naturalis Metallorum autoritatibus variis Principum hujus artis, Democriti, Gebri, Lullii, Villanovani, confirmatum & illustratum per Gerhardum Dorneum. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in 8. Ibidem, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. Extat etiam cum Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 748.

BERNHARDUS BELOW

Observatio de Præparandi salem Na-
sturtii aquatice modo. Ibid.
Ann. VI & VII. N. 21.

de Vermicularis herbæ viribus
& præcellentia. Ibid. Ann.
eod. N. 22.

de mira omnium membrorum
circumgyratione. Ibid. Ann.
eod. N. 23.

BERNHARDUS BERTRANDUS RHEGINUS

Galeni Libr. de Humoribus inter-
pretatus est, cum Annotationibus ad
marginem, & adjectâ ad finem Li-
bri Tabellâ, quæ totius Libri sum-
ma Capita complectitur.

BERNHARDUS CÆSIUS, Mutinensis

Mineralogia, sive, Naturalis Phi-
losophiæ Thesauri. In quibus metal-
licæ concretionis, medicatorumque
fossilium miracula, terrarum pre-
mium, colorum & pigmentorum ap-
paratus, concretorum succorum
virtus, lapidum atque gemmarum
dignitas, continentur. Lugduni,
apud

apud Jacobum & Petrum Prost,
1636, in fol.

◎ BERNHARDUS CANESIUS
Tabulam Smaragdinam primus
edidit.

BERNHARDUS CARANES

Adversus Valentinos, & alios no-
stris temporis Medicos, de Ratione
mittendi sanguinem, in Febris pu-
tridis, Lib. III. Barcinonæ, apud
Paulum Malum, 1592, in 8. Vene-
tia, 1595, in 8.

BERNHARDUS DESSENIUS
CRONENBURGIUS

◎ Natus Amstelrodami A.C. 1510 :
nacto in Italia Medicina Doctoris ti-
tulo, reversus in Hollandiam, Grönin-
ge, Friesorum per integrum noven-
nium Medicinam publicè professus est.
Inde Coloniam Agrippin. digressus, ibi-
dem Medicinam, liberati stipendio
conductus, fecit, & obiit Medicus &
Botanicus eximus A.C. 1574, atatis
sua 64.

Defensio Medicinæ veteris & ra-
tionalis, adversus Georgium Phæ-
dronem, & Sectas Paracelsi. Item,
Purgaarium Medicamentorum & Pi-
lularum in minore pondere, parti-
cularis divisio. Coloniæ, apud Gual-
therum Fabricium, 1573, in 4.

◎ De Compositione Medicamen-
torum, hodierno ævo apud Phar-
macopolas passim extantium: & quo
artificio eadem recte parari queant,
cum Simplicium, atque Aromatum
(quibus consistunt) expositionibus,
ac plororumque omnium delectu,
Libri decem. Non Medicis & Phar-

macopœis tantum, sed omnibus
insuper rerum cognoscendarum stu-
dioris utilissimi pariter ac necessa-
rii. Ubi singula ad ipsissimam veri-
tatem expenduntur, plurimi erro-
res aperiuntur, & controversiæ fre-
quentes conciliantur. Francof. apud
Hæredes Christophori Egenolph,
1555, in fol. Lugduni, apud Gut.
Rovillium, 1556, in 8.

De Peste, Commentarius verè au-
reus. In quo causæ, signa, præfigia,
cùm universalia, cùm particularia
Pestilentis Contagii dilucidè expli-
cantur. Deinde ejusdem præserva-
tio ac curatio summâ fide ita do-
centur, ut à nemine haçtenus, simili
ratione, & methodo, tradita ha-
beantur. Coloniæ, apud Gualthe-
rum Fabricium, 1564, in 4.

Epistola ad Andr. Matthiolum.
Extat Lib. II. Epist. Matth. pag. 235.

BERNHARDUS GORDONIUS

◎ Natus est in Gallia: Medicus &
Professor Academia Montispesulana
celeberrimus: postquam Medicinam
annos 20 docuisset, scribere demum
aggressus est suum Lilium Medicinæ.
Obiit circa A.C. 1305.

◎ Opus, Lilium Medicinæ in-
scriptum, de Morborum prope omni-
um curatione, septem particulis di-
stributum, unâ cum aliquot aliis ejus
Libellis: videlicet, de Indicationibus
curandorum morborum: de Victus
ratione, & Pharmacorum usu in
morbis acutis: de Prognosticis, Tra-
ctatus, quinque particulis distribu-
tus: de Urinis & Cautelis earum:
de

de Pulsibus. Accesserunt præterea Pharmacorum, quæ hodie in frequenti sunt Practicantium usu, aliquot schemata, omnibus Medicinam facere volentibus omnino necessaria, per Remaclum Fuchsii, *Limburgensem*. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1494, in fol. Parisiis, apud Ponatum le Preux, 1542, in 8. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1559, in 8.

De Urinis. Tractatus. Ferrariae, 1487, in fol.

De Conservatione Vitæ humanae, à die Nativitatis usque ad ultimam horam mortis, Tractatus, nunc demum editus operâ Joachimi Baudissi. Lipsiae, apud Johan. Rhambam, 1570, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1580, in 8. Adjectis de Phlebotomia, & Floribus Diætarum, Libris.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 208.

○ BERNHARDUS à KALLEN

Apologia pro Auri solutioне sine corrosivo. Francosurti, 1653, in 4.

BERNHARDUS LANGWEDE-

LIUS, *Hamburgensis*

Carolus Piso Enucleatus, sive, Observationes Medicæ Caroli Pisonis, certis conclusionibus Physico-Pathologicis comprehensæ, rationibus firmis illustratae, & in Epitome reductæ. Lugd. Batav. apud Elzevrios, 1639, in 12. Hamburgi, apud Zach. Hertelium 1639, in 8.

○ Hippocratis Defensio, contra quosecumque petulcos, ejusdem ob-

rectatores ac calumniatores suscepta. Lugd. Batav. apud Johann. Maire, 1647, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

○ Colloquium Romano-Hippocraticum inter Marforium & Pasquinum, Patrios Romanos. Ibid. apud eundem, 1648, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

Thesaurus Hippocraticus, sive, Aphorismi Hippocratis in Classes & certos titulos ordine dispositi, atque succinctis rationibus illustrati. Hamburgi, apud Zach. Hertelium 1639, in 12.

BERNHARDUS G. PENOTUS,
a Portu S. Maria Aquitanus
Tractatus, de Denario Medico, quo decem medicaminibus, omnibus morbis internis medendi, via docetur. Cui plures alii Tractatus additi sunt. Bernæ Helvetiorum, apud Johan. le Preux, 1607, in 4. 1608, in 8.

Quæstiones tres de Corporali Mercurio: An arte ex corporibus perfectis extractus, sive corpori commixtus, faciat ad generationem Lapidis Physici, sicut est quorundam firma opinio? Ad varias quæstiones Responsio. Quinquaginta septem Canonæ de Opere Physico, quibus Ars dilucidior fit. Vera Mercurii ex auro extractio, cum sua historia. Chrysorrhoas, sive, de arte Chemica, Dialogus, qui præclarissimas hujus artis actiones, rationi & naturalibus principiis consentaneas esse, demon-

strat; impostorum verò & sycophantarum somnia & nugas detegit. Extant hæc omnia Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

¶ Tractatus varii de vera præparatione & usu medicamentorum chymicorum. Francof. apud Pet. Fischerum, 1594, in 8. Ursellis, apud Jonam Rhodium, 1602, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. pag. 654. Basileæ, apud Lud. Regem, 1616, in 8.

¶ Continentur autem in his: Præfatio, in qua de dignitate nostræ Philosophiæ, & Animæ Rerum agitur. Tractatus primus de Mineralibus ac Metallis Philosophicis: & primum de Mercurio, ejusq; subtili præparatione ac virtute, quæ etiam est varia. De Sulphure Vitriolato ejusq; præparatione ac utilitate. De Sale communi ac Viribus ejus, variisq; præparationibus. De Brodio Salis communis. De Brodio Salis ex Olivi. De Muria acidâ. De Sale Armoniaco. De Sale nitro & Viribus ejus. De Sale peregrinorum. De Sale Vitrioli ac Viribus ejus. De Vera Spiritu Vitrioli præparatione, ejusq; administrationibus. De Antimonio ac Viribus ejus, diversisq; præparationibus ejus. De Oleo Talci, De Oleo Camphoræ. De Oleo Laterino. De Margaritis & ejus Essentiæ extractione. De Oleis quorundam Lapidum pretiosorum. De Coralliis & usu Tincturæ, ejusq; præparatione,

De Auro potabili & diaphoretico. De Argento & ejus Oleo. De Venere & ejus præparatione. De Marte & ejus præparatione. De Saturno ejusq; Oleo, & quid præstet? De Sanguine humano. Paracelsus de Podagra. Secundus Tractatus de Sale Nitro & ejus præparatione, & quomodo in diversis ægritudinibus administrari debeat. Item de viribus Auri potabilis, ejusq; physica præparatione. Panaceæ vegetabilis descriptio, quæ radicitus podagra tollitur, variisque morbi sanantur. De Mellis elixire. Item de viribus occulti spiritus, Epistola. Libellus de Spagyricorum quorundam medicamentorum dosibus & administratione. Itemque de Oleis quibusdam & eorum usu, plura que alia promiscua. De variis Tarttai præparationibus, ejusque administratione. De vera Hellebori nigri præparatione. Item Remedium contra Cancrum hactenus non vulgatum. Ultimè, quomodo omni tempore anni Hydromel parari possit, vino malvatico æquipollens? Quæstio, an Magia sit licita? Tractatus quartus & ultimus de quorundam herbarum Salibus, & eorum præparatione & variâ administratione.

¶ Tractatus hic quartus & ultimus separatim etiam extat, & excusus est Ursellis, apud Cornelium Sutorium, 1601, in 8. Extat etiam Volumine I. Theatri Chymici pag. 694. Apologia, in duas partes divisa, ad Josephi Michelii, Middelburgensis Medici Scriptum, quo Bernh. P. à Portu

Be

Portu, Aquitani, sententiam de Pseudo-temporistis, in Praefatione Dia-logi inter Naturam & Filium Philoso-phiae expositam turpi inficitia & ca-lumnia impudenti invertit. Cui se-quentia Opuscula adjecta sunt : De Physici Lapidis materia, & quibus signis dignoscatur. Item de multi-plici igne Lapidis. Francof. apud Johan. Rhodium, 1600, in 8.

BERNHARDUS SCULTEUS

Consulta eorum, quæ in curan-dis Morbis tacitè deprehendimus. Coloniæ Agrippinæ, 1651, in fol.

BERNHARDUS STIEBERUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4. De Calculis in humeris corporis diversis partibus, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicin. singul. Lib. IV posteriorib. Ulma Suevorum, 1618, in 4. Et Edit. Endter. Noriberg. in fol.

BERNHARDUS SVEVUS

Tractatus, de Inspectione vulne-rum lethalium & sanabilium præci-puarum partium corporis humani. Variis cum veterum, tum recentiorum Medicorum observationibus, exemplis, atque controversiis illus-tratus ; non minus Jurisconsultis, quam Medicis utilis, atque necessarius. Marpurgi, apud Casp. Chem-linum, 1629, in 8.

BERNHARDUS SWALBE,

Embdensis

D Disquisitio Therapeutica gene-

ralis, sive, Medendi Methodus, ad Re- centiorum dogmata adornata, & Walæanæ Methodo conformata. Amstelodami, apud Aegid. Janssonium Valckenier, 1657, in 12. Jenæ, typis Gollnerianis, 1677, in 12. quæ Editio emaculatior, & Indice Alpha-betico locupletior est.

Q Quærelæ & Opprobria Ven-triculi, sive, *Προσωπωδία*. Ejusdem Naturalia sua sibi vendicantis, & Abusus tam diæteticos, quam Phar-macevticos perstringentis. Amste-lodami, apud Johan. Janssonium à Waesberge, 1664, in 12. Ibidem, 1677, in 12.

Q Alcali & Acidum, sive, Naturæ & Artis Instrumenta pugilicæ, per Neo-Chymicum & Palæphatum hinc inde ventilata, & Praxi Medicæ su-perstructæ præmissa. Ibidem, apud Eundem, 1667, in 12. Ibidem, 1670, in 12. Jenæ, 1677, in 12.

Q Pancreas Pancrene, sive, Pan-creatæ & Succi ex eo profluentis Commentum succinctum. Ibidem, apud Johan. Janssonium a Waes-berge, 1678, in 12.

Q BERNHARDUS VERZASCHA

Q Lazari Riverii Medicina Practi-ca in succinctum Compendium re-dacta. Basileæ, apud Jacob. Weren-felsium, 1663, in 8.

Centuria Prima Observationum Medicarum. Cui accesserunt Cele-berrimorum Virorum Consilia & Epistolæ, Basileæ, apud Johan. Jacob. Deckerum, & Amstelodami, apud Henric. Wetsteinum, 1677, in 8.

BERNHARDIUS UNGER,
Germanus

Apologetica Epistola pro Defensione Arabum composita. Extat cum Annotatiunculis Seb. Montui in Errata recentium Medicorum, &c. Lugduni, apud Bened. Bounyon, 1533, in 8.

BERSANUS BENEXIA

Præfatio ad Johan. Argenterii Commentarios ad Artem Medicinalem Galeni, qui excusi sunt in Monte regali, apud Torrentinum, 1559, in fol.

BERYTIUS BONONICASIS

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in *F. w n o n a m*, seu de re rustica selectorum Lib. XX. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brasiliæ operâ in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8. Collectorum totius sere Medicinae. Lugduni, 1518.

BLASIUS ASTARIUS

Papiensis, Medicus expertissimus, adeo, ut maxima semper hominum frequentia ad eum confluueret. Vixit circa A.C. 1508. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic.

¶ De Curandis Febribus, Tractatus, ab Aben Haly super Primam Quarti traditus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1532. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. Extat etiam cum Marci Gatinariae de Cu-

ris Ægritudinum particularium Libro: item cum Blasii Cæsaris Landulphi Libro de Curis Febrium. Vid. Gatinaria & Landulph. Basileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol. Extat etiam cum Clem. Clementini Luebrationibus. Lugduni, 1506, in 4.

Germ. Ann. VI. & VII. N. 74.

CHRISTOPHORUS LO- VE MORLEY

De Morbo Epidemico, tam hujus,
quam superioris anni, id est, 1678,
& 1679, Narratio. Cui accessit Lu-
cæ Schachii de eodem Morbo ad
Auctorem Epistolica Narratio sanè
quam doctissima. Londini, apud Jo-
hannem Gay, 1680, in 8.

CHRISTOPHORUS MER- RETTUS

Pinax Rerum Naturalium Britan-
nicarum, continens Vegetabilia, A-
nimalia & Fossilia, in hac Insula re-
perta. Londini, apud Cave Pulley, 1667, in 8.

Observationes & Notæ in Antonii
Neri Libros septem de Arte Vitraria,
in quibus omne gemmarum artifi-
cialium, encastorum, & lacearum,
artificium explicatur. Extant cum
Eiusdem Antonii Neri de Arte Vitrar-
ia Libris septem. Amstelodami,
apud Andream Frisium, 1668, in 12.

CHRISTOPHORUS MEU- RERUS

Natus Lipsia A. C. 1558, Patre
Wolfgango Meurero, Med. Doctore
& Professore. Adepto 1582 in Patria
Philosophie Magistri titulo, vix ses-
quianno elapo, eadem in Academia
Mathematica Professor constitutus
est. Anno 1592. demum Medicina
Doctor Lipsia creatus, ibidem Medi-
cinam facere, simulq. Xenodochiorum
Medicus 1594 fieri caput. Obiit in
Patria 1616, atatis sua 58.

De Anatomia, Oratio, Lipsiæ,
apud Lanzenberg, 1596, in 4.

Disputatio, de Phthisi, seu, Ta-
be, Lipsiæ, apud Joh. Beyerum,
1592, in 4.

CHRISTOPHORUS NUN- NEZ, Optensis

De Coctione & Putredine, Opus
In quo commentantur tria priora
Capita Aristot. ex Meteor. Lib. iv.
Matrii, apud Mich. Serrango de
Vargas, 1613, in 4.

CHRISTOPHORUS ORO- SCIUS

Hispanus, Medicus doctissimus, in
Gymnasio Salmanticensi. Floruit A.
C. 1496. Wolfgang. Justus Chronol.
Medic.

Annotationes in Interpretes Aetii
Med. praeclarissimi. Basileæ, apud
Rub. Winter, 1540, in 4.

Annotationes in Interpretes Pauli
Æginetæ. Venetiis, apud Luc. An-
ton. Juntam, 1536, in fol.

CHRISTOPHORUS PECE- LIUS, Plauensis

Oratio, de Generatione Hominis.
Wittebergæ, 1565, in 8.

CHRISTOPHORUS PEREZ de HERRERA, Matritensis

Compendium totius Medicinae,
in tres Libros divisum, ex Veterum
& Neotericorum monumentis ac-
curatissime elaboratum. Matrii,
apud Ludov. Janetium, 1614, in 4.

Clypeus Puerorum, seu, de eo-
rum Sanitate tuenda. Pintæ, 1640,
in 8.

CHRI-

CHRISTOPHORUS PEUTINGERUS, *Augustanus*

Practica Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

CHRISTOPHORUS PI-
THOPOEUS

Epistolæ quædam Medicæ Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 112, & seqq.

CHRISTOPHORUS PLAN-
TINUS

Icones Stirpium, seu, Plantarum tam exoticarum, quam indigenarum, in gratiam rei herbariæ studioforum in duas partes digestæ. Cum septem Linguarum Indicibus, addi-versarum nationum usum. Antwerpæ, apud Christ. Plantinum, 1581, in 4. & Joan. Moretum, 1591, in 4.

CHRISTOPHORUS PRE-
BISIUS

Fabrica Corporis humani, in gratiam nonnullorum Literarissimorum Juvenum, octo Disputationibus, in alma Academia Lipsiensi, comprehensa. Lipsiæ, apud Hæredes Schüleri, 1621, in 4.

CHRISTOPHORUS ROES-
LERUS

Observationes selectiores collectæ & Scholiis illustratæ à Gottofredo Christian. Wincklero. Extant cum

Miscellan. Curios. sive, Ephemer. Medico-Phyficar. German. Anno Tertio. Francofurti & Lipsiæ, apud Hæred. Schureri - Götzianos & Johan. Fritzschium, 1673, in 4.

Observationum selectiorum Semicenturia. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 301.

CHRISTOPHORUS RUM-
BAUM, *Uratislaviensis*

Exercitationes quædam, de Corporis humani Partibus. Quibus Generatio, Substantia, Usus, Sanitas, Morbus, & Curatio illorum, exponitur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1586, in 8.

CHRISTOPHORUS SCHEI-
NERUS, *Mundelheinenensis*, è
Soc. Jesu

Oculus, hoc est, Fundamentum Opticum. In quo ex accurata Oculi anatomie, abstrusarum experientiarum sedulâ per vestigatione, ex invisib. specierum invisibilium, tam everso, quam erecto situ, spectaculis, nec non solidis rationum momentis, radius visualis eruitur, sua Visioni fides decernitur, anguli visorii ingenium aperitur, &c. Oeniponti, apud Danielem Agricolam, 1619, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHEL-
HAMMERUS, *Hambur-*
gensis

○ Natus Hamburg. Saxon. A.C. 1620: Basilea Doctor Medicina 1643 creatus, & eodem adhuc anno Jenam vocatus, in numerum Medicina Pro-

fessorum Publ. caoptatus est. Vinaria tandem, quod Amicos visitandigratiā abierat, obiit A. C. 1651, etatis sua 31.

Dissertationum, de Humani Corporis Humoribus, biga. Jenæ, apud Christ. Laurentium Kempf. 1652, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHILLINGUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laur. Scholz us edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 109, & seqq.

CHRISTOPHORUS SELIGER.

Observatio, de singulare Prægnantium Imaginatione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VII. N. 55.

de Febre Pemphigode, seu, Bullosâ. Ibid. Ann. eod. N. 56.

de Gonorrhæa virulentâ, cum Excrecentiis. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 136.

de Vomitū infeliciter coercito.

Ibid. Ann. eod. N. 137.

de Epilepsia ex decocti hyoscia mi fomentatione. Ibid. Ann. eod. N. 138.

de Tragoedia notabili ex comesta Cucurbitâ. Ib. Ann. eod. N. 139.

de Variis symptomatibus ex injectis per incantationem materialibus. Ibid. Ann. eod. N. 140.

de Utero loco foetus incaute-

extracto. Ibid. Ann. eod. N. 141.

CHRISTOPHORUS STATHMIO, Coburgensis

De Tertiana Febri, Astrologica Experientia, & contra Manardum Defensio Considerationis Astrologiæ in medicatione. Wittebergæ, apud Hæredes Georg. Rhaw, 1546, in 8.

CHRISTOPHORUS THEOPHILUS SCHEURL

Discursus Medico - Chirurgicus, de Arteriotomia. Norimbergæ, apud Wolfgang. Eberhardum Felseckerum, 1666, in 12.

CHRISTOPHORUS à VEGA

Complutensis Academia Professor, Caroli V. Medicus à Cubiculo. Obiit A. C. 1556, Renat. Moreau de V.S. in Pleurit.

Opera, nunc recens in unum Volumen congesta, Auctorisque postremâ manu aucta & purgata. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1576, 1586. in fol. Annotationibus illustrata, operâ Ludovici Serrani, Lugdunensis. Ibidem, apud Anton. Chard. 1626, in fol.

Sunt autem:

De Arte Medendi, Liber. Commentaria in Galeni Lib. de Differ. Febrium.

Commentarius, de Urinis.

Commentaria in Librum Aphorismorum Hippocratis.

Pro-

Prognosticorum Hippocratis è Græco in Latinum Versio, cum Expositionibus ac Annotationibus in Galeni Commentaria.

Ex his seorsim extant:

De Arte Medendi Liber, qui universam Artem Medicam justâ Tractatione continet. Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1565, in fol.

Commentaria in Galenum de Februm Differentiis. Compluti, 1552, in 8. In Hippocr. Prognostica. Salmanticæ, 1552, in fol. Lugduni, 1551, in 8. & Aphorismos. Lugduni, 1568, in 8. Taurini, 1569, in 8. Lugd. apud Rouillium, 1570, in 8.

Commentaria in Librum Aphorismorum Hippocratis. Antigolæ, 1563, in 8. Lugduni, apud Clementem Baudin, 1568, & 1570, in 8. Venetiis, 1571, in 8.

De Uritis. Compluti, 1554, in 8.

De Curatione Caruncularum. Salmanticæ, 1552. Compluti, 1553.

CHRISTOPHORUS ZIEGLERUS, *Regiomontanus*

De Epilepsia, Disputatio. Extat Decade 11. Disput. quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1619, in 4.

CIRIGIUS de GOME DI

Prognosticon Medicinale in annum 1642. Brixiae, 1642, in 12.

CLAUDIUS AELIANUS

De Animalium natura Libri xvi. Petro Gillio, Gallo, & Conrado Ges-

nero, *Helvetio*, interpretibus. Græco-Latinè. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in fol. Genevæ, apud Jacobum Stoer, 1616; in 12. Latinè. Quos ex veteri exemplari Græco Petrus Gillius vertit. Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8. Coloniæ Allobr. 1616, in 12.

**CLAUDIUS ALBERIUS,
*Triumcurianus***

De Concordia Medicorum, Disputatio exoterica. Genevæ, apud Johan. le Preux, 1585, in 8.

CLAUDIUS ANCANTKЕRUS

Pfelli Nomenclatorem Gemmarum edidit primus, ex Græco.

CL AUDIUS BADUEL-LUS

Oratio, de Laudibus Artis Medicæ. Extat cum reliquis ejus Operibus. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1544, in fol.

○ CL AUDIUS BONNETIUS

Epitome Universam Dan. Senneriti Doctrinam summâ fide complectens, ex triplici Volumine in unum congestam; ad usum commodiorem, cum Philosophorum, tum Medicorum, qui Catholicam & Apostolicam fidem in veritate profitentur, ac proinde omnia diligenter curâ & examine purgata ab illis, quæ orthodoxæ fideli puritati viva sunt adversari potissimum in Tractatu de Anima rationali, aliisq; nonnullis, ab omni Hæreticæ pravitatis errore & suspicione liberis.

liberis. Adjectis quibusdam non vulgaribus Notatiunculis in Praxianim adversis per asteriscum designatis. Cum duplii Indice , altero Librorum & Capitum : altero Vocab & Sententiarum, locupletissimo. Avenion. 1655, in fol. Coloniæ Allobrogum, apud Philippum Gamonetum, 1655, in fol.

CLAUDIUS BOUCARDUS

De Methodo Johannis Griffonii in aperienda interiore Vomica, Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. 1. Basileæ , apud Ludov. Regem , 1606, in 8. pag. 110.

CLAUDIUS BURGENSIS

Apologia in Ludovicum Arrabbenum pro D. Jacobo Sylvio, optimo jure ocreato. Extat cum Operibus Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jac. Choyet. 1630, in fol.

CLAUDIUS CAMPENSIUS

Hippocratis Aphorismorum nova Interpretatio. Ejusdem in Aphorismos Annotationes, quibus illustrantur evidenter Galeni errata. His deinde annexæ sunt Animadversiones , simul cum Apologia in Galenum: itemque Naturales Animadversiones in Aristotelem. Lugduni, apud Claudi. Ravot, 1579, in 8.

CLAUDIUS CHAPUIS

De inseliciissimo successu Cauterii

potentialis brachio applicati. Item de gravissimo Tumore Brachii ex Cancro Mammillæ progenito , Observatio. Extat cum Guit. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. 1. v. Openheimi , apud Johan. Theod. de Bry , 1619 , in 4. pag. 167. Francof. 1646, in fol.

CLAUDIUS de la COUR VEE

Ostentum de Ferramentis Dorfi. Parisiis, 1648 , in 8.

De Nutritione Foetus in Utero, Paradoxa. Dantisci. apud Georg. Forsterum, 1655, in 4.

CLAUDIUS DARIOTTUS, Pomarcensis

De Morbis: & Diebus Criticis , ex astrorum motu cognoscendis , Fragmentum. Lugduni, apud Mauricum Roy , 1557, in 4. cum Autoris ad Astrorum Judicia facilis Introductio-ne.

De Præparatione Medicamentorum , Liber. Lugduni, apud Carol. Pesnot , 1582, in 8.

CLAUDIUS DEODATUS, Gebvveyensis

Pantheum Hygiasticum Hippocratico - Hermeticum , de Hominis vita ad centum & viginti annos salubriter producenda, Libris tribus distinctum , &c. Buntruti, apud Ludov. König , 1629 , in 4.

De vero & legitimo aquæ cordialis concinnandi modo , & utendi ratione , Libellus. In quo præter ingredientium examen, nonnulla quo- que

que scitu digna, atque jucunda, ex uberrimo Spagyriæ fonte deducta, proponuntur. Patavii, apud Lauren-
tium Pasquatum, 1603, in 8. Hano-
vix, 1652, in 12.

De admirabili admodum & horri-
fica Mania, Observatio. Extat cum
Guil. Fabr. Hildani Observ. Cent. IV.
Oppenheimi, apud Johan. Theod. de
Bry, 1619, in 4. pag. 21. Francof,
1646, in fol.

De admirando Dentium dolore, &
gravissimis inde consequutis sympto-
matibus, Observatio. Extat ibidem,
pag. 50.

De admirabili quodam Affectu
Uterino, Observatio. Extat ibidem,
pag. 126.

Utrum Hydrargyri Inunctio Ar-
thriticis conveniat? Epistola. Extat
ibidem, pag. 190.

De Dysenteria, & usu Aquæ cha-
lybeatæ in dysentericis, Epistolæ
tres. Extant Cent. I. Epist. Guil.
Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud
Johan. Theod. de Bry, 1616, in 4.
pag. 286, & seqq.

De leproso male examinato, Epi-
stola. Extat ibidem, pag. 302.

De admiranda & observatione di-
gnissimâ cujusdam Vulnerati Histo-
ria, Epistola. Extat Cent. VI. Ob-
serv. Chirurg. Hildani, Francof. apud
Matthæum Merianum, 1627, in 4.
pag. 239.

CLAUDIUS DURE- TUS

Historiæ Admirabiles de Plantis
Herbisq; Mirabilibus & Miraculosis
per Naturam. Parisiis, in 8.

CLAUDIUS FABER

De Peste curandâ, Liber. Parisiis,
apud Nicolaum Chesneau, 1568,
in 8.

Paraphrasis in Cl. Galeni Librum,
cui titulus: Prognostica de Decubitu
Infirmorum, ex Mathematica sci-
entia. Lugduni, apud Theobaldum Pa-
ganum, 1550, in 8.

CLAUDIUS GALenus

Pergamenus, Medicorum post Hippo-
cratem facile Princeps, Filius Ni-
conis, qui Græca Lingua erat peritis-
simus. Vixit post Hippocratem an-
nis subinde sexcentis A.C. 140. Ipse
partim Empiricus, partim rationa-
lis, emicuit sub Trajano: Floruit sub
M. Antonio, Philosopho, Commodo, &
Ælio Pertinaci Athenis, Alexandria
& Romæ. Praeceptores ejus fuere Sa-
tyrus, Feccianus, & Pelops. Medicina
aggressus est A. ætatis 17. Ceter-
rum in aliis disciplinis Philosophicis
excellentissimus. Wolfgang. Justus in
Chronol. Medicorum.

O Galenus de Ossibus Græcè &
Latinè. Accedunt Vesalii, Sylvii,
Heneri, Eustachii, ad Galeni do-
ctrinam Exercitationes. Ex Biblio-
theca Johannis van Horne. Lugdu-
ni-Batavorum, apud Danielem van
det Boxe, 1665, in 12.

Opera, quæ extant, omnia, singu-
lari studio, summaque diligentia
Johan. Baptista Rasarli, emendata,
novo ordine, cuius redditio est ratio,
disposita, Librorum nuper invento-
rum accessione aucta, & magnâ ex
parte in Latinam Linguam conversa.

Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1562, in fol. Idem Libri nuper inventi, ac à Joh. Bapt. Rasario Lattinate donati, separatim. Cæsar-augustæ, 1576, in 4. Græcè. Venetiis, apud Aldum & Andream Asulanum, 1525, in fol. V. voll. Basileæ, apud Cratandrum, Hervagium, & Bebelium, 1538, in fol. V. Tomis. Latinè. Ex variorum interpretatione, ut ostendemus in Catalogo Librorum singulorum. Lugduni, apud Sim. Colinæum, 1536, in fol. Hæc editio, ut prima, valde mutila est. Venetiis, apud Joh. Farreum, 1542, in 8. Basileæ, apud Frobenium, 1541, 1549, 1562, in fol. In postremam hanc editionem præfatus est Conradus Gesnerus, & de Galeni Vita, ejusque Libris & interpretibus elegantissima ac doctissima prolegomena præmisit. Lugduni, apud Johannem Frellonium, 1554, in fol. Longè hæc omnium pulcherrima est & nitidissima. Venetiis, apud Juntas. Editio prima prodiit 1541, altera 1550, tertia 1556, quarta 1563, quinta 1570, sexta 1576, septima 1586, octava 1600, nona 1609, & 1625; omnes in fol. E quibus ut elegantissima est octava, ita completissima omnium etiam præcedentium, nona. Græcè & Latinè conjunctim Hippocratis & Galeni Universa, quæ extant, Opera Renatus Charterius, *Vindocinensis*, plurima interpretatus, universa emendavit, instauravit, notavit, auxit, secundum distinetas Medicinæ Partes, in tredecim Tomos digessit ediditque. Lutetiae

Parisiorum, 1639, in fol. XIII. Voll. quorum singulo quæ continantur vide sis ad Hippocratem.

Sunt autem Operum.

GALENI

juxta nonam, & ultimam Funtarum Editionem Tomi octo:
quorum

- i. Prolegomena compleætitur, & Libros Isagogicos.
- ii. Physiologica, & Classem primam.
- iii. Ygieina, & Ætiologica: seu, Classem secundam, & tertiam.
- iv. Semeiotica, & Classem quartam.
- v. Pharmaceutica, & Instrumenta Medica: seu, Classem quintam, & sextam.
- vi. Therapeutica, & Classem septimam.
- vii. Aphoristica, & Notha: seu, Libros extra ordinem Classem, spurious, & Fragmenta.
- viii. Antonii Musæ Brasavoli Indicem refertissimum in omnes Galeni Libros.

Continentur verò

PROLEGOMENIS:

Fabii Paulini Epistola ad Venetorum Medicorum Collegium.
Eiusdem Epistola ad Græcarum Literarum & Galeni Studiosos.
Johannis Costæi Epistola ad Ulysssem Aldrovandum.
Hier. Mercurialis ad Lucam Antonium Juntam Epistola, in qua de Ordine Librorum Galeni.

Galeni

CL

Galeni Vita nunc recognita , & aliquot adnotacionibus auæta.

Index Librorum omnium Galeni , qui in omnibus Voluminibus continentur.

Omnium Galeni Operum Synopsis , quæ breviter compleætitur quidquid in unoquoque Libro , & in ejusdem Libri singulis Capitibus continetur , quod ad propositæ rei argumentum spectet. Lucii Scariani Phil. ac Med. operâ , & labore nunc denuo confecta.

ISAGOGICIS LIBRIS:

Qui , cùm in totam Artem Medicam introducunt , in principio totius Operis sunt locati : ut prius in ipsis Tyrones exerceantur , quam ad difficultiora Artis accedant.

Tò isayay yndr.

Galeni Paraphrasæ Menodoti Filii Suasoria ad Artes Oratio , Ludovico Bellisario , Mutinensi , interprete . pag. 1. seorsim Græcè , adjectâ versione Latinâ D. Erasmi Rot. Parisis , apud Christianum Wechelum , 1541 , in 4. apud Feder. Morellum , 1583 , in 4. à Federio Jamotio , Bethuniensi Medico cognita , & Annotationibus illustrata. Accedit & seorsim Paraphrasis ipsa Græcè multis in locis hac Editione castigata.

Siquis Optimus Medicus est , eundem esse Philosophum , Ludovico Bellisario , Mutinensi , interprete p. 6. seorsim Græcè , cum versione Latina D. Erasmi Rot. Parisis , apud

Christianum Wechelum , 1541 , in 4.

De Sophismatis in verbo contingentibus , Horatio Limano interprete . pag. 7.

Galeo adscriptus Liber , quod Qualitates incorporeæ sunt. Horatio Limano interprete . p. 8. y.

Galeni de Libris propriis Liber , à Johanne Fichardo , Francofordiano , alias Latinitate donatus , nunc verò ad Græci Exemplaris fidem emendatior multis in locis ab Augustino Gadaldino redditus . pag. 10. y.

De ordine Librorum suorum , Liber ad Eugenianum , à Johanne Fichardo , Francofordiano , olim Latinitate donatus , postea verò ad Græci Exemplaris fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendatus . pag. 13.

De Sectis , ad eos , qui introducuntur , Horatio Limano interprete. Denuo emendatus . p. 15. y.

De Optima Sectâ , Liber ad Thrasibulum , Junio Paulo Crasso , Patavino , interprete . p. 19. y.

De Optimo docendi genere Liber , Erasmo Roterodamo interprete . pag. 30. Seorsim Græcè , & Latinè separatim . Parisis , apud Christ. Wechelum , 1541 , in 4.

De Subfiguratione Empirica , incerto interprete . pag. 31.

Fragmentum quoddam exiguum , ac mendosum Gal. adscriptum , Græcè adhuc non impressum , ex eis fortasse Libris superstes , quos ipse ad Empiricos spectantes conscriperat :

pferat : cuius titulus est : Sermo aduersus Empiricos Medicos, Augustino Gadaldino, Mutinensi, interprete. pag. 35.

De Constitutione Artis Medicæ ad Patrophilum, Victore Trincavellio interprete. pag. 36.

Galen adscriptæ Finitiones Medicæ, Bartholomæo Sylviano, Salonenſi, interprete. pag. 43.

Galen adscripta Introductio, seu, Medicus. Johannes Guintherius Andernacus Latinum fecit : recognovit Bartholomæus Sylvanius; nuper autem cum Græco exemplari est collatus. p. 50. v.

Quomodo Morbum simulantes sint deprehendendi? Libellus, Joh. Fichardo, Francofordiano, interprete, ad Græci exemplaris fidem recognitus. pag. 61.

Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete. Ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino aliquibus in locis emendata. Seorsim Græcæ, Antverpiæ, apud Johan. Loëum, 1549, in 8, Latine, Venetiis, apud Franc. Bolzettam, 1606, in 24. Argentorati, apud Antonium Bertramum, 1586, in 8, Helmstedii, apud Jacobum Lüciūm, 1587, in 8.

Seorsim prodierunt Ejusdem de Constitutione Artis Medicæ. Item, de Partibus Artis Medicæ. Item, Introductio, seu, Medicus. Item, Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete. Lugduni, 1552, in 12.

CLASSE PRIMA:

Naturam Corporis humani. hoc est, Elementa, Temperaturas, Humores, Structura Habitudinisque modos, Partium Anatomas, Uſus, Facultates, Seminis denique, Factumque, Tractationes, completere.

Tò Φυσιολογίαν.

Galen de Elementis ex Hippocratis sententia, Lib. duo, Victore Trincavellio interprete. pag. 2, 8. v. Seorsim Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1548, in 16. Adiectus est in calce Hippocratis Liber de Elementis, unā cum Commentario in Eundem Jacobi Sylvii Medici. Ibidem, 1550, in 12.

De Temperamentis, Libri tres, Thoma Linacro interprete. Rursus adhuc diligentius recogniti, pag. 10, 15 v. 21 v. Seorsim editi sunt Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1523, in fol. Accedit Ejusdem de inæquali intemperie, Liber eodem interprete, cum Commentariis Jacobi Sylvii, Lugd. 1549, in 12.

In librum Hippocratis de Natura humana, Commentarius primus, Victore Trincavellio interprete. pag. 25 v. Seorsim Johanne Guintherio Andernaco interprete. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1553, in 16. Accesserunt Jacobi Sylvii Scholia locupletiora.

De Atra Bile Libellus, Barthol. Sylviano, Salonenſi, interprete, pag. 34.

De optima nostri corporis Constitutione,

tione, Liber, Ferdinando Balamio, *Sicula*, interprete. Ad Græcorum Exemplarium fidem castigatus pag. 37. v. Seorsim Johanne Lalantio interprete. Lugduni, 1578, in 8.

De Bona Habitudine, Ferdinando Balamio, *Sicula*, interprete, pag. 39.

De Ossibus ad Tyrone, Liber. Ferdinando Balamio, *Sicula*, interprete. Ad fidem Codicis Græci ab Augustino Gadaldino emendatus, pag. 39. v. Seorsim Ferdinando Balamio interprete. Lugduni, 1549, in 12. Item Salom. Alberto interprete, 1579, in 8.

De Musculorum Dissectione ad Tyrone, Augustino Gadaldino interprete, pag. 44.

De Nervorum Dissectione ad Tyrone, Liber integer, Augustino Gadaldino, *Mutinensi*, interprete. Liber hie in Græcis Exemplaribus impressis corruptus ac mutilus legitur, pag. 53.

De Venarum Arteriarumque Dissectione ad Tyrone, Liber, ab Antonio Fortolo, *Foferienſi*, Latinitate donatus. Post Andreæ Vesalii, *Bruxellensis*, castigationem, plerisque in locis ad antiquioris Exemplaris Græci fidem nuperime ab Augustino Gadaldino emendatus, pag. 55. v.

An Sanguis in Arteriis naturâ continetur? Julio Martiano Rotâ interprete: ex ultima interpretis recognitione, pag. 60. Seorsim Victore

Trincavellio interprete. Lugduni, 1550, in 12.

De Anatomicis Administrationibus, Libri novem. A Johanne Andernaco Latinitate donati. Et, post diligentissimas Andreæ Vesalii, *Bruxellensis*, & aliorum quoque Castigationes, pluribus in locis emendati. pag. 63, 68 v. 72, 79 v. 84 v. 89, 94, 99, 103 v. Seorsim Johanne Andernaco interprete. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1551, in 16.

De Instrumento odoratus, Ludovico Bellisario, *Mutinensi*, interprete. pag. 109.

De Usu Partium corporis humani, Lib. xvii. Nicolao Regino, *Calabro*, interprete. Denuo ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati. pag. 113, 120. v. 127 v. 135 v. 142, 147 v. 157, 164 v. 171, 177 v. 184 v. 192 v. 198 v. 204, 210, 214, 221.

De Utilitate Respirationis, Liber unus. Quodam Excellentे Viro interprete. pag. 223. v.

De Causis Respirationis, Liber unus. Quodam excellentе Viro interprete. pag. 226. v.

De Pulsuum Usu, Thomâ Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 227.

De Hippocratis & Platonis Decretis, Libri novem. In quorum primo quædam in principio desiderantur, Johanne Bernhardo Feliciano interprete: Ab Alexandro Justiniano, *Chio*, ad vetustorum Exemplarium Græcorum fidem accuratissimè castigati. pag. 231.

234, 241, 248, 254, 260 y. 267 y.
273, 279. Seorsim Basileæ, apud
Paulum Mirallietum, 1550, in 16.
Lugduni eodem anno, parique for-
mâ.

De Naturalibus Facultatibus, Libri
tres, Thomâ Linacro, *Anglo*, in-
terprete. pag. 289, 296 y. 302.
Seorsim eodem interprete. Ac-
cesserunt Jacobi Sylvii Scholia &
Epitome, de Naturalium Faculta-
tum Substantia. Lugduni, 1548,
1550, in 12.

De Motu Musculorum, Libri duo.
Nicolao Leoniceno interprete. p.
308. y. 313.

Quod Animi vires corporis tempe-
raturas sequantur, Junio Paulo
Crasso, *Patav.* interprete. pag.
317.

De Foetus formatione Liber. Johanne
Bernhardo Feliciano interprete.
pag. 322.

Liber, in quo inquirit, an omnes par-
ticulæ animalis, quod foetatur, fi-
ant simul? Nicolao Regino, *Cal-
abro*, interprete. pag. 326.

Galenus Liber falso adscriptus: An a-
nimal sit id, quod in utero est,
Horatio Limano interprete. pag.
326 y.

Galenus de Semine, Libri duò: Joha-
ne Bernhardo Feliciano interprete.
p. 328 y. 335 y. Seorsim Joh. Guin-
therio Andernaco interprete. Pa-
risis, apud Simonem Colinæum,
1533, in 8. Adiectæ sunt ad cal-
cem, Græci Exemplaris Castiga-
tiones aliquot.

De Septimestri Partu, Johan. Bern-

hardo Feliciano interprete. pag.
340 y.

CLASSE SECUNDA:

Materiam Sanitatis conservatricem
tradente: qua circa Aërem, Cibum &
Potum, Somnum & Vigiliam, Me-
tum & Quietem, Inanitionem &
Repletionem, Animi denig.
affectus versatur.

Tò Typhov.

Galenus in Hippocratem, de Aëre, A.
quis, & Locis, Commentarius pri-
mus, Moysé Alatino, Med. Heb-
ræo, interprete, Præmissâ Hujus-
dem Præfatione. pag. 1.

In Hippocratem, de Aëre, Aquis,
& Locis, Commentarius secun-
dus, Eodem interprete. p. 3 y.

In Hipp. de Aëre, Aquis, & Locis,
Commentarius tertius, Eodem
interprete. pag. 5 y.

De Alimentorum Facultatibus, Libri
tres, Martino Gregorio inter-
prete, Ab Augustino Gadaldino
plerisque in locis emendati. pag.
7, 16, 25 y. Martino Gregorio
interprete seorsim extat. Lugdu-
ni, apud Gul. Rouillium, 1547,
in 16.

De Succorum Bonitate, & Vitio, à
Julio Alexandrino, *Tridentino*,
olim translatus, & nunc ab eo-
dem diligenter recognitus. pag.
33. y. In Latinum autem conver-
sus à Sebastiano Scrofa, multis-
que in locis castigatus & explica-
tus. Lugduni, apud Paulum Mi-
rallietum, 1547, in 16. Huic ad-
scripta sunt non paenitenda, in
marg.

margine, Scholia: brevisque, de Cibo & Potu, ex Fuchsio assumpta Disputatio, in Libri calce, adjecta.

In Librum Hippocratis de Salubri Diæta, Commentarius, Hermanno Crusero, *Campensi*, interprete. pag. 39^y.

De Attenuante Viætus ratione, Liber unus, Martino Gregorio interprete. pag. 43^y. Seorsim editus Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1547, & Philibert. Rollatum & Barthol. Frænum, 1549, in 16.

De Ptisana, Liber, ex antiquissimi Græci exemplaris fide, ab Hier. Donzellino, *Veronensi*, in Latinum versus, ac ad pristinam integritatem restitutus: cùm prius in Græcis etiam Codicibus multis haberetur. pag. 46^y. Seorsim Joanne Lalamantio interprete, Lugduni, 1578, in 8.

De Parvæ Pilæ Exercitio, Valeriano Centanno, *Vicentino*, interprete. pag. 48^y.

De Dignoscendis curandisque Animi Morbis, (quos perturbationes Latini appellant) libellus, Bernhardino Donato, *Veronensi*, interprete, nunc diligenter recognitus. pag. 50.

De Cujusque Animi peccatorum cognitione, atque Medela, Libellus. Quem olim Junius Paulus Crassus, *Patav.* interpretatus, & denuo accuratissimè recognovit. pag. 56.

De Consuetudinibus, Liber, ab Au-

gustino Gadaldino è Græco ad verbum ferè Latinè expressus. pag. 59^y.

De Sanitate tuenda, Libri sex, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. Post diligentissimam Hier. Donzellini recognitionem, ab Augustino Gadaldino aliquot in locis, veterum Exemplarium Græcorum ope, emendati. pag 62, 69, 76, 82, 90, 95. Seorsim Thomâ Linacro interprete. Parisiis, apud Claud. Chevallonium, 1538, in 8. Lugduni, 1548, in 12.

Ars tuendæ sanitatis, num ad Medicinalem Artem spectet, an ad Exercitatoriam? Liber ad Thrasybulum. Junio Paulo Crasso, *Patavino*, interprete. pag. 101^y.

CL SSE TERTIA:

Morborum, ac Symptomatum differentias omnes, & causas, & tempora explicante.

Tò Airiologynôv.

Galen', de Differentiis Morborum, Liber, Nicolao Leoniceno interprete. Ab Augustino Gadaldino recognitus. pag. 2. Seorsim Græcè. Antverpiæ, apud Joh. Loëum, 1550, in 8.

De Causis Morborum, Liber unus, Nicol. Leoniceno interprete. pag. 6. Seorsim Græcè. Antverpiæ, apud Joh. Loëum, 1550, in 8.

De Symptomatum Differentiis, Liber unus, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 10. Seorsim Græcè.

- ce. Antverpiæ, apud Johan. Loë. um, 1550, in 8.
- De Symptomatum causis, Libri tres, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 15, 19 v. 24 v. Seorsim Græcè. Antverpiæ apud Johan. Loëum, 1550, in 8. Omnes hi sex Libri junctim prodierunt Guilielmo Copo interprete. Lugduni, 1550, in 12.
- De Differentiis Febrium, Libri duo, Nicolao Leoniceno, *Vicentino*, interprete. Advetustorum Exemplarium Græcorum fidem diligenter emendati ab Augustino Gadaldino, *Mutiensi*. pag. 20 v. 36. Seorsim Laurentio Laurentiano, *Florentino*, interprete, accurate per Simonem Thomam recogniti, & ex fide Græci Exemplaris penè alii facti. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1548, 1550, in 16. Cum Hectoris Gibalti Commentariis. Ibid. 1561, in 12. & Operis Veneti de Febribus pag. 7. lit. B.
- De Inæquali Intemperie, Liber, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 43. Seorsim editus Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1523, in fol. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1549, in 16. Cum Isagoge in eosdem Libros, & Scholiis marginalibus longè doctissimis, per Jacobum Sylvium, Johanne Lalamanco interprete. Lugduni, 1578, in 8.
- De Marcore, Liber, Augustino Gadaldino, *Mutinensi*, interprete. pag. 45.
- De Comate ex Hippocratis sententia, Libellus, ab Augustino Gadaldino translatus, & multis in locis emendatus, pag. 48 v.
- De Tremore, Palpitatione, Convulsione, & Rigore, Liber, Johan. Guintherio Andernaco interprete. Ab Augustino Gadaldino ad Græcorum Exemplarium fidem emendatus. pag. 51.
- De Difficultate Respirationis, Libri tres, Jano Cornario interprete, Ab Augustino Gadaldino accuratiū emendati. pag. 56 v. 63, 69.
- Liber de Plenitudine, Victore Trincavellio interprete. pag. 76. Johan. Guintherio Andernaco interprete. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1528, in fol. 1531, in 8. Johanne Lalamanco interprete, Lugduni, 1578, in 8.
- De Tumoribus præter naturam, Liber, Horatio Limano interprete. pag. 82 v. Seorsim Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1626, in 4.
- De Morborum Temporibus, Liber unus, Johanne Guintherio Andernaco interprete. pag. 85.
- De Totius Morbi Temporibus, Liber, Johanne Guintherio Andernaco interprete. pag. 88.
- De Typis, Liber, ab Augustino Gadaldino, antiquorum Exemplarium, & translationis veteris ope, Latinitate donatus, pag. 90.
- Liber contra eos, qui de Typis scripsierunt, Victore Trincavellio interprete, nunc summâ curâ diligenter recognitus, pag. 91 v.
- Liber,

Liber, de Causis proctarcticis, Nicolao Regino, Calabro, interprete, pag. 95.

In primum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum, Commentarii tres, Hermanno Crusero interprete, ab Augustino Gadaldino pluribus in locis emendati. p. 100
v. 107. v. 117.

In Librum tertium Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarii tres, Hermanno Crusero, Campanisi, interprete, ab Augustino Gadaldino ad antiquissimorum Exemplarium Græcorum fidem diligentissimè emendati, pag. 127, 134 v. 140 v.

In sextum Hippocratis de Morbis popularibus Librum, Explanations, à Junio Crasso, Patavino, in lingnam Latinam versæ; denuo rursum ab Eodem recognitæ. pag. 152, 160 v. 169 v. 179, 187 v. 194 v. In hosce tres Libros Commentarii leorsim prodierunt, Johanne Vassæo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

In secundum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum, Commentarius secundus. Novissimè repertus, & ab Excellentiss. Johanne Baptista Rasario è Græco in Latinum sermonem translatus. p. 198. Seorsim à Joh. Sozomeno Græcè & Latinè editus. Venetiis, apud Rubie Miettum, 1617, in 8.

In secundum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum Commentarius tertius, pag. 204 v. Seorsim, Jo-

hanne Sozomeno interprete. Venetiis, 1617, in 8.

Reliquum sexti Commentarii in sextum de Morbis vulgaribus Librum, quod in impressis antehac non extabat, nuper in lucem prolatum, Johanne Baptista Rasario interprete, pag. 212 v.

In sextum Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarius septimus, Johanne Baptista Rasario interprete, pag. 215.

In sextum Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarius octavus, Johanne Baptista Rasario interprete, pag. 220.

In Librum Hippocratis de Humoribus, Commentarii tres, nuper in lucem editi, & Latinitate donati à Johanne Baptista Rasario. p. 225
v. 242, 254.

CLASSE QUARTA:

*Signa, quibus tum dignoscere morbos,
locos affectos, tum præscire futura possimus, do-*
cente.

Tò enpasiwlinov.

Galen de Locis affectis Libri sex, Guilielmo Copo, Basiliensi, interprete, ab Augustino Gadaldino pluribus locis emendati, exhibitis etiam vetustissimis Codicib⁹ Græcis, summâ curâ hinc inde conquisis, p. 2, 8, 14, 21 v. 28 v. 36. Seorsim Guil. Copo interprete. Lugd. apud Guil. Rouillium, 1527, in 12. 1547. 1549, in 16. Singulare diligentia recogniti, breve que, atque eadem dilucidâ exposi-

- tione marginali non vulgariter illustrati.
- D**e Pulsibus, Libellus ad Tyrones, Hermanno Crusero, *Campensi*, interprete. Hic Liber una cum aliis, qui de Pulsibus tractant, pluribus locis ab Augustino Gadaldino nunc denuo est castigatus, exhibitis etiam emendatissimis codicibus Græcis manuscriptis. pag. 43.
- D**e Pulsuum Differentiis, Libri quatuor, Hermanno Crusero, *Campensi*, interprete. pag. 46 v. 53, 59, 64.
- D**e Dignoscendis Pulsibus, Libri quatuor, Hermano Crusero, *Campensi*, interprete. pag. 70, 75, 79 v. 82 v.
- D**e Causis Pulsuum, Libri quatuor, Hermanno Crusero, *Campensi*, interprete. pag. 86 v. 91, 95, 99 v.
- D**e Prælagitione ex Pulsibus, Libri quatuor, Hermanno Crusero, *Campensi*, interprete. pag. 104, 109 v. 114 v. 119 v.
- S**ynopsis Librorum suorum sexdecim de Pulsibus, Augustino Gadaldino interprete. p. & cxxiii.
- A**scriptus Liber de Urinis, Josepho Struthio, *Polono*, interprete. Maximâ diligentia restitutus Codicis Græci fide. pag. 123.
- D**e Crisibus, Libri tres, Nicolao Leoniceño interprete. Denuo etiam ab Augustino Gadaldino ad optimorum Exemplarium Græcorum veritatem multis in locis emendati. pag. 125 v. 133 v. 139. Seorsim Nic. Leoniceño interprete. Lugd. 1558, in 12.
- D**e Diebus Decretoriis, Libri tres, Johanne Guintherio Andernaco interprete, ab Augustino Gadaldino accuratè emendati. pag. 145, 151 v. 156 v. Seorsim eodem Guintherio interprete. Lugduni, 1553, in 12.
- I**n primum Prorrhætici Librum Hippocrati attributum Commentarii tres, Johanne Vassæo, *Meldensi*, interprete. Plurimis locis ad veterum Codicum Græcorum fidem ab Augustino Gadaldino nunc rursum emendati. p. 160 v. 168 v. 178. Prognostica Hippocratis, cum Commentariis Galeni, Laurentio Laurentiano, *Florentino*, interprete. Ad veterum Exemplarium fidem recognita. pag. 189, 197, v. 206. Seorsim Parisiis, apud Carolum Guillard. 1543, in 8. Johanne Gorraeo interprete. Lugduni, 1552, in 12.
- E**x Galeni Libris de Dignotione ex Insomniis. Augustino Gadaldino interprete. pag. 223.
- D**e Præcognitione Liber ad Posthumum. Jul. Martiano Rotâ interprete. pag. 223 v.

CLASSE QUINTA:

Eam Medicina Partem, quæ ad Pharmaciam spectat, exponente: Simplicium Medicamentorum, Substitutorum, Purgantium, Antidotorum, Componendorum tam per locos, quam per genera Medicamentorum, Ponderum denique, ac Mensurarum doctrinam comprehendente.

Tè Φαρμακούληνόν.

Galeni de Simplicium Medicamento-
rum Facultatibus, Libri undecim,
Theodorico Gerardo Gaudano
interprete. Denuo ab Augu-
stino Gadaldino multis in locis e-
mendati. p. 2, 9 v. 16 v. 24, 31 v.
39, 49, 56 v. 64, 71 v. 77 v. Seor-
sim Theod. Ger. Gaudano inter-
prete. Lugduni 1547, in 12. apud
Guil. Rouillium, 1561, in 16. E-
mendatores facti, locis compluri-
bus suo nitori restitutis, ex Græci
exemplaris collatione.

De Substitutis Medicinis, Liber, Ju-
lio Martiano Rotâ interprete. pag.
84.

De Purgantium Medicamentorum
Facultate, Julio Martiano Rotâ
interprete. pag. 86.

Quos purgare conveniat, quibus Me-
dicamentis, & quo tempore, Li-
ber, Julio Martiano Rotâ interpre-
ta. p. 88. Seorsim cum Commen-
tariis Sebastiani Coquillati, Lug-
duni, 1553, in 12.

Hieronymi Mercurialis, *Forolivien-
sis*, Judicium de Libro Theriaces
ad Pisonem, pag. 89.

De Theriaca ad Pisonem, Julio Mart.
Rotâ interprete. p. 89 v.

De Usu Theriacæ ad Pamphilianum,
Julio Martiano Rotâ interprete.
pag. 97.

De Antidotis, Libri duo, Julio Mar-
tiano Rotâ Interprete. pag. 99 v.
100.

De Compositione Medicamentorum
localium, sive, secundum locos,
Libri decem, à Jano Cornatio

Med. jam in Latinum sermonem
conversi, ac denuo post Nicolai
Macchelli, *Mutinensis*, emenda-
tionem, plurimis in locis ad vete-
rum Græcorum Codicum amissim
castigati. pag. 121, 131 v. 140 v.
149, 158 v. 166 v. 177, 187, 197,
205 v. Seorsim Jano Cornario
interprete. Lugduni, 1549, in 12.

De Compositione Medicamentorum
per genera, Libri septem, Johanne
Andernaco interprete. Adve-
tustissimorum Græcorum Codic-
um fidem diligenter alias ab Au-
gustino Gadaldino recogniti, &
nunc etiam ab Eodem aliquibus in
locis emendati. pag. 209 v. 218,
228, 235 v. 245 v. 254 v. 263.
Seorsim, Johanne Andernaco in-
terprete, & ad antiquissimorum
Græcorum Exemplarium fidem
castigati, Capitibusque distincti,
ac Argumentis & Annotationibus
illustrati. Lugduni, apud Guil.
Rouillium, 1552, in 16. Basilez,
1537, in fol.

Falsò adscriptus Liber de Pondéri-
bus, & Mensuris, Augustino Ga-
daldino, *Mutinensi*, interprete.
pag. 275.

CLASSE SEXTA:
De Cucurbitulis; Scarificationibus;
Hirudinibus, & Phlebotomia,
principio Artis remedio,
tradente.

Opyava eis κλιστήν.
Galeni de Hirudinibus, Revulsione;
Cucurbitulā, Cutis Concisione,
sive,

sive, Scarificatione, Ferdinando Balamio, *Sicula*, interprete. p. 2.
De Venæsectione adversus Erasistratum, Liber, Josepho Tectandro, *Cracovienſi*, interprete. Denū ab Augustino Gadaldino ad Græcorum Exemplarium fidem emendatus, pag. 7.

De Venæsectione adversus Erasistratos, qui Romæ degebant, Liber, Josepho Tectandro, *Cracovienſi*, interprete. Ab Augustino Gadaldino, ad vetustissimorum Exemplarium Græcorum fidem diligenter curâ emendatus, p. 9.

De Curandi ratione per Sanguinis Missionem, Liber, Theodorico Gaudano interprete. Denū ad Græcorum Exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino diligenter recognitus, pag. 15. Seorsim cum Comment. Leonhardi Fuchsii, Lugduni 1550, in 12.

CLASSE SEPTIMA:

Carativam methodū tum diffusè, tum breviter descriptam, Victus rationem in morbis acutis, singulorum morborum facile paranda remedia, Privatam quorundam morborum curationem, Chirurgia constitutionem, Fracturarum, ac Luxationum sanationem, Fasciarum denique, & Languorum, & Machinamento, rum Traclatum continente.

T.º Θεοφίλιον.

Galeni Methodi Medendi, id est, de Morbis curandis, Libri quatuordecim, Thoma Linacro, Anglo,

interprete, Denū ad Græcorum Codicum fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendati, p. 2, 9, 16, 23, 29. 36. 43, 49. 55. 61, 67. 74. 78, 80, 86. Seorsim Thoma Linacro interprete, Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1547, in 16. Accesserunt huic Editioni ad cuiuscunque varietatis Exemplarium fidem collatæ & restitutæ, peritissimorum quorundam Medicorum industria, nova quædam Partitio Librorum in sua Capita, item & Annotationes complures in margine: cum interpretatione Græcorum nominum, quæ in toto Opere extant. Ex his VIII, IX, X, XI, & XII, qui de Febris curandis agunt, exhibentur Operis Veneti de Febribus. p. 20. lit. D 2.

De Arte Curativa ad Glauconem Libri duo, Nicolao Leoniceno interprete. Ab Augustino Gadaldino recogniti, pag. 94, 100. Horum primus seorsim extat Operis Veneti de Febribus. pag. 34. ambo Martino Akakia interprete, Lugduni, 1551, in 12.

In Librum Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis, Commentarii quatuor, Johanne Vassio, Meldenſi, interprete, ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati, pag. 108, 116, 125, 134. Seorsim Parisiis, apud Jacobum Bogardum, 1543, in 8. De Diæta Hippocratis in Morbis acutis, Augustino Gadaldino interprete. p. 149.

De Re-

De Remediis paratu facilibus , ab Huberto Barlando Latino sermoni traditus , nunc denuo accuratissimè castigatus , & ab omni labo purgatus.p. 153. Seorsim, Antverpiæ , apud Joh. Stelsmanum , 1533, in 8.

Ascriptus Liber de Medicinis facile parabilibus ad Solonem Medicorum principem . Junio Paulo Crasso , *Patavino*, interprete pag. 161.

Liber tertius de Medicamentis , quæ ad manum sunt , Gal. adscriptus , Junio Paulo Crasso , *Patavino*, interprete. pag. 170.

Documentum de Pueri Epileptico , Nicolao Leoniceno Thomeo , *Patavino*, interprete. p. 178. Seorsim Venetiis , 1533.

In Librum de Natura Humana Commentarii secundus , Victore Trinacavellio interprete. p. 180.

De Oculis à Demetrio translatus , nuper à variis mendis expurgatus. pag. 186.

Ascriptus Liber de Renum Affectuum Dignotione , & Medicatione , Christophoro Heylio , *Wysbadensi* , interprete. Seorsim Moguntiæ , apud Joh. Schœffer , 1530, in 8. Nunc primum ad Græcorum Codicum fidem accuratissimè recognitus. pag. 195.

In Hippocratem de Officina Medici Commentarii tres ! Vido Vidio , *Florentino*, interprete. pag. 197 , 205, 214.

In Hippocratem de Fracturis , Commentariorum Libri tres , Vido

Vidio , *Florentino*, interprete. Ab Eodem denuo multis locis ex vetustis manuscriptis Græcis Exemplaribus castigati. pag. 223, 231 v. 242.

In Hippocratem de Articulis , Commentariorum libri quatuor , Vide Vidio , *Florentino*, interprete. pag. 251, 262, 268 v. 283.

De Fasciis , Vido Vidio , *Florentino*, interprete. pag. 293.

De Laqueis ex Heracle , Vido Vidio , *Florentino*, interprete. pag. 306 v.

Oribasius ex Heliodoro de Machinamentis , Vido Vidio , *Florentino*, interprete. pag. 309.

EXTRA ORDINEM CLASSIUM LIBRIS:

In quibus breves rerum determinatio-
nates traduntur ; quarum perceptio
Superiorum librorum Lectionem
requirit.

Tò à Φαεσινόν.

Galenii in Aphorismos Hippocratis Commentarii septem , quos à Nicolao Leoniceno translatos Jul. Martianus Rota , & Augustinus Gadaldinus è compluribus Græcis Codicibus illustraverunt. Aliquot etiam locis nuperrimè ab Augustino Gadaldino expurgatis. p. 2, 11, 19 v. 27, 37, 45 v. 54. Seorsim per Guilielmum Plantium Cenomanum Latinitate donati, ejusdemque Annotationibus illustrati. Lugduni , apud Guil. Rouillium , 1554, in 16. & ab Adriano Toll. Lugd. Bat. noviter repurgati.

gati. Lugduni Batav. apud Johan. Maire, 1636, in 12.

Adversas Lycum, quod nihil in eo Aphorismo Hippocrates peccet, eius initium: Qui crescunt, plurimum habent caloris innati, Julio Alexandrino, Tridentino, interprete. Ex postrema recognitione interpretis ad veterum Exemplarium Græcorum fidem. pag. 61 v.

Contraea, quæ à Juliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt, Julio Alexandrino, Tridentino, interprete. Ex postrema interpretationis recognitione ad veterum Exemplarium Græcorum fidem. pag. 66.

Linguarum, hoc est, Obsoletarum Hippocratis Vocabulorum Explanatio, Mariâ Nizolio, Bruxellensi, interprete. Hunc Librum Augustinus Gadaldinus ex plurimis Græcorum Codicis collatione, pluribus in locis nuperrime emendavit, pag. 71.

SPURIIS GALENO ADSCRIP- TIS LIBRIS:

Qui variam Artis Medicae farraginem ex variis Autoribus excerptam continentem, optimo, quo fieri potuit, ordine sunt dispositi, & in unum corpus redacti.

To 169a.

De Historia Philosophica, Julio Martiano Rotâ interprete. p. 2.

Liber, cui titulus: Prognostica de decubitu ex Mathematica scien-
tia, Jacobo Antonio Mariscotto,

Florentino, interprete. Expressa autem ferè sunt Græca verba Latinis verbis, ne qua forte fiat sensus permutatio aut ambiguitas. Atque ex collatione vetustorum exemplarum multa loca castigata, & restituta. pag. 12. Seorsim Lugduni, apud Theobaldum Paragnum, 1550, in 8. cum Paraphasi Claudii Fabri.

De Partibus Artis Medicæ. p. 16.

De Dynamidiis. p. 18. v. 19.

De Spermate. p. 36.

De Incantatione, Adjuratione, & Sulpensione. p. 41.

De Natura, & ordine cujuslibet corporis. p. 42.

De Anatomia parva. p. 43 v.

De Anatomia Vivorum. p. 44 v.

De Anatomia Oculorum, Nicolao Rhegino, Calabro, interprete. pag. 58.

De Compagine Membrorum; sive, **de Natura humana**. pag. 59.

De Virtutibus nostrum corpus dispensantibus. p. 61.

De Voce, & Anhelitu. p. 61 v.

De Utilitate Respirationis. p. 63.

Compendium Pulsuum. p. 66.

De Motibus manifestis & obscuris, quem Johannitus de Græca lingua in Arabicam transtulit: Marcus autem Toletanus de Arabicâ in Latinam. pag. 67.

De Dissolutione continuâ. p. 72.

Ex Galeno, & aliis præstantissimis Medicis de Aquis, Capita sex Ori-
battii, Augustino Gadaldino, Mu-
tinensi, interprete. p. 76. v.

De Vi-

De Vinis ex Galeno . Caput sextum
Libri quinti Collectionum Medi-
cinalium Oribasi ad Julianum
Imperatorem , Augustino Gadal-
dino , Mutinensi , interprete . pag .

79.
Præsagium experientiæ confirmatū ,
Georgio Vallā , Placentino , inter-
prete . pag . 81 .

De Urinæ Significatione ex Hippo-
crate , Georgio Vallā , Placentino ,
interprete . pag . 83 .

De Simplicibus Medicaminibus ad
Paternianum . pag . 84 .

De Virtute Centaureæ . pag . 97 . y.
Excat apud Practicam Seraphonis .
1527 , in 4 .

De Catharticis . p . 99 .

De Gynæceis , id est , Passionibus Mu-
lierum , Nicolao Rhegino , Calabro ,
interprete pag . 100 y .

Secretorum ad Monteum , Liber .
pag . 101 y .

De Medicinis expertis , cui titulus
est : Medicinalis Experimentatio .
pag . 108 . y .

De Melancholia ex Galeno , Ruffo .
& Posidonio , Caput nonum Libri
sexti Aëtii , Julio Martiano Rotā
interprete . pag . 114 .

De Cura Idteri . pag . 115 . y .

De Cura Lapidis . pag . 116 y .

Quæsita in Hippocratem . p . 118 .

De Humoribus , Augustino Gadal-
dino interprete . pag . 118 y . Seor-
sim Græco - Latine , interprete
Bernhardo Bertrando Rhegino .
Argentorati , apud Samuelem
Emmelium , 1558 , in 8 . Huic ab

codem interprete insertæ sunt in-
ipso margine , utiles Annotatio-
nes : atque ad finem Libri adjecta
est Tabella , quæ totius Libri
summa capita complectitur .

De Plantis . Et est de Medicinis oc-
cultis , quas noluit propalare , nec
consignare in Libris suis aliis : quæ
sunt experimentatæ , & probatæ ,
per D. Grumerum , Judicem de
Placentia , & per Magistrum
Abraham . Med . de Arabico in
Latinum Marsiliæ translatus . pag .
120 .

De Clysteribus , & Colica . Ab Hu-
main , id est , Johannitio è Græca
in Arabicam , & inde à Kalonymo
in Hebræam Linguam translatus .
pag . 123 . Seorsim Lugduni ,
apud Franc . Raphelengium , 1591 .
in 8 .

Operum quorundam , quæ aliquo
mutilata ad nos pervenere .

FRAGMENTIS :

*Ad varias Medicina partes attinen-
tibus , quæ proxima tantum , an-
te hanc editiones evulga-
verant .*

Hippocratis Coi Liber de Alimento
pag . 3 .

Galenii in Hippocratis Librum de
Alimento , Commentarii qua-
tuor , Johanne Baptista Rasario ,
Novariensi , interprete . pag . 4 . 5 . 6
. 17 y .

Fragmentum Comm . in 11 . Lib . Epi-
dem . Hippocratis , Hieronymo

- Mercuriali interprete, pag. 21 v.
 Integer Commentarius nunquam
 antea vel Græcè, vel Latinè edi-
 tus. nunc Latinè redditus à Joha-
 ne Zozomeno. Venetiis, 1617,
 in 8.
- Brevis denotatio Dogmatum Hip-
 pocr. ex Sermone xcix. Johannis
 Stobæi pag. 22 v.
- Fragmentum ex quatuor Commen-
 tariis, quos ipse inscripsit: De iis,
 quæ Medicè dicta sunt in Platonis
 Timæo, Augustino Gadaldino,
Mutinensi, interprete. p. 23.
- De Motu Thoracis & Pulmonis, Frag-
 mentum. p. 27 v.
- Vocalium Instrumentorum diffe-
 rentia, Augustino Gadaldino, *Mu-*
tinensi, interprete. pag. 28.
- De Substantia Facultatum naturalium
- Fragmentum, Bartholomæo Sylvanio, *Salonensi*, interprete. p. 30.
- Sermo adversus Empiricos Medicos,
 Augustino Gadaldino, *Mutinensi*,
 interprete. pag. 31 v.
- Fragmenta ex Aphorismis Rabimo-
 fisis collecta. pag. 33.
- Fragmenta ex Razis Lib. Continent
 collecta. pag. 38 v.
- Ex Athenæo primo Deipnosoph. pag.
 41.
- Ex Libro Nemesii, de Anima, cap. ii.
 & xx. pag. 42.
- Ex Themistio in Paraphrasi quarti de
 Naturali auscult. &c. p. 42 v.
- Ex Simplicio in quartum de Naturali
 Auscult. Aristot. Comment. xiv,
 &c. pag. 43.
- Ex Averroë Libro Priorum Aristote-
 lis primo, cap. viii. pag. 44.

INDEX ALPHABETICUS

Librorum omnium Galeni, qui in hisce Vo-
 luminibus continentur.

Juxta Ejusdem nonæ Juntarum Editionis dispositionem.

- Aversus Lycum, Quod nihil in eo
 Aphorismo Hippocrates peccet,
 cuius initium: Qui crescunt, plu-
 rimum habent caloris innati,
 Tom. 7. ext. Ord. fol. 62.
- de Alimentorum Facultatibus, Libri
 tres. Tom. 3, Class. 11, fol. 7.
- de Alimento, Hippocratis Liber.
 Tom. 7, int. Fragm. fol. 3.
- de Anatomicis Administrationibus,
 Libri ix. Tom. 2, Class. 1, fol. 63.
- de Anatomia Oculorum, Liber.
 Tom. 7, int. Spur. fol. 58.
- de Anatomia Parva, Liber. Tom. 7,
 int. Supr. fol. 44.
- de Anatomia Vivorum, Liber. Tom. 7,
 int. Spur. fol. 45.
- an Animal sit id, quod in utero est?
 Liber. Tom. 2, Class. 1, fol. 327.
- de Antidotis, Libri duo. Tom. 5,
 Class. v, fol. 100.
- de Aquis Variorum varia. Tom. 7,
 int. Spur. fol. 77.

Ars Medicinalis, Tom. 1, int. Isag.
fol. 62.

Ars tuendæ sanitatis, ad Thrasy-
bulum. Tom. 3, Class. 11. fol.
102.

de Arte curativa ad Glauconem,
Libri duo. Tom. 6, Class. viii, fol.
94.

de Atra Bile, Libellus. Tom. 2, Class. 1,
fol. 34.

de Attenuante Victus ratione, Liber.
Tom. 3, Class. 11, fol. 44.

B.

de Bona habitudine, Liber. Tom. 2,
Class. 1, fol. 39.

de Bonitate Aquæ, Libellus. Tom. 7,
int. Spur. fol. 75.

C.

de Catharticis, Liber. Tom. 7, int.
Spur. fol. 99.

de Causis Morborum, Liber. Tom. 3,
Class. 111, fol. 6.

de Causis Procatarecticis, Liber. Tom.
3, Class. 111, fol. 95.

de Causis Pulsuum, Libri iv. Tom. 4,
Class. iv, fol. 87.

de Causis Respirationis, Liber. Tom.
2, Class. 1, fol. 227.

de Clysteribus, & Colica, Liber. Tom.
7, int. Spur. fol. 123.

de Colico dolore, Libellus. Tom. 7,
int. Spur. fol. 125.

de Comate, ex Hippocratis senten-
tia, Libellus. Tom. 3, Class. 111,
fol. 49.

de Compagine Membrorum, sive, de
Natura humana. Tom. 7, int. Spur.
fol. 59.

Compendium Pulsuum. Tom. 7,
int. Spur. fol. 66.

de Compositione Medicamentorum
localium, Libri x. Tom. 5, Class. x,
fol. 121.

de Compositione Medicamentorum
per genera, Libri vii. Tom. 5,
Class. v, fol. 210.

de Constitutione Artis Medicæ, Liber.
Tom. 1, int. Isag. fol. 36.

de Consuetudinibus, Liber. Tom. 3,
Class. 11, fol. 60.

Contra ea, quæ à Juliano in Hip-
pocratis Aphorismos dicta sunt.
Tom. 7, ext. Ord. fol. 66.

Contra eos, qui de Typis scripe-
runt, Liber. Tom. 3, Class. 111,
fol. 92.

de Crisibus, Libri tres. Tom. 4 Class.
iv, fol. 126.

de Cujusque Attimi peccatorum co-
gnitione, & medela, Libellus.
Tom. 3, Class. 11, fol. 56.

de Cura lœteri, Liber. Tom. 7, int.
Spur. fol. 116.

de Cura Lapidis, Liber. Tom. 7, int.
Spur. fol. 117.

de Curandi ratione per Sanguinis
missionem, Liber. Tom. 5, Class.
vi, fol. 16.

de Cucurbitulis, Scarificatione, Hi-
rudinibus, Derivatione, & Revul-
sione. Tom. 5, Class. vi, fol. 3.

D.

Denotatio brevis Dogmatum Hip-
pocratis ex Sermone xcix. Jo-
hannis Stobæi. Tom. 7, int. Spur.
fol. 23.

de Diæta Hippocratis in morbis
acutis, Liber. Tom. 6, Class. viii,
fol. 149.

de Diebus Decretoriis , Libri tres.

Tom. 4, Clas. iv, fol. 145.

de Differentiis Febrium , Libriduo.

Tom. 3, Clas. 111, fol. 31.

de Differentiis Morborum , Liber.

Tom. 3, Clas. 111, fol. 2.

de Difficultate Respirationis , Libri

tres. Tom. 3, Clas. III, fol. 67.

de Dignoscendis curandisque animi

Morbis, Libellus. Tom. 3, Clas.

11, fol. 50.

de Dignoscendis Pulsibus , Liber.

Tom. 4, Clas. iv, fol. 70.

de Dignotione ex Insomniis, Libellus.

Tom. 4, Clas. iv, fol. 213.

plantarum, ac gemmarum, tianum et Gabrielem Cramoisy.
tractatus triplex. Nunc pri- 1647. in 8°.
mum ex Arabicō idioma
et latinitate donatus ab —

HADRIANUS



HADRIANUS à MYN- SICHT

¶ Thesaurus Medico-Chymicus, hoc est, selectissimorum, contra quos-vis morbos Pharmacorum conficien-dorum secretissima ratio; propriâ la-borum experientiâ, multipli ci & felicissimâ praxi confirmata, & nunc una cum remediorum virtute, usu, & dosi, doctrinæ & sapientiæ Filiis fideliter revelata & communicata. Cui in fine adjunctum est Testamen-tum Hadrianeum, de Aureo Philoso-phorum Lapide. Hamburgi, apud Frobenium, 1631, in 4. Lubecæ, ap. Henr. Schernwebelium, 1638, 1646, in 4. Lugduni, apud Joh. Ant. Huguetan, 1645, in 8. Rothomagi, 1651, in 8. Lubecæ, 1662, in 4. Lugduni, 1664, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Francofurti, apud Balthasar. Christophorum Wultium, 1675, in 8.

HALY ABBAS, vel, HALY

Filius Abbas, Discipulus Abymeher Moysi. Vir doctissimus & elegantissi-mus inter Arabes Medicos, & inter Antiquos Philosophantes enumera-tus. Galeni Simia. Claruit sub Henrico V. Imperatore A.C. 1122. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic.

Regalis Dispositionis Theoricæ, Libri decem, & Practicæ, Libri de-cem. Quos Stephanus Phil. Discipu-lus ex Arabicæ in Latinam Linguam transtulit. Venetiis, apud Bernhar-dinum Ricium de Novaria, 1492, in regali fol. Lugduni, apud Jac. Myt,

1523, in 4. cum Synonymis Michaelis Capellæ.

De Febris, Liber. Extat Operis Venetiæ de Febribus, pag. 165.

HALY RODOHAM, alias EBEN RODAN

Aegyptius, Astrologus, Physicus & Medicus nobilissimus. Vixit sub Henrico II. & Conrado II. Imperato-ribus. Wolfgang. Justus in Chronol. Me-dicorum.

Commentarii in Artem Párvam Galeni. Venetiis, apud Octav. Sco-tum, 1496, in fol. Lugduni, apud Joh. Marion, 1516, in 8.

HAMERUS POPPIUS, Thallinus

Basilica Antimonii. Francofurti, 1618, in 4. Exstat eicam cū Praxi Chy-miatrica Johannis Hartmanni. Ge-nevæ, apud Petrum Chouet, 1647, in 8. & aliis Editt.

HANNIBAL ALBERTINIUS, Casenæ

¶ De Affectionibus Cordis, Libri tres. Quorum 1. agit de Naturali-bus: 11 & 111, de Præternaturali-bus: de Palpitatione nempe, & Syncope, atque earum Curatione. In quibus multa Problemata seiu dignissima enodantur, & præcipue de Membrorum principatu: Sede Ani-mæ: primis Morborum Generibus: de Peste: ac de Scopis Mittendi San-guinem, exæctè disputatur. Venetiis, apud Johan. Guerilium, 1618, in 4. Casenæ, apud Nerium, 1648, in 4.

HANNIBAL BIMBIOL. LUS

De Destillatione Capitis ad bronchia Pulmonum, & Vifione depravata, Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4, pag. 125.

HANNIBAL de NICOLI- NIS

De Curativis, ac Mittendi Sanguinem Scopis, Disputationes in genere. Perusiae, 1591, in 4.

HANNIBAL THEDE- SCUS

De Melancholia Hypochondriaca, Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4, pag. 252.

HEBUHABES HA- MED

Commentaria in Libros Quartorum, seu, Stellicos Platonis. Vid. Plato.

HECTOR GIBAL- TUS

In Cl. Galeni Pergameni Libros de Febribus, Commentarius, quæ ad Februm cognitionem spectant universa ferme complectens. Lugduni, ap. Guil. Rouillium, 1562, in 16.

HECTOR SCLANO- VIUS

Diascepsis Anatomica de Vasis umbilicalibus & Secundinis: unâ cum topoꝝ degeneratuꝝ Secundinarum retentarum. Cui accessit Tractatus

de Partu Gabsheimense monstroso nuper in lucem edito. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

De Morbis per Incantationem introductis, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. Lib. iv priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 415.

HECTOR ZOLLIKOFFE- RUS, Sancti-Gallenſis

De Philtoris, Disputatio. Extat Decade vi Disputat. quas collegit & edidit Basilez, Joh. Jac. Genathius, 1622, in 4.

HELIAS, Monachus Franci- canus

Speculum Alchymia. Extat cum Opusculis quibusdam Chemicis. Francof. apud Joh. Bringerum, 1644, in 8, editis.

HELIAS ARTISTA

Nova disquisitio. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Agenorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

HELIDEUS de PADOANIS, Forolivienſis

Curationes & Consilia in curandis particularibus morbis. In lucem edita per Johannem Wittichum, Arnstatisensem. Lipsiae, apud Nicol. Nerlichum, 1607, in 4.

De Febribus, Libellus. Extat cum Pandectis Johan, Georgii Schenckii. Francof. ap. Jonam Rhodium, 1607, in 12.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholtzus edidit

edidit Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1589. in fol.

○ Experimenta. Extant cum Georg. Hieronymi Velschii Consilio-
rum Medicinalium Centuriis I V. Ulti-
mæ , apud Christianum Balthasar. Kuenium , 1676 , in 4. itemque cum Ejusdem Exoticar. Curationum, & Observat. Med. Chiliad. duabus. Ibidem , apud Eundem , anno & for-
mâ eâdem.

HELIUS EOBANUS,

Hessus

○ De tuenda bona valetudine, Libellus, Commentariis doctissimis illustratus à Johanne Placotomo. In quibus multa eruditè explicantur, Studiosis Philosophiæ plurimum profutura. Accesserunt Ejusdem Placotomi de Natura & Viribus Cerevisiarum & Mulsarum , Opusculum: Ejusdem de Caulis , præservatione, & curatione Ebrietatis, Dissertationes. Item de Causa Conjuncta eruditæ Dissertatio Ejusdem Placot. Medicinæ Enconium ex Desiderio Erasmo , Roterodami , per Eobanum versu redditum. Chorus Illustrium Medicorum in Musæo Georgii Sturtianæ Erphordiæ pictus , & ab Eobano descriptus. Chorus Musarum in eodem Musæo per eundem Eobanum itidem carminicè descriptus. Ejusdem 1585/90 in Mensam Facultatis Artium Erphordianæ Academiæ. Ejusdem Difticha de Monasterio Westphaliæ Urbe ab Anabaptistarum impietate vindicata. Strabi, Galli, Hortul amoenissimus. Joh. Baptiste Fiere,

Mantuani , de Herbarum Virtutibus, & èa Medicæ Artis parte, quæ in victus ratione consistit, Descriptio ligata. Francofurti , apud Hæredes Christophori Egenolphi, 1564, in 8. Ibidem , apud Christ. Egenolphum , 1582, in 8. Ibidem , apud Eundem cum Commentariis Petri Hassardi , 1568. Parisiis , apud Simonem Colinæum , 1533, in 8. Ibidem , 1555, in 12. Polybo de salubri victus ratione privatorum, Johan Guintherio Andernaco interprete. Aristot. Problematis, quæ ad stirpium genus, & oleracea pertinent.

De conservanda Valetudine: Medicinæ laus : Musæum Sturtianum: Tabula differentiarum Februm: Tabula cognoscendorum Humorum, secundum Cometarum & Planeta- rum horas. Erfurti , 1524, in 4.

Ludus de Podagra. In quo ejus affectionis natura, commoda juxta ac incommoda recensentur. Mogun- tiæ , apud Ivonem Scheffer, 1537, in 4.

HELIOPHILUS à PER- CIS

Nova Disquisitio de Helia Artista Theophrasio, In qua de Metallo- rum Transmutatione, adversus Ha- gelii & Pererii Jesuitarum opiniones evidenter & solide disseritur. Mar- purgi , apud Rudolph. Hutwelcke- rum, 1606, in 8.

HELISÆUS ROSLIN

De Operæ Dei creationis , seu, de Mundo , Hypotheses , continentis summarum artium principia , Phy- fices,

sices. Chymiae, Medicinæ, Astronomiae, Astrologiae, Metaphysices. Francofurti, apud Hæredes Wecheli, 1597, in 4.

HELVICUS DIETERICUS, *Darmstadiensis*

» Responsa Medica de Probatione, Facultate, & Usu Acidularum ac Fontium Schwalbaci fusurrantium, à celeberrimis aliquot Medicis scripta. Francofurti, apud Math. Merianum, 1631, in 4. Ibidem, apud Merianos, 1664, in 4.

Elogium Planetarum cælestium & terrestrium Macrocosmi & Microcosmi. Argentorati, 1627, in 8.

» Vindiciae adversus Ottonem Tackenium. Hamburgi, typis Piperianis, 1655, in 4.

HENNINGUS ARNI *SÆUS*

Oblervationes aliquot Anatomicæ. Ex quibus Controversiæ multæ Medicæ & Physicæ breviter deciduntur. Francof. ap. Andr. Eichorn, 1610, in 4.

De Observationibus quibusdam Anatomicis, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observ. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 450. & alia cum Guiliel. Fabr. Hildani Epistol. Cent. I. Oppenheimi, apud Johann. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 351.

Disquisitiones de Partus humani legitimis terminis, Ejusdemque Observationes & Controversiæ Anatomicæ. Francof. apud Joh. Davidem Zunnerum, 1642, in 12.

» Disputatio de Lue Venerea cognoscendâ & curandâ. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1610, in 4.

HENNINGUS SCHEUNE- MANNUS, *Semipoli- tanus*

Medicina reformata, seu, Denarius Hermeticus, Philosophicus. Medicus-Chymicus. In quo mirâ brevitate dilucidè docetur, decem Entibus omnium morborum radices, productiones, transplantationes, astra, signa, indicationes, & curationes, completi & absolvi. Francof. apud Johann. Bringerum, 1617, in 8.

Paracelsia de Morbo Mercuriali contagioso, quem Pestem vulgus vocat, & quintuplici Ente, Dei nimirum, astrorum, pagoyi, veneni, & naturæ, prognato. In qua vera curandi ratio recensetur. Bapaberge, apud Anton. Horitzium, 1608, in 4.

Paracelsia de Morbo Sulphureo Cagastrico, quem Febrem vulgus nominat, ex quintuplici Ente, Dei nimirum, astrorum, pagoyi, veneni, & naturæ, prognato. In qua omnes ejus species, & vera curandi ratio recensentur. Francof. ap. Nicol. Steinum, 1610, in 8.

Hydromantia Paracelsica, hoc est, Discursus Philosophicus de novo Fonte in Saxonia Electorali circa oppidum Annæbergam reperto, olim S. Annæ Fons dicta. Francof. apud Zachar. Palthenium, 1613, in 4.

© HENNINGUS WIT.
TE

Memoriæ Medicorum nostri Seculi Clarissimorum renovatae Decas prima. Francof. apud Martinum Halervord, 1676, in 8.

Memoriæ Medicorum nostri Seculi Clarissimorum renovatae Decas secunda. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

HENRICUS A FINEUS

Quæstiones Medicæ & naturales. Antverpiæ, 1517, in 4.

HENRICUS ARTOCOPHINUS

Prodromus Mysteriorum Naturæ. Scetini, 1620, in 4.

Analysis & Synthesis Physico-Chymico - Medica artificiosissima. apud Guil. Schulzium, 1621, in 4.

HENRICUS BEBELIUS,
Justingenis

Nomenclatura Morborum humanae corporis Græco - Latina. Argentorati, apud Schurerum, 1513, in 4. Cum aliis ejusdem Operibus.

HENRICUS BLACVODÆUS,
Parisiensis

Hippocratis Coi Prognosticorum Libros tres, cum Latina interpretatione, ad Veterum Exemplarium fidem emendatos & recognitos edit. Parisiis, apud Johan. Libert, 1625, in 24.

HENRICUS BOTTERUS

De expurgatione Empyematis E-

pistola. Extat cum Greg. Horstii Observat. Medicin. singularium Lib. IV prioribus, Ulmæ, apud Saurium, 1621, in 4, pag. 459.

De Scorbuto, Tractatus. Cui accessit Ejusdem ad Johannem Wolfium Epistola. Lubecæ, 1646, in 4.

HENRICUS à BRA,
Frisius

○ Natus Docomii in Frisia A. C. 1555: Medicina Doctor creatus Basilea 1580, anno etatis sua 25. Primum per biennium Leovardia; deinde Campis, celebri Transsilvanae Provincia Oppido, & postremo, octennio elapsò, in patria sua Medicinam feli-citer fecit.

Catalogus Medicamentorum simplicium, & facile parabilium adversus Epilepsiam, & quomodo iis utendum sit, brevis Institutio. Leovardia, apud Johannem Starterum, 1616, in 8. Arnhemii, apud Johannem Johannis, 1603, 1605, in 8.

Medicamentorum simplicium, & facile parabilium ad lœterum, & Hydrozem, Catalogus: & quomodo iis utendum? Lugd. Batav. apud Johan. Paetsiuri, 1590, in 8. apud Ludov. Elzevirum, 1597, in 8.

Medicamentorum simplicium, & facile parabilium ad Calculum, Enumeratio: & quomodo iis utendum sit, brevis Institutio. Fanekeræ, apud Ægidium Radæum, 1589, 1591, in 8.

Medicamentorum facile parabilium adversus Pestilentiam, Catalogus. Arnhemii, ap. Joh. Janisonium, 1605, in 8. Leovardia, ap. Joh. Starterum, 1616, in 8.

De Curandis Venenis per medicamenta simplicia, & facile parabilia, Libri duo. Arnhemii, apud Johannem Johannis, 1603, in 4. Leovardia, apud Joh. Starterum, 1616, in 8.

De novo quodam morbi genero Frisiis & Westphalis peculiari: una cum D. Johannis Heurnii ad eam Responsione. Extat cum P. Foresti Observ. Medicin. Lib. xix, Lugd. Batav, 1595, in 8.

H E N R I C U S B R U- CÆU S

○ Natus Alofti, Flandrie Urbe, A. C. 1531, Patre Gerhardo Brucæo, Senatore: Bononia in Italia Medicinae Doctor creatus, & haud multò post in patria cum Urbis Medicus, tum Reipubl. Senator electus est: inde in Academiam Rostochiensem à Principe Megapolitano evocatus, in ea per annos 25 Mathemata docuit, & Medicinam cum laude fecit, donec ex apoplexia febrim continuam securâ obiit A. C. 1593, etatis sua 62.

De Scorbuto Propositiones Rostochii disputatæ. Extant cum Severini Eugaleni de Scorbuto Libro. Rostochii, 1589, in 8. Jenæ, apud Barthol. Voigt, 1624, in 8. Hagæ, 1658, in 8.

Epistolæ de variis rebus & argumentis Medicis. Extant cum Henrici Smetii Miscellaneis. Francof. apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

H E N R I C U S C H R I S T O P H O R U S E B E L I U S

Observatio, de Febre Quintana du-

plici. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. An. IX. & X. N. 77.

H E N R I C U S C H R I S T O P H O R U S H O E C K E L I U S, à Steineck

Oratio, quod nulla ars reperiatur, quæ Medicinâ Reipubl. aut utilior, aut necessaria magis, eaque apud cunctos, omni tempore, sit: sine hac neque animi bona confistant: neque corporis locum inveniant commoda: neque fortunæ, quæ tribuuntur, esse vel gaudio ac voluptati, vel usui magno queant: Medici summis semper honoribus ac præmiis affecti fuerint: Philosophis etiam, & Oratoribus antehabiti. Extat Orationum Argentinensium Tomo i. pag. 1106, edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

H E N R I C U S C I T A D I N U S, Consiliarius Medicus Regius

Paradoxum Orthodoxum de Homæromeria massæ sanguineæ. Opus novum, & in duos Libros divisum. Parisiis, apud Joh. Henaut, 1659, in 8.

H E N R I C U S C O R N E L I U S A G R I P P A, à Nettensem

○ Natus ex nobili familia à Nettesheim Colonia Agrippina A.C. 1486: Maximiliano I. Imperatori à Secretis, & Caroli V. Imper. Consiliarius ac Historiographus, nec non Reipubl. Metenjus Syndicus, Advocatus & Legatus fuit. Ante autem hos aliquot annos, nempe 1509 Dolæ Burgundiorum in Gymnasio publicè cum omnium stupore

stupore docuit. Juris & Medicina Doctoris gradum tum demum assumpst, cum jam antea Equitis aurati dignitatem virtute bellicâ fuissemeritus. Medicinam fecit tum in Urbe Gebennarum, tum etiam Friburgi Brisgoiae, & in Gallia. Amicitiam coluit cum Joh. Tritheimio, Abate Herbipol. & Erasmo Roterodam. Magia & Necromantia suspectus cum appropinquante morte ad pénitentiam umeretur, Canis suo nigro, quem velut Cacodæmonem circumduxisse ferebatur, collare Magicis inscriptum notum indignabundus cum his verbis exsolvit: *Abi perdita bestia, que me totum perdidisti: nec unquam familiaris ille Canis ac assiduus itinerum omnium comes postea conspectus est.* Præcipiti enim fuga saltu in Ararim se immersisse, nec enatasse ab his, qui vidisse asserebant, dicebatur; uti Paulus Jovius in Elogiis Viror. docto. refert. Sed quod Johann. Wierus Libr. 2. cap. 5. de Præstig. Dæmon. merum segmentum esse affirmat. Obiit Gratianopoli in Gallia egestate extrema A. C. 1534, atatis sua 48, duarum uxorum nobilium maritus, & liborum aliquot parens.

Occulta Philosophia. Lugduni, 1533, in fol.

Contra Pestem Antidota securissima ad D. Theodoricum Cyrenensem, Colonensis Archi Præfulatus à suffragiis, in Sacris Administratorem. Extant Operum Ejusdem Tomo 11, pag. 588. edit. Lugduni, apud Beringos FFR. 1535, in 8.

De Medicina in genere, Cap.

De Medicina operatrice, Cap. De Pharmacopolia, Cap. De Chirurgia, Cap. De Anatomistica, Cap. De Veterinaria, Cap. De Diætaria, Cap. De Arte Coquinaria, Cap. De Alchemistica, Cap. Extant eodem Tomo, pag. 234. & seqq.

Appendix Apologetica, pertinens ad secundam ejus Operum Lugduni editoram Partem. Lugd. apud Beringos FFR. 1605, in 8.

HENRICUS CROLACHIUS,
Gotthanus

Isatis Herba. De cultura Herbæ Isatidis, quam Guadum vulgo vocant, quamque Thuringia producit: ac ejusdem præparatione, quæ ad tingendas lanas apta redditur, Narratio. Tiguri, apud Jac. Gesnerum, 1555 in 8.

HENRICUS à CUELLAR.
In Prognostica Hippocratis Commentaria. Conimbricæ, ex offic. Academizæ, 1543. 1582, in fol.

HENRICUS EYSSONIUS

Tractatus Anatomicus & Medicus, de Ossibus Infantis cognoscendis, conservandis, & curandis. Accedit Volcheri Coiterie eorundem Ofsum Historia. Gröningæ, apud Joh. Collenium, 1659. in 12.

○ Dissertatio Medica de Foetu lapidefacto. In quo ejusdem in utero generatio, in abdomen irreptio, ultra viginti annos retentio, atque lapidescentia, aliaque huc spectantia per circumstantias & causas explicantur & confirmantur. Gröningæ, 1661, in 12.

○ Collegium Anatomicum sive
Omnium Humani Corporis Partium
Historia, Examinibus triginta bre-
vissimè comprehensa & publicis Di-
sputationibus proposita. Ibid. 1662,
in 12.

○ Syntagma Medicum minus.
Ibidem, 1672, in 12.

HENRICUS FLORENTIUS,
Leidenſis

Additamenta ad singula capita
Tractatus Petri Paaw de Peste. Ex-
tant cum hoc ipso. Lugduni Batav.
apud Abrahamum Commelinum,
1636, in 12.

HENRICUS FUIREN,
Danuſis

○ Natus Hafnia A.C. 1614, Pa-
tre Georgio Fuireniol, Med. Doctore:
creatus Medicina Doctor Basilea 1645.
Post longas per totam penè Europam
peractas peregrinationes tandem in
patriam reversus, ibi Medicinam fe-
cit, & obiit A.C. 1659, atatis sua 45.

Prælectiones Basileenses. de Asci-
te. Basileæ, apud Georg. Deckerum,
1645, in 8.

HENRICUS GARETIUS,
Lovanienſis

De Arthritidis Præservatione &
Curatione, Clarorum doctissimo-
rumque nostræ ætatis Medicorum
Consilia. Francof. apud Johan. We-
chelum, 1592, in 8.

HENRICUS GEORGII
ANRIQUEZ, Guar-
dienſis

De Regimine Cibi atque Potus, &

de cæterarum rerum nonnatura-
lium usu, nova Enarratio. Salmanti-
cæ, apud Mich. Serranum de Vargas,
1594, in 8.

HENRICUS GRAMMA-
TÆUS

Tabula cognosendorum humo-
rum secundum horas Planetarum.
1524, in 4.

HENRICUS GRAS

Anton. Saportæ, Lib. v. de Tumo-
ribus præter naturam edidit: cum
Johan. Saportæ, de Lue Venerea.
Lugduni, apud Petrum Ravaud,
1624, in 12.

Item, Francisci Ranchini Opuscu-
la Medica.

Item, Joh. Saportæ Tractatum de
Lue Venerea.

○ Johannis Varandæi Opera om-
nia, ad fidem Codicum ipsius Au-
thor's Manuscriptorum recognovit
& emendavit, postremaque hac E-
ditione multis Tractatibus nunquam
antea editis auxit. Lugduni, apud
Christophorum Fourmum, 1658,
in fol.

HENRICUS GUNDELFIN-
GER

Excerpta de Balneis. Extant Ope-
ris Veneti de Balneis pag. 290.

○ HENRICUS GUTBER-
LETH

Pathologia, hoc est, Doctrina de
Humanis Affectibus. Herbornæ Nas-
siorum, 1615, in 8.

HENRICUS ab HEER,
Tungerus

○ Spadacrene, hoc est, Fons Spa-
dantius,

danus, accuratisimè descriptus. Acidas bibendi modus: Medicamina Oxiptotis necessaria. Leodii, apud Arnold. de Corsvaremia, 1614, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1622, in 8. Lugduni Batavorum, apud Franciscum Mojardum & Adrianum Wyn-gärdens, 1645, in 12. Lipsiæ, apud Andream Kühnen, 1645, in 12. Ibidem, apud Adrianum Wyngärdens, 1647, in 12. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1685, in 12.

Deplementum Supplementi de Spadanis Fontibus, sive, Vindiciæ prosua Spadacrene. In quibus etiam Aroph, certissimum Paracelsi ad Calculos remedium, siacerè explicantur. Ibidem, 1622, in 8.

Observationes Medicæ oppidòraræ in Spa & Leodii animadversæ cum medicamentis aliquot selectis. Leodii, apud Eundem, 1631, in 8. Lipsiæ, apud Andream Kühnen, 1645, in 12. Lugduni-Batavorum apud Petrum van der Aa, 1685, in 12. Cui accessit Ejusdem Spadacrene, in publicum emissa à Johanne Michaëlis. Exstat & cum Johannis Baptista Helmontii, Medici & Philosophi per ignem, Libro, cui titulus, Propositiones notatu dignæ, de promptæ ex ejus Disputatione de Magnetica Vulnerum Curatione, Parisiis editâ. Quibus subnectuntur Henr. ab Heer Considerationes & Judicia Doctorum Medicorum. Leodii, apud Arnoldum de Corsvaremia, 1624, in 8. Extant etiam cum Ejusdem Spadacrenes plerisq; Editionibus.

HENRICUS HOPFNER. RUS

De Signis Virginitatis: item de Lepra, & Elephantiasi, Epistola, Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. Singular. Lib. i v. prioribus. Ultmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 378. Ibid. Edit. in fol.

De Anatomicis quibusdam Observationibus, Epistola, Extat ibidem pag. 452.

HENRICUS JU. LIUS

Aristarchus, sive, Censura in novitum quendam Hippocratis exagatorem. Hamburgi, 1648, in 4.

HENRICUS KORNMAN. NUS, ex Kirchajno

De Miraculis Mortuorum. Opus novum & admirandum, in decem partes distributum. In quo mirabilia Dei miracula & exempla Mortuorum ex veteri & novo Testamento, ex Ecclesiasticis & prophanicis Historicis summa operâ & studio collecta habentur, Quæstiones naturales, Physicæ, Medicæ, Theologicæ, Juridicæ traduntur & artificiosè pertractantur, apud Johan. Jacobum Porcium, 1610, in 8.

De Miraculis vivorum, seu, de varia natura, variis Singularitatibus, proprietatibus, affectionibus, mirandisque virtutibus, facultatibus & signis hominum vivorum, Liber novus & singularis. Francofurti, apud Jac. Fischerum, 1614, in 8.

HENRICUS KRALITZ,

Misericordia
Catalogus Plantarum Horti Academicæ

demici Lugduno-Batavi, quibus is
instructus erat Anno cl^o loc xxxv,
Prefecto ejusdem Horti D. Adolpho
Vorstio Med. & Botanices Profess.
Accessit Index Plantarum indigena-
rum, quæ prope Lugdunum in Bata-
vis nascuntur. Lugd. Batav, apud
Elzevirios, 1636, in 24.

HENRICUS KUNRATUS,
Lipsiensis

Quæstiones tres perutiles & ne-
cessariæ tum ad curationem, tum ad
præcautionem Arenæ, Sabuli, Cál-
culi, Podagræ, Gonagræ, Chiragræ,
&c. concorrentes, Latino-Germa-
nicæ. Lipsiæ, apud Schurerum, 1607,
in 8.

Magnesia Catholica Philosopho-
rum, 1599, in 8.

¶ Amphitheatum Sapientiæ æ-
ternæ solius veræ, Christiano-Kaba-
listicum, Divino-Magicum, Physi-
co-Chymicum, Tertrinum Catholi-
cum. Magdeburgi, 1608, in fol. Ha-
noviæ, 1654, in fol.

Symbolum Physico-Chymicum.
Ibid, 1599, in 8.

Urim & Thummim Christiano-
Cabalistica ex Macrocosmo & SS.
Scriptura Biblica desumpta. Magde-
burgi, apud Johannem Franck, 1607.

HENRICUS LAVATE-
RUS

Defensio Medicorum Galenico-
rum adversus calumnias Angeli Salæ,
Operarii Chemici. In qua superba
ejus censura examinatur & refuta-
tur. Hanoviæ, apud Thomam Wil-
lerianum, 1610, in 8.

HENRICUS LEMMICHUS,
Lubecensis

Oratio de Peste carmine Heroico
scripta. Rostochii, 1624, in 4.

HENRICUS MADATHA-
NUS, i.e. ADRIANUS
MYNSICHT

¶ Aureum seculum redivivum,
quod nunc iterum apparuit, suaviter
floruit, & odoriferum aureumque
semen peperit. Extat cum Musæo
Hermetico. Francofurti, apud Lu-
cam Jennifium, 1625, in 4. Ibidem,
in eodem Musæo Hermetico Refor-
mato & Amplificato, apud Herman-
num à Sande, 1677, in 4.

HENRICUS MARTINIUS,
Dantiscanus

¶ Anatomia Urinæ Galeno-Spa-
gyrica. Ex Doctrina Hippocratis &
Galeni, nec non Recentiorum, im-
primis Theophrasti Paracelsi, &
Leonhardi Thurnheuseri, aliorumq;
Chymiarorum principum Scriptis
adornata. Accessit Ejusdem Ars pro-
nunciandi ex Urinis, tam Rationalis
quam Mechanica. Item, Cæsaris O-
doni, de Urinis Libellus posthumus.
Francof. apud Georg. Fikvirthum,
1650, in 12. Ibidem, apud Eundem,
1658, in 12. 1661, in 12.

○ HENRICUS MEIBO-
MIUS

De Vasis Palpebrarum novis Epि-
stola ad Vir. Cl. D. Joelem Langelot-
tum. Helmstadii, apud Henningum
Müllerum, 1666, in 4.

Arnoldi Bootii Observationes Me-
dicas

Hel
dicas de Affectibus omissis cum Pra-
fatione secundum edidit. Helmesta-
di, apud Henningum Mullerum,
1664, in 4.

De Medicorum Historia scribendâ,
Epistola ad V. Cl. Georg. Hieronym.
Velschium. Helmstadii, apud Hen-
ningum Müllerum, 1669, in 4.

HENRICUS à MÖINI CHEN

Observationes Medicæ. Extant
cum Michaelis Lyseri Cultro Anato-
mico. Hafniæ, apud Petrum Hau-
boldum, 1665, in 8. Francofurti, ex
Officina Hafniensi, apud Petrum
Hauboldum, 1679, in 8.

Observatio, de Ganglio carpi im-
minente partu sponte evane-
sciente, postea renato. Extat.
Act. Hafniens. Volum. I. Num.
56.

Medica varia. Ibid. Volum. eod.
N. 78.

de Anevrismate capitis. Ibid. Vol.
eod. N. 79.

de Luxatione fœmoris. Ibid. Vo-
lum. II. N. 37.

HENRICUS MONANTHO- LIUS

Ludus Jatromathematicus, Musis
factus ad averruncandum tres Aca-
demias pernicioſissimos hostes, πάθε-
μων, λιμόν, λοσφόν. Parisiis, ap. Leode-
garium Delas, 1597, in 8.

HENRICUS MUNDIUS, Londinensis

Opera omnia Medico Physica,
Tractatibus tribus comprehensa, de

Aere vitali, de Esculentis de Potu-
lentis. Una cum Appendice de Pa-
rergis in Victu, ut Chocolata, Cof-
fe, Thea, Tabaco &c. Lugduni-Ba-
tavorum, apud Petrum van der Aa,
1685, in 8.

HENRICUS MUNTIN- GUS

Hortus Medicus. Groningæ, 1646.

HENRICUS NICO- LAUS

Tractatus singularis de Panis na-
tura, usu, affectionibus, operatio-
nibus, divisionibus & varietatibus.
Dantisci, 1651, in 4.

Tractatus singularis de Magicis
Actionibus. Ibid. 1649, in 4.

HENRICUS NOL- LIUS

Systema Medicinæ Hermeticæ ge-
nerale. In quo i. Medicinæ veræ
fundamentum: ii. Sanitatis conser-
vatio: iii. Morborum cognitio, &
curatio, Methodo dilucidissima ge-
neraliter explicantur. Francof. apud
Palthenium, 1613, in 8.

Studii Medici remora. Extat cum
ejusdem Physica Hermetica. Fran-
cof. apud Nicol. Hoffmannum, 1619,
in 8.

Theoria Philosophiæ Hermeticæ,
constans septem Tractatibus; quo-
rum i. est Verus Hermes. ii. Porta
Hermeticæ sapientiæ. iii. Silentium
Hermeticum. iv. Axiomata Her-
metica. v. De Generatione rerum
naturalium. vi. De regeneratione
rerum naturalium. vii. De Renova-
tione,

tione. Hanoviæ, apud Petr. Antonium, 1617, in 8.

Via Sapientiæ Triuna, 1619, in 8.

Naturæ Sanctuarium, quod est Physica Hermetica, Cum Pansophicæ fundamento, & Tractatu quadruplici de Lapis Philosophorum, & Studi Medici remoræ. Francof. 1619, in 8.

De generatione rerum naturæ libet, ex vero naturæ lumine conformatus. Ibid. 1615, in 8.

● HENRICUS OLDENBURGIIUS.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia, Anni M. DC. LXV. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1674, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia, Anni M. DC. LXVI. Anglicè conscripta ab Heuric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Ibidem, apud Eundem, 1672, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia, Anni M. DC. LXVII. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Volumen secundum. Ibid. ap. Eund. 1672, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia, Anni M. DC. LXVIII. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 12.

Acta Philosophica Regia, Anni M. DC. LXIX. aliquam exhibentia notitiam præsentium inceptorum, studiorum & laborum eorum, qui Eruditis salutantur, in plerisque præcipuis Mundi partibus ab Henrico Oldenburg. Anglicè conscripta & in Latinum versa à Johanne Sterpino. Ibidem, apud Eundem, 1671, in 12. Francofurti, apud Daniel. Paulli, 1671, in 8.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia Anni M. DC. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. ab Eodem Oldenburgio Anglicè conscripta & in Latinum versa Interprete C. S. nunc iterum adjecto Indice accurato, uno Volumine edita. Lipsiæ, apud Joh. Fritschium, 1675, in 4.

Acta Philosophica Societatis Regiae in Anglia Anni M. DC. LXX. Anglicè conscripta & in Latinum versa à C. S. Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1681, in 12.

Observatio de Tuba Stentoro-Phonica Morlandinâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. An. III. N. 125.

de stupenda ossium per alvum excretione. Ibid. Ann. eod. Num. 126.

HENRICUS PASCHASIUS.

Antilogia contra "spileg." & futilem loquacitatem Joh. Assueri, quam evomuit in Praefatione Libri de Pestilencia contra medicinas ex Sulphure, Antimonio, Vitriolo, Sole, & Mercurio

He

curio conflatas. Magdeburgi, apud Joh. Francken, 1619, in 8.

Purgatorium Medicum, continens Medicamentorum Purgantium præparations officinales & spagyricas, usum itidem & dosin, Haffniæ, 1631, in 8.

HENRICUS PAXMAN-NUS

○ Propositiones de Partibus Humani Corporis & Methodo. Wittebergæ, apud Johannem Cratensem, 1556, in 8.

Quæstio de Febrium rigoribus, & earundem differentia. Habetur Tomo iv. Declamationum Phil. Melanchthonis, pag. 920.

HENRICUS PETRAEUS,
Smalcaldensis, Marpurgensis
Professor

○ Natus est A. C. 1589: creatusq; Medicina Doctor Marpurgi circa anno 1612, & constitutus eadem in Academia Anatomia, Botanices & Chirurgia Professor publicus. Cum melancholiâ, quâ conflictabatur subinde sepius A. C. 1620, die 19. Maii gravissime correptus, è domus fenestrâ profiliisset, infelici casu, crure fracto, eodem anno die 11. Augusti omnium luctu & desiderio obiit.

Nosologia Harmonica, Dogmatica, & Hermetica: Dissertationibus quinquaginta in celeberrima Academia Mauritiana, quæ est Marpurgi, publicè & privatim disceptata. In qua ex priscis ac recentioribus Artis Medicæ Scriptoribus præcipui partium humani corporis affectus à capite ad

calcem breviter ac perspicuè cum succinctis & specificis remedii explicantur. Tomus primus. Continens morbos Cerebri, Oculorum. Aurium, Narium, Thoracis, Pleuræ, Pulmonum, Cordis, & Ventriculi. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1614, in 4.

Nosologiz Tomus secundus. Continens morbos Intestinorum, Hepatis, Lienis, Vesiculæ Fellis, Renum, Vesicæ Urinariæ, Membrorum Genitalium virilium & muliebrium, Articulorum, & totius corporis habitus. Præmissa est Dissertatio Inauguralis de Medicina universalis, & pharmaceutica de veneni, & alexipharmacis in una re coniunctione. Ibidem, 1616, 1623, in 4.

Agonismata Medica Marpurgensia, Dogmatica juxta & Hermetica. 1. de Aphæresi, seu, Evacuatione universalis, Disputationes v. 2. Disputationes Miscellaneæ xv. 3. His accessit Ogdoas Disputationum Medicarum Inauguralium, quæ à Præstantiss. V. V. M. Candd. in eadem Universitate solemniter propositæ, & strenuè defensatae sunt. Adiectæ sunt ad calcem Assertiones & Quæstiones de genuina Febris Ungaricæ natura, & cura, multis hactenus incognita. Ibidem, 1618, in 4.

Dësingulari Arthritide vagâ Scorbucâ, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. i v. priorib. Ulmæ Suevorum, ap. Saurium, 1628, in 4.

Λόγοι εγκωμιαστὶ studiis Anatomiici laudes & utilitates varias bre-

viter complectens. Marpurgi, apud Egenolphum, 1610. in 4.

HENRICUS van der
PORT

Magni Hippocratis Aphorismos Metricā Paraphrasi Græce & Latinè edidit. Ultrajecti, 1657, in 24.

HENRICUS RANTZO-

VIUS, Holsatus

De Conservanda Valetudine, Liber, in privatum Liberorum suorum usum ab ipso conscriptus, ac editus à Dethlevo Sylvio, Holsato. In quo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis præstantissimis brevia & utilia præcepta continentur. Lipsiæ, apud Johan. Steinman, 1576, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1582, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, in 8. Francofurti, ap, Wechelum, 1591, in 12. Huic Editioni accessit Francisci Ruei de Gemmis: & Guilielmi Grataroli de Memoria Libellus Ibidem, apud Viduam Petri Fischeri, 1596, in 12. Ibidem, apud Nicolaum Hoffmannum, 1617, in 12. Quibus postremis duabus Editionibus accessit apud Nicolatum Hoffmannum, 1617, in 16. Guilielmi Grataroli de Literatorum, & eorum, qui Magistratum gerunt, conservanda valetudine Libellus.

Evacis de Gemmis Libellum edi procuravit.

Methodus Apodemica. Lipsiæ, 1588, in 12.

Catalogus Virorum Excellentium in Arte Astrologica: cum ejusdem Tractatu de Annis Climactericis. Antverpiæ, 1580, in 8.

HENRICUS REGIUS, alias de ROY, Ultrajectinus

Physiologia, sive, cognitio sanitatis: tribus Disputationibus in Acad. Ultrajectina publicè proposita. Ultrajecti, apud Aegidium Roman, 1641, in 4.

○ Fundamenta Physices. Ibidem, apud Eundem, 1646, in 4.

○ Fundamenta Medica, seu, Medicinæ Libr. I V. Ultrajecti, apud Theod. Ackersdycium, 1647, in 4. Ibidem, 1657, in 4. Ibidem, 1664, in 4. Ibidem, 1668, in 4.

Spongia pro eluendis fôrdibus Animadversionum Jacobi Primirosi in Theses ipsius de Circulatione Sanguinis. Lugd. Batavor. apud Joh. le Maire, 1641, in 4.

○ Philosophia Naturalis, Amstelodami, apud Ludovicum Elzevium, 1654, in 4. Ibidem, 1661, in 4. Haec duæ Editiones priore multo locupletiores & auctiores sunt.

Praxis Medica. Medicationum exemplis demonstrata. Ibid. 1657, in 4.

○ Opera Medica, cum Explicatione Mentis Humanæ. Ultrajecti, 1657, in 4.

○ Explicatio Mentis Humanæ. Ultrajecti, 1659, in 4.

Medicina, & Praxis Medica, Medicationum exemplis demonstrata. Editio tertia: prioribus multo locupletior & auctior. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdyck, 1668, in 4.

Hortus Academicus Ultrajectinus. Ultrajecti, in 8.

○ HEN-

○ HENRICUS van RHEEDE,
tot Draackestein

Hortus Indicus Malabaricus, continens Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi omnis generis Plantas rariores, Latinis, Malabaricis & Bramonum characteribus nominibusq; expressis unà cum Floribus, Fructibus & Seminibus naturali magnitudine à peritissimis Pictoribus delineatis & ad vivum exhibitas. Additâ insuper accuratâ earum descriptio- ne, quâ Colores, Odores, Sapores, Facultates & præcipuæ in Medicina vires exactissimè exhibentur. Simul adornavit Johannes Munnicks; Notis que adauxit & Commentariis illustravit Johannes Casarius, Notis adauxit & Commentariis illustravit Arnoldus Syen. Amstelodami, apud Johan à Someren & Joan. à Dick, 1678, in fol.

Horti Indici Malabarici Pars II de Fruticibus Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi, Latinis, Malabaricis & Bramonum characteribus nominibusq; expressis, unà cum Floribus, Fructibus, & Seminibus naturali magnitudine à peritissimis Pictorib' delineatis & ad vivū exhibitis. Additâ insuper accuratâ descriptio- ne, quâ colores, odores sapores, facultates & præcipuæ in Medicina vires exactissimè demonstratur. Simul adornavit Johannes Casarius. Notis que adauxit & Commentario illustravit Joh. Commelinus. Ibidem, apud Videlianum Johan. à Someren & Johan. à Dick, 1679, in fol.

Horti Indici Malabarici Pars III. de Arboribus Regni Malabarici, Lat-

nis, Malabaricis, Arabicis & Brach- manum Characteribus nominibusq; expressis; unà cum Floribus, Fructibus & Seminibus, naturali magnitu- dine à peritissimis pictoribus delineatîs, & ad vivum exhibitis. Additâ insuper accuratâ earum descriptio- ne, quâ Colores, Odores, Sapores, Facultates & præcipuæ in Medicina vires exactissimè exhibentur. Simul adornavit Johannes Munnicks; Notis que adauxit & Commentariis il- lustravit Johannes Commelinus. Am- stelodami, apud Videlianum Johannis van Someren, Hæredum Johannis van Dyck & Henrici & Videlianum Theodo- ri Boom, 1682, in fol.

HENRICUS RUFUS,
Sammarceliensis

Observationes Medicæ. Exstant cum Observationibus Lazari Riverii, Londini, apud Milonem Flescher, 1646, in 8. pag. 373.

○ HENRICUS SAMPSO- NIUS

Observatio, de Hermaphrodita sin- gulari. Excat Ephemer. Acad. Nat. Curiol. Germ. Ann. III. N. 168.

de foetu monstrosissimo. Ibid. Ann. eod. N. 169.

de Oesophago cartilagineo. Ibid. Ann. eod. N. 170.

ex Anatomie partu vicinæ canis. Ibid. Ann. eod. N. 171.

de Liene duplici. Ibid. Ann. eod. N. 172.

de Abstinentia insolita. Ibid. Ann. eod. N. 173.

HENRICUS de SAXONIA

De Secretis Mulierum, Tractatus. Augustæ, ap. Antonium Sorg, 1489, in 4. Francof. apud Johan. Bringenum, 1615, in 8.

○ HENRICUS SCHMIDT

Medicina Danica. Haffniæ, 1655, in 8.

HENRICUS SCHORINGERUS, Sangallensis

Guiliel. Fabrit. Hildani Lithotomiam Vesicæ ex Germanico in Latinum transtulit.

○ HENRICUS SRETA, à Zavorziz.

Observatio, de Gallo Gallinaceo ova ponente. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 177.

de Mercurio cum Auro incalente. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 34.

HENRICUS SIGISMUNDIUS SCHILLINGIUS

Tractatus de tuenda Sanitate. Dresdæ, 1655, in 4.

Discursus Physiologico-Anatomicus de Microcosmi Miseria & Perfectionis Excellentia. Wittebergæ, 1658, in 4.

Tractatus Osteologicus, sive, Osteologia Microcosmica. Dresdæ, 1669, in 4.

HENRICUS SME-

TIUS.

○ Natus Alofti Flandrie Urbe ex

nobili familia à Leda A.C. 1537 Patre Roberto Smetio, Nobili, Senatore primario, & Medico Reipubl. patriæ: Medicina Doctor creatus Bononia in Italia 1561: tum Antwerpia Medicinam exercere caput: inde in Westphaliæ Longovium cum familia concessit, ubi per integrum septennium apud Illustr. Comites Lippia Medicum egit. Postea Heidelbergam à Frider. III. Elect. vocatus, per biennium ipsius Archiater fuit, quo defuncto Franckenthalium migravit, & à Joh. Casimiro, Duce Palatino, Professor Scholæ nova Neostadiensis electus, ibi septem annos transégit. Hinc 1585 Heidelbergam ab Universitate revocatus, Medicam Artem & docere & exercere perrexit. A.C. 1614 in glacie, dum forte cum Neonymphis solennifer è concione procederet, gravioriter lapsus, accidente febre, paulo post, eodem adhuc anno, obiit, etatis sua 77.

Miscellanea Medica. Cum præstantissimis quinque Medicis Thoma Erasto, Henrico Brucæo, Levino Battø, Johanne Weyero, Henrico Weyero communicata, & in Libros XII digesta. Francof. apud Johan. Rhodium, 1611, in 8.

HENRICUS STAPE-

DIUS

Consilia Medica. Extant eo in Operæ, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

HENRICUS STEPHA-

NUS

Dictionarium Medicum, vel, Expositio-

sitiones Vocabulorum Medicinalium ad verbum excerptæ ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribasio, Rufo, Ephesio, Aëtio, Alex. Tralliano, Paulo Ægineta, Auctuario, Corn. Celso; Græcè, cum Latina interpretatione. Lexica duo in Hipp. huic Dictionario præfixa sunt. Unum, Erotiani, Alterum, Galeni. Utrumque quam antea emendatius. Lutetiaz, apud Henr. Stephanum, 1564, in 8.

HENRICUS STROME- RUS

¶ Natus Aurbachis in Misnia; relatus Lipsiæ in ordinem Medicorum; ibi Medicinam exercuit; hinc Georgio Ducì Saxon. innotuit, cui multis nominibus fuit gratissimus. Erasmus Roterodam. eum ut Amicum coluit, quod apparet ex multis ad eum scriptis Epistolis. Ad Amicos sape dixisse fertur: se 40 amplius annos Medicinam fecisse, & comperisse, plures homines mastitiam & dolore animi mori, quam morte violenta. Obiit Lipsiæ circa annum 1542.

Saluberrimæ adversus Pestilentiam observationes Moguntiaz, apud Johan. Gruningher, 1517, in 4. Lipsiæ, apud Schumannum, 1519, in 4.

Decreta Medica de Ebrietate. Lipsiæ, 1531, in 4.

Decreta Medica de Senectute. Noribergæ, apud Johan. Petrejum, 1537, in 4.

HENRICUS VILLA- COTTA

Opera Medica. Lugduni, 1670, in fol.

○ HENRICUS VOL- GNADUS

Observatio cum Scholiis de Ano im- perforato. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I. N. 11. It. Ann. II. in Scholiis ad Ob- serv. 22.

de lethali Abdominis illisu. Ibid. An. eod. N. 21.

ex Anatome Ancillæ Altenbur- gensis, quæ Bufones vomuerat. Ibid. An. eod. N. 103.

de Vermibus intestina perforan- tibus pereunte ægrâ. Ibid. An. eod. N. 146.

de Globo Vitulino. Ibid. Ann. II. N. 110.

de Fungis Monstrosis. Ibid. Ann. eod. in Annotation. ad Observ. N. 54.

de Sale Armoniaco, & Lapide pru- nellæ absq; sulphure. Ibid. Ann. eod. in Annotationib. ad Ob- serv. N. 196.

de Citro in Citro. Ibid. Ann. III. in Scholiis ad Observ. N. 241.

de monstrolo foetu. Extat Ibid. An. eod. N. 299. una cum Scho- lio ad eam.

de Ambra Augustana insolentio- ris ponderis. Ibid. Ann. eod. N. 300 una cum Scholiis ad eam. It. Ann. IV. & V. in Analectis ad eam.

de Nephritis lethali. Ibid. Ann. eod. N. 169.

de Draconibus Carpathicis & Transylvanicis. Ibid. An. eod. N. 170.

de Aquis ardentibus. Ibid. Ann. eod.

cod. N 171, una cum Scholiis ad eam.

Observatio, de figuris in glacie reperitis. Ibid. Ann. eod. Num. 172.

de Tacamahaca liquida. Ibid. An. eod. in Analectis ad Ann. III. Observ. 296.

de rarioribus quibusdam naturæ sive luxuriantis, sive ludentis. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 239.

HENRICUS URANIUS,
Ressensis

De Re Nummaria, Mensuris, & Ponderibus, Epitome, ex Budzo, Portio, Alciato, & Georgio Agricola concinnata. Coloniæ, 1569, in 8.

HENRICUS WARE.
NIUS

Nοσολογία, seu, Affectuum humana-
norum curatio Hermetica, & Galenica, Thesibus comprehensa, ac con-
sentiente Senatu Medico in Academia Rostochiensi disceptata. Posto-
bitum Autoris collecta opera Joachi-
mi Tanckii. Lipsiæ, apud Joh. Rosam, 1605, in 8.

HENRICUS WIE.
RUS

Epistolæ variæ de variis rei medi-
cæ argumentis. Extant inter Miscel-
lanea Henrici Smetii, Francof. apud
Jonam Rhodium, 1611, in 8.

Johan. Wieri, de Varenis, ex Germanico, in Latinum transtulit.

HERACLIDES

Tarentinus, Medicus Empiricus.
Vixit anno circiter ante Christum

natum 184. Erasistrato & Philino, po-
sterior. Justus in Chronol. Medic.

Ad supercrescentes in Aurium ul-
ceribus carnes, Fragmentum. Extat
apud Aëtium Amidenum, retrab. 2,
serm. 2, cap. 84.

© HERBERTUS de JAE-
GER

Observatio, de Herba Indigo dictæ
satione, cultu, & extractione
coloris Indigo dæti, circa Tsin-
siam in Regionibus Orientali-
bus. Extat Ephemer. Acad. Nat.
Curia. Decur. II. Ann. II. N. 4.

**HERCULES BONACOS-
SIUS**

De Humorum exuperantium Sig-
nis, ac Serapiis, Medicamentisque
Purgatoriis opportunis, Liber. Ac-
cesserunt quoque Ejusdem varia au-
xilia experimento comprobata, ad
varias ægritudines profligandas. De
Compositione Theriacæ cum ejus
substitutis nuper Bononiæ inventis.
De modo præparandi aquam ligni
Sancti. De curatione Catarrhi, sive,
Destillationis. Bononiæ, apud An-
selmum Gjaccarellum, 1553, in 4.

De Curatione Pleuritidis ab Hipp.
Gal. Aëtii, Alex. Tralliani, Pauli
Æginetæ, Philothei monumentis de-
prompta. Ibidem, apud Eundem,
anno formaque iisdem.

De Affectu, quem Græci *συρτι-*
ειν, Latini vero Tormina appellant,
ac de ejus curandi ratione, juxta
Græcorum dogmata, Ibidem, 1552,
in 4.

HERCU.

HERCULES SAXONIA

¶ Natus Patavii A. C. 1551, Patre Victore Saxoniâ. Cum in patria Medicinam Theoricam per annum professor esset, Venetias evocatus, ibi magnas opes acquisivit & cum laude vixit usq; ad annum 1589, quo suscepitus in locum Hieronym. Capivacuum defuncti, rediit Patavium, inq; eâ Academiâ primum locum ad finem vita sua decoravit. Interea ad Imperatorem Maximilianum gravi morbo laborantem accersitus, ipsi salutis Author fuit, ab Eoq; Eques renuntius, & donis cumulatus, in patriam reversus est. Obiit Patavii, 1607, etatis sua 56.

Pantheum Medicinæ selectum, sive, Medicinæ Præticæ templum, omnibus omnium fere morborum insultibus commune, Libris undecim distinctum, omnibusque ad genuinam Medicinæ praxin necessariis panmechanicis instructum & adornatum. Nunc primum in lucem editum ab ejus discipulo Petro Uffenbachio, Med. Francof. apud Palthenium, 1503, in fol.

Continet autem hos

Libros:

1. De Affectibus Capitis.
2. De Affectibus Thoracis.
3. De Affectibus Infimi Ventris.
4. De Morbis Muliebribus.
5. De Pulsibus.
6. De Urinis.
7. De Signis & Symptomatis Februm putridarum.

VIII. De Febribus.

IV. De Lue venerea, seu, Morbo Gallico.

X. De Plica.

XI. De Phœnigmis Sect. III.

¶ Opera Practica. Quibus hac novissima Editione, præter alia, accesserunt ejusdem Authoris Tractatus de Morbis Mulierum, & de Pulsibus, ac Urinis. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1639, in fol. Patavii, 1658, in fol.

Seorsim extant:

Prælectionum Practicarum Libri duo. De ratione dignoscendi ac curandi omnes interiores affectus præter naturam, qui tum singulas humani corporis partes, tum corpus universum divexare consueverunt. Francof. apud Zach. Palthenium, 1610, in fol.

¶ De Phœnigmis Libri tres. In quibus agitur de universâ Rubificantium natura, deque differentiis omnibus atque usu: Psilotris, Smegmatibus, Dropacibus, Sinapismis simplicibus ac compositis, vulgo Vesicantibus; de quorum usu in Febribus Pestilentibus multa disputantur. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1593, in 4.

¶ De Pulsibus Tractatus absolutissimus. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1603, in 4. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. Extat etiam cum ejusdem Authoris Tractatu triplici de Februm Putridarum Signis & Symptomatis: de Pulsibus: & de Urinis, à Petro Uffenbachio coniunctim edito, Francofurti, apud Ddd

Johann.

Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1600, in 8.

○ Tractatus triplex de Febríū Putridarum Signis & Symptomatibus: de Pulsibus: & de Urinis, omnibus Medicinæ Studiosis tam necessarius, quam utilis, è dictantis Ejus ore exceptus, in certa quædam Capita redactus, præloque commissus à Petro Uffenbachio, Accessit Ejusdem Doctorina pulcherrima de Lue Venerea seu Morbo Gallico. Francof. apud Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1600, in 8.

De Phænigmorum, quæ vulgo Vesicatoria appellantur, & de Theriacæ usu in Febribus Pestilentibus, Disputatio. In qua etiam de natura Pestis, & Pestilentium Febrium nonnulla tractantur. Patavii, apud Laurent. Pasquatum, 1591, in 4.

○ Tractatus Perfectissimus de Morbo Gallico seu Lue Venerea; privatim primò prælectus, postmodum in Capita distinctus, Indice locupletatus, lucique expositus operâ & studio Andreghetti Andreghetti, Francof. ap. Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1600, in 8.

De Plica, quā Poloni Gvvozdziec Roxolani Koxtunum vocant, Liber, nunc primum in lucem editus, Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1600, 1602, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Operæ, quod Josephus Lautenbachius colligit & edidit. Francof. ap. Joh. Sartorium, 1605, in 4.

HERCULES ZECHIUS

Johan. Zechii, de Urinis, brevem

& pulcherimam Methodum edit.

○ HERMANNUS BUSSCO. FIUS.

Podagra propriū, quam antehac investigata & inventa, unā cum ejusdem certā cura aut Medicina. Francofurti, 1678, in 8.

HERMANNUS Comes a NEVE. NARE, Præpositus Coloniensis.

De novo hactenusque Germaniæ inaudito morbo id'ponupēs, hoc est, sudatoria febri, quam vulgo Sudorem Britannicum vocant. Item, Simonis Riquai de eodem morbo Judicium doctissimum. Duabus simul Epistolis inter se explicata. Coloniaz, apud Johan. Soterem, 1529, in 4. & alibi in 8. cum Petri de Abano de Venenis, Joach. Schilleri de Peste Britannicâ Libris.

Annotationes aliquot Herbarum. Extant Tomo 11. Herbarii Ottonis Brunselsii, pag. 232. editi Argentinæ, apud Joh. Scottum, 1537, in fol.

Octavii Horatiani, Rerum Medicarum Libros quatuor, integro suo candori restituit.

HERMANNUS CONDEE-SYANUS.

Harmoniæ imperscrutabilis Chymico-Philosophicæ, sive Philosophorum antiquorum consentientium, hactenus quidem plurimum desideratorum, sed nondum in lucem emis. Decas prima. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

HER.

HERMANNUS CONRINI GIUS, Friesius

○ Natus est Nordæ, Frisiorum Urbe, A.C. 1606, Patre Hermanno Conringio, Ecclesia ibidem Antistite. A.C. 1636 Philosophia & Medicina Doctoris titulo Helmstädti adepto, eodem ipso die unā celebratis nuptiis, primum dicta in Universitate Physices, paulo post verò, elapsō nempe unico tantum anno, etiam Medicina Professor publicus constitutus, 1649 ab Illustrissima Frisia Principe tunc regente, annoq[ue] inseguente Sereniss. Christina, Svecia Regina, nec non succendentibus annis aliorum praterea Regum, Electorum & plurium Imperii Principum Archiater & Consiliarius, atq[ue] in Universitate Politices simul Professor publ. declaratus est. Obiit totius Universitatis Senior A.C. 1681, atatis sua 75.

De Calido Innato, Liber unus. De Vita & Morte, Libri duo. De Origine Formarum, Liber unus. Omnia ad Aristotelis sententiam elaborata. Lugd. Batav. apud Johan. Maire, 1631, in 8. Helmstädti, apud Martinum Richterum, 1647, in 4.

De Sanguinis Generatione, & Motu naturali, Opus novum. Helmstädti, apud Jeremiam Rixnerum, 1643, in 4. Lugd. Batav. & Amstelodami, apud Franc. Hackium, & Lud. Elzevirium, 1646, in 8. Huic editioni accedunt ejusdem Antonii Guntheri Billichii de Fermentatione Libri duo. Lugd. Batav. 1647, in 8.

○ De Germanicorum corporum

Habitus antiqui ac novi Causis, Dissertation. Helmstädti, apud Henningum Mullerum, 1645, in 4. Ibidem, 1652, in 4. Ibidem, 1666, in 4.

De Anima, Liber unus. Helmstädti, apud Jerem. Rixnerum, 1640, in 8.

De Virtutis Nutritionis, Libri duo. Helmstädti, apud Jerem. Rixnerum, 1640, in 12.

○ Exercitationes de Fermentatione Platonica. Extat cum Theffalo in Chymicis redivivo, & Anatomia Fermentationis Platonicæ Antonii Guntheri Billichii. Francof. apud Joh. Beyerum, 1639, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1643, in 8.

○ De Hermetica Ægyptiorum veteri, & Paracelsicorum nova Medicina, Liber unus. Quo simul in Hermetis Trismegisti omnia, ac universam cum Ægyptiorum, tum Chemicorum doctrinam animadvertisit. Helmstädti, apud Henningum Mullerum, 1648, in 4. Ibidem, 1669, in 4. Hæc secunda Editio auctiore est & emendatior.

Introductio in universam Artem Medicam, singulæque ejus Partes. Helmstädti, apud Henningum Mullerum, 1654, in 4.

Præfatio, de Doctrina Pathologica. Extat in Philipp. Salmuthi Observationum Centuriis. Brunsvigæ, ap. Gottofred. Müllerum, 1648, in 4.

○ Thomæ Fieni Opera postuma Chirurgica, Libros nempe xii. de Præcipuis Artis Chirurgicæ Controversiis edidit. Francofurti, apud

Thom. Matthiam Gözium, 1649
in 4.

Dissertatio Physiologica de La-
cte. Extat cum Antonii Deusingii
de Motu Cordis & Sanguinis itemq;
de Lacte ac Nutrimento Foetus in u-
tero Dissertationibus. Gröningæ
apud Fradic. Bronckhorst, 1655,
in 12.

○ Discursus, ex Hermetica Medi-
cina de Morborum Remediis Magicis
& Unguento Armario. Extat cum
Theatro Sympathetico aucto. No-
rimbergæ apud Joh. Andr. Endte-
rum, & Wolfgang. Jun. Hæredes,
1662, in 4.

○ De Hermetica Medicina Libri
duo; Quorum primus agit de Medi-
cina, pariterque de omni sapientia
Veterum Ægyptiorum: altero non
tantum Paracelsi, sed etiam Chemi-
corum, Paracelsi laudatorum, alio-
rumque, potissimum quidem Medi-
cina omnis, simul vero & reliqua
Universa Doctrina examinatur. Edi-
tio secunda. Helmestadii, agud Hen-
ningum Mullerum, 1669, in 4. Huic
Editioni annexus est Ejusdem Au-
thoris Apologeticus adversus Ca-
lumnias & Insectationes Olai Bor-
richii. Id. cum super.

HERMANNUS COR- BEUS

De Vulneribus lethalibus sanabili-
bus Oratio Panegyrica, habita in
Academia Marpurgensi. Francof.
1620, in 8.

Gynæceum, sive de cognoscen-
dis, præcavendis, curandisq; præci-

puis Mulierum affectibus, Libri duo;
quorum prior affectus omnibus Mu-
lieribus communes; posterior, qui
cuique sorti sunt proprii, proponit.
Adjecta est in calce Quæstio de Vul-
neribus lethalibus, & non lethalibus.
Francof, apud Palthenium, 1620,
in 8.

Brevis totius Medicinæ Delinea-
tio. Extat in Præfatione, ad Patho-
logiam Theod. Corbei P.

HERMANNUS CRUSE- RIUS

○ Natus Campis in Belgio: Græcis
potissimum literis delectatus: unde
Plutarchum fidelius ut Critici existi-
mant, quam Guilielmus Xylander,
Latine reddidit. Guilielmo Clivorum
Principigratis & à consiliis fuit: Cu-
jus Filiam dum Alberto Friderico, Bon-
russæ Principi, sponsam adduxit, in
reditu ad suos immaturâ morte ex-
tinctus est, anno Christi 1573.

Commentarius in Hippocratis I.,
& II., de Morbis vulgaribus. Item
in Lib. desalubri diæta. Basileæ, ap.
Guarinum, 1570, in 8.

Galeni de Pulsibus ad Tyrones in-
terpretatus est. De Pulsuum Diffe-
An. eod. N. 75.

ex Anatome Leænæ morbo extinctæ. Ibid. An. II. N. 5.

ex Metallifodinarum præcipuarum Bohœmiæ perlustratione.

Ibid. Ann. eod. N. 78.

de repentina suavi morte ex Pancreate sphacelato . & obiter de potentia Imaginationis. Ibid.

Ann. III. N. 45.

de insensibili transpiratione in rara corporis textura. Ibid. Ann. eod. N. 46.

de Copiosissima alvi excretione & febri continua ex Drachma dimidia Tartari Vitriolati It. de morte ex Aquæ laxativæ mannatæ Unciis tribus. Ibid. An. eod. N. 47.

de Delirio Melancholico. Ibid. An. eod. N. 49.

de Emyemate à Parotidibus & Phthisi, à Quartana. Ibid. Ann. eod. N. 50.

○ JOHANNES GEORGIUS GREULICHIUS

Curandi Hydropis vera Methodus, quam ex causis sibi noviter observatis deduxit , perque experientiam confirmavit, ac modo unâ cum

Dissertatione de Bile , fœcundâ morborum parente , in ordine, ad felicem , facilemque graviorum affectionum curationem in lucem dedit. Francofurti , apud Hermannum à Sande, 1681, in 8.

JOHANNES GEORGIUS GROSSIUS

Compendium Medicinæ, ex Scriptura Sacra de promtum : nec non ad eandem recte intelligendam, accommodatum : atque adeo nihil à Theologiz studiosis alieni, aut peregrini tradens. Ipsâ quidem Praxi, ut & Theoriâ penitiori relictâ iis, quorum est propria. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1620, in 8.

○ JOHANNES GEORGIUS LAIB

Observatio , de Podagra ab Agyrtâ minus feliciter & inunctione mercuriali curatâ. Extrat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. An. II. N. 157.

JOHANNES GEORGIUS MACASIUS , Egræ Bohemus

○ Promptuarium Materiæ Medicæ , sive, Apparatus ad Praxin Medicam , Libris duobus adornatus. Quorum prior , de Viribus Medicamentorum in genere; Posterior vero , de iisdem in specie, seu, de Medicamentis cuique Morbo & Symptomati propriis, agit. Opus futuro Medico-Practico non minus utile, quam necessarium. Francofurti, ap. Johan. Bayerum, 1654, in 8. Ulmæ, 1676, in 4. Nunc vero accuratè revisum

visum, variis arcanis atque experimentis certissimis ac inauditis auctum, & secundâ vice cum Appendice rarissimarum duarum Observacionum Medicarum editum à Joh. Matthiâ Nestero. Lipsiæ, apud Michaelem Ruswurm, 1677, in 12.

JOHANNES GEORGIUS MULLERUS

Hermes Academicus, sive, Tractatus eruditissimus olim sub titulo Consilii Historiæ Universitatis scribendæ à Christophoro Mylæo, Italo, conscriptus. Jenæ, 1624, in 8.

JOHANNES GEORGIUS PELSHOFERUS

○ Natus Gracii in Styria A. C. 1599, creatusq; Basileæ Doctor Medicinae, primum Hayna in Silesia Physicus Ordinarius constitutus est, ubi Medicinam feliciter usq; ad annum 1627 exercuit, quo nempe dehinc Wittebergam vocatus, illius Universitas Professionem Medicam publ. sustinuit. Obiit Wittebergæ A.C. 1637, etatis sua 38.

Johan. Beguini Tyrocinium Chymicum, Notis & Remediis Christoph. Gluckradtii & Jerem. Barthii auctum edidit.

Johan. Hartmañi Tractatum Phyco-Medicum de Opio edidit.

Disputatio de Sputo Sanguinis, Exeat Decade vii Disputationum Basileensium, 1631, in 4.

JOHANNES GEORGIUS SARTORIUS, Papaber-

gensis Admiranda Narium Hæmorrhæ-

gia, nuper observata & percurata. Cui adjuncta sunt alia stupenda ex diversis Authoribus collecta Sanguinis ex Naribus Profluvia. Altdorff No: icorum, apud Henricum Meye- rum, 1682, in 4.

Ungarorum Modgier Avagy Be-tegeus, hoc est, de Morbo Militari seu Castrensi, Ungarico communis nomine dicto Synopisis Historico-Physico-Botanico-Chymico-Therapevtica. Bambergæ, apud Johan. Jacobum Immel, 1684, in fol.

Observatio, de Phthisi inveterata & deploratâ, curatâ. Exeat Ephemerid. Academ. Nat. Curios. Germ. Decur, II. Ann. I. Num. 121.

de Angina lethali curata. Ib. An. eod. N. 123.

JOHANNES GEORGIUS SCHENCKIUS, à Graffenberg

Biblia Jatrica, sive, Bibliotheca Medica macta, continuata, consummata. Quâ velut Favissâ Auctorum in sacra Medicina Scriptis cluentium, Reique Medicæ Monumentorum, ac Diyitiarum Thesaurus cluditur. Francofurti, apud Johan. Spiessium, 1609, in 8.

Lithogenesis, sive, de Microcosmi membris petrefactis, & de Calculis eidem Microcosmo per varias matrices innatis: Pathologia historica, per Theoriam, & Autopsiam demonstrata. Accessit Analogicum argumentum ex Macrocosmo de Calculis Brutorum corporibus innatis. Qui-

bus concretio portentosa ex panspermio Semine viscoso & bolari per salis spiritum coagulato illustratur. Cui deinceps dissolutionis secunda pars & Germana soror associabitur. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1608, in 4.

De Formandis Medicinæ Studiis, & Scholâ Medicâ constituendâ Enchiridion selectum. Quo Jariss, aliquot Philosopherum & Medicorum, Hier. Mercurialis, Jacobi Sylvii, Honorati Castellani, Placotomi, & Alberti Wimpinæ, Methodi & Epigraphæ continentur. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12. Basileæ, apud Ludovicum König, anno, formâq; iisdem,

Exotericorum Experimentorum ad varlos morbos Centuriæ VII. In quibus remedia rara, selecta & comprobata ad morbos omnis generis tutò percurandos, ex probatissimis nostri seculi Medicis, qui vel in primariis Academiis, vel in Magnatum (puta Cæsarum. Regum, & Principum) Aulis, vel denique præcipuis Civitatibus, docendâ faciendâque Medicinâ inclaruere, diligenti operâ congesta exhibentur. Francof. apud Joh. Spiessum, 1607, in 8.

Pandectarum, sive, Partitionum Medicinalium, Liber quartus. Qui, τὸ σπουδωτικὸν, hoc est, tum probæ, tum adversæ valetudinis Signa, Salubria, Insalubria, & Neutra, eaque vel Diagnostica, vel Prognostica, vel Anamnestica, continet: tum quis Morborum decursus, quis exitus futurus sit demonstrat. Francofurti,

apud Jonam Rhodium, 1607, in 12. His additi sunt: Helideus de Padoanis ex Forolivio de Febribus, Methodus carativa Praetica Italorum Medicorum præcipuorum, operâ ejusdem Schenckii. Hieronymi Capivacci de Compositione Medicamentorum Institutio brevis pro Medico. Albertini Bottoni Tractatus de Modo discurrendi circa morbos, eosdemque curandi.

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Monstrorum Historia memorabilis monstrosa humanorum partuum miracula, st pendis conformatorium formulis ab utero materno enata, vivis exemplis, observationibus, & picturis, referens. Accessit Analogicum argumentum de Monstris brutis. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1609, in 4.

Pinax Auctoriū in re Medica, Graecorum, Latinorum priscorum, Arابum, Latino-barbarorum, Latinorum recentium, tum & peregrinis Linguis cluentium, Extantium, MSS. promissorum, vel desideratorum, qui Gynæcia, sive, Muliebria pleno argumento, sive, ex instituto Scriptis excoluerunt & illustrarunt. Argentorati, apud Lazarum Zettnerum, 1606, in 8.

Hortus Patavinus. Cui accessere Melchioris Guiliandini Conjectanea Synonymica Plantarum. Francofurti, apud de Bry, 1608, in 8. Sylva

Sylva Medicamentorum Compositorum. Lipsiae, 1617, in 8.

Johannis Guintherii Gynæciorum Commentariolum edidit. Argentorati, 1606, in 8.

○ Georgii Phædronis de Gelleinen Opuscula Jatro-Chemica cum suâ Præfatione edidit. Francfurti, apud Johannem Wolphium, 1611, in 8.

○ JOHANNES GEORGIUS SOMMERUS

Observatio, de Imaginationis effectu, ex terrore matris in recens nato, notato. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 40.

de Muliere nec ante, nec per, nec post partum menses aut lochia passa. Ibid. Ann. eod. N. 41.

de Ulcere fistuloso post hæmorrhoides suppressas. Ibid. Ann. eod. N. 42.

de Vomitu ex admoto cruribus decocto croci metallorum. Ibid. Ann. eod. N. 43.

de Ovo in Ovo. Ibid. Ann. eod. N. 44.

de iræ effectu in humano mortu, abortu & lactati infantis morte, noxio. Ibid. Decur. II. An. II. N. 172.

de Urinæ incontinentia. Ibid. An. eod. N. 173.

de Arthritide. Ibid. Ann. eod. N. 174.

de D'ipnoea ex fulmine. Ibid. An. eod. N. 175.

de Granulo seminum per urinam excreto. Ibid. An. eod. N. 176.

Observatio, de Causis morborum monstrosis. Ib. Ann. eod. N. 177. de Usu olei ligni fraxini. Ibid. An. eod. N. 178.

de Cōrio porcino cum nausea de glutito à ventriculo neglecto. Ibid. Ann. eod. N. 179.

de Calculo Vesicæ à Muliere leptuaginta novem annorum excreto. Ibid. Ann. eod. N. 180.

de foetu exangui. Ibid. Ann. eod. N. 181.

○ JOHANNES GEORGIUS TRUMPHIUS

Scrutinium Chemicum Vitrioli. In quo hujus Sal's mineralis nomen, definitio, differentia, delectus, temperamentum, & vires, methodice proponuntur, usus in Medicina fusè demonstratur, & tutus asseritur, medicamentorum solidorum & liquidorum parandi modus multis, novis, singularibusq; *γχειρίσεις* illustratur. Jenæ, apud Johan. Ludovicum Neuenhahn, 1667, in 4.

Observatio, de Ischuria diurna & recidiva curatâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios, Germ. Ann. IX. & X. N. 78.

de folio sive Operculo Cochlear. Ibid. Ann. eod. N. 79.

de Unguento sive Ballamo antiarthriticò Burrhiano. Ibid. Ann. eod. N. 80.

de malo gangrænoso totius corporis. Ibid. Ann. eod. N. 81.

JOHANNES GEORGIUS VOLCKAMERUS

Opobalsami Orientalis in Theriaces
D d d 2

ces Confectionem Romæ revocati Examen, doctiorumque calculis approbati Sinceritas. Extat cum Antonii Colmeneri de Chocolatæ Indæ qualitatibus & natura Lib. Noribergæ, apud Wolfgangum Endterum, 1644, in 12.

○ Collegium Anatomicum: coniunctum ex Clarissimis trium-Viris: ex Julii Jasolini, *Locri*, Quæstionibus Anatomicis. 1, de Cordis adipi. 2, de Aqua Pericardii. 3, de Poris Choledochis, & Vesica Fellea. 4, Osteologia parva: Marci Aurelii Severini, *Thurii*, totidem Epidochis, & Bartholomæo Cabrolio, *Aquitano*. Hanoviæ, apud Johan. Aubry, 1654, in 4. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4. Huic postremæ Editioni accessit Theodori Aldis Dissertation Epistolica de Generatione Animalium contra Harvejum.

○ Oratio in laudem Caspæ Hoffmanni scripta. Extat cum Praxi Medica Curiosa Casp. Hoffmanni. Francofurti, apud Johan. Justum Erythropilum, 1680, in 4.

○ Epistola de Stomacho, scripta ad Doct. Johan. Georgium Sartorium, Altdorphi Noricor. apud Henricum Meyerum, 1682, in 4.

○ Apollo TETRATEXNHS Serenissimus Princeps ac Heros Dn. Dn. Raymundus Sac. Rom. Imp. Comes de Montecuoli &c. ab Inclita Academia Naturæ Curiosorum Protector electus, acclamatione prorsâ & vorsâ publicè cultus à J. G. Volckamero. Noribergæ, apud Andream Knortzium, 1678, in 4. Extat etiam in

Appendice ad Ephemerid. Medic. Physicar. Germ. Acad. Nat. Curios. Decur. II. An. I. Ibidem, ap. Wolffgangum Mauritium Endterum, 1683, in 4.

○ Observatio, de miro Embryonis putrefacti partu. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. An. II. N. 221.

de Venæ sectione in ætate senili feliciter celebrata. Ibid. Ann. eod. N. 222.

de Hæmorrhagia feliciter curata. Ibid. An. eod. N. 223. & in Annotationibus ad eam.

de infelici bilis per crebriores Vomitus rejectione. Ibid. An. eod. N. 224. & in Annotationibus ad eam.

de admiranda & terribili convulsione. Ibid. Ann. eod. Num. 225.

de carunculis ex sinu Virgineo propendentibus exsectis. Ibid. Ann. eod. N. 226.

de insolita calculi in corpore transiuntis viâ. Ibid. Ann. eod. Num. 227.

de Margaritis veris & perfectis in Germania inventis. Ibid. Ann. eod. N. 228.

de Foramine Ventriculi. Ibid. An. eod. in Annotationibus ad Obs. N. 229.

de Curiosis quibusdam & Observatu dignis in foemina quâdam Norimbergensi. Ibid. Ann. eod. N. 265.

de Vermibus capitinis. Ibid. Ann. eod. N. 266.

Observ.

Observatio, de insolita Lactis abundantia. Ibid. Ann. VI. & VII. in Scholiis ad Observ. N. 70.
 ex Cadavere virili dissecto. Ibid. Ann. eod. N. 71. unā cum Scholiis ad eam.
 ex partu difficulti facilitato. Ibid. Ann. eod. N. 72.
 de Utero ex Virgine resecto. Ibid. Ann. eod. N. 73.
 de improvisa ventris tumidi curatione. Ibid. Ann. IX. & X. N. 17. unā cum Scholio ad eam de vera hydropis causa.
 de per vulgato quidem, sed in hydrope ascite, visceribus nondum corruptis, medicamento evposito. Ibid. Ann. eod. N. 18. unā cum Scholiis ad eam.
 de Hydrope Ascite in foemina infelicitate curato. Ibid. Ann. eod. Num. 19. unā cum Scholiis ad eam.
 de Sterilitatis à vulnerato Utero curatione. Ibid. Ann. eod. N. 62. unā cum Scholiis ad eam.
 de Uvis quibusdam præmaturis. Ibid. Decur. II. Ann. I. in Scholiis ad Observat. N. 4.
 de Excrecentia s. tuberculo prope uvulam sine excisione curata. Ibid. in Scholiis ad Observ. N. 15.
 de Ovis monstrosis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 16.
 de Ecstasi. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observat. N. 76.
 ex Sectione Calculi vesicæ quater celebratæ. Ibid. An. eod. N. 177. unā cum Scholiis ad eam,

Observatio, de Hydrope ascite periculoso cum maculis feliciter curato. Ibid. Ann. eod. N. 178. unā cum Scholiis ad eam.
 de Aquis thermalibus Carolinis nimium potis. Ibid. Ann. eod. Num. 179. unā cum Scholiis ad eam.
 de atroci alvi fluxu cum dolore mox sopito. Ibid. Ann. eod. Num. 180. unā cum Scholiis ad eam.
 de Scorzonera montana alexipharmacis. Ibid. An. eod. Num. 181.
 de Pulveris Pyri usū in extinguendis spiramentorum camini incendiis. Ibid. Ann. eod. N. 182. unā cum Scholiis ad eam.
 de curiosa trium in prægnante foemina circulationum indagatione. Ibid. Ann. eod. N. 185. unā cum Scholiis ad eam.
 de Planta Umbilicata incombustibili. Ibid. Decur. II. Ann. II. in Scholiis ad Observ. N. 61.
 de Lapide Bezoar ex Simiis Berne majoribus. Ibid. Ann. eod. Num. 189. unā cum Scholiis ad eam.
 de periculo Mercurii usū, Antimonio diaphoretico emendato. Ibid. Ann. eod. N. 190. unā cum Scholiis ad eam.
 de potu nimium parco, hepatico imprimis nocivo. Ibid. Ann. eod. Num. 191. unā cum Scholiis ad eam.
 de Calvariaz recenset ex patibulo desumptæ mira destillatione. Ibid.

An. eod. N. 192. una cum Scholii ad eam.

Observ. de periculosa æris subtractione. Ibid. Ann. eod. N. 193. una cum Scholii ad eam.

○ JOHANNES GEORGIUS
WALTHERUS

Sylva Medica opulentissima, tali-
ter haec tenus non visa. In qua non so-
lum ex aliquot centenis Autoribus
Medicis, tum priscis & Galenicis,
tum Neotericis & Chymicis, quo-
quot haec tenus inveniri potuerunt,
omnia morborum nomina & syno-
nyma, tam barbara & obsoleta, quam
usitata & communia, Literâ suâ ini-
tiali ordine Alphabetico ita sunt col-
locata, ut exemplò & quasi in spe-
culo videri possit, quid, quinam, &
quot Autores de unoquoque morbo
scripserint, & quo in Libro, Capite,
& paginâ singula statim reperiri que-
ant; sed & plurima experimenta,
tam simplicia, quam composita &
Chymica, quæ prædicti Autores in
Scriptis suis peculiariter præ aliis
commendarunt, & multiplici experi-
entiâ comprobant, fideliter inser-
ta sunt; addito in fine duplo Indice:
altero Morborum, altero Autorum:
in gratiam imprimis & summam utili-
tatem Medicinæ Practicæ Tiro-
num. Budissæ, ap. Fridericum Arnst.
1679, in 4.

○ JOHANNES GEPPIN-
GENSIS

Antidotarium Chirurgicum. Ex-
tat cum Georg. Hieronymi Velschii
Exotic, Curat, & Observat, Medici-

nal. Chiliad Ulmæ, apud Christian.
Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES GERHAR.
D U S

Decas Quæstionum Physico-
Chymicarum Selectiorum & Gra-
viorum, omnibus tam Hermeticæ,
quam Peripateticæ Philosophiæ Stu-
diosis scitu necessariarum, lectu jucun-
darum, atque utilium de Metallis.
Cui adjuncta est Medulla Gebrica, de
Lapide Philosophorum, extracta
ex Libro summae Perfectionis Ge-
beri. Tubingæ, apud Philibert. Brun-
nium, 1643, in 8.

Panaceæ Hermeticæ, sive Medicinæ
universalis assertio ac defensio
Galen. Chymica. Cui adjecta sunt:
1. Ventilatio ac discussio arduæ illius
Quæstionis in Medicina: Utrum au-
rum obryzatum, foliatum, aut in
pollinem redactum, aut etiam igni-
tum, in vino vel aqua destillata vel
alio liquore extinctum intra corpus
assumtum, usum & effectum habeat
medicinalem salutarem? 11. Arca-
num Lullianum, seu modus seeretis-
simus conficiendi & componendi u-
niversalem medicinam, per verum &
genuinum Artis Spagiricæ artificiū.
Ulmæ, apud Balthalarem Kühnen,
1640, in 8.

Commentatio per brevis & per-
spicua in Apertorium Raymundi
Lullii, de Lapide Philosophorum:
cum adjecta interpretatione Testa-
menti novissimi Arnoldo de Villa-
nova attributi, de eodem Lapide.
Tubingæ, apud Philibertum Brun-
nium, 1641, in 8.

○ Exer-

○ Exercitationes in Gebri, Arabinis, Philosophi Chemici Libros duos. Tubingæ, 1635, in 8.

○ Anatomiae Corporis humani succincta Comprehensio. Tubingæ, 1653, in 8.

JOHANNES GERSDORF,
Argentinensis.

De Chirurgia, & Corporis humani Anatomia, Liber. Francof. apud Hermannum Gulferich, 1551, in 8.

JOHANNES GESSLERUS,
Angelopolitanus.

Præstantiora ac dudum modo experta contra pestem aliqua remedia, ex antiquissimis Medicis excerpta. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1544, in 8.

○ JOHANNES GOEDAR.
TIUS

Metamorphoseos & Historiæ Naturalis Insectorum Partes tres, auctæ Observationibus & Appendicibus Johannis de Mey. Cum Figuris zneis. In Tribus Voluminibus. Medioburgi, 1668, in 8.

De Infectis in Methodum redactus & cum Notulis editus à Martino Listero. Londini, apud S. Smith, 1685, in 4.

JOHANNES GOR.
RÆUS

○ Natus Lutetia Paris. A.C. 1505, Patre Bituricense, itidem Medico: fuit Medicina Professor Regius: Graeca, Latinaq; Lingua, ut & Poeseos peritissimus. A.C. 1561 cùm Lutetia Melodunum, ad ejus loci Episcopum,

pro restituendâ ejus valetudine, accerseretur, in viâ ipse morbo corruptus, hincq; domū reportatus, post aliquot annos, perpetuus interea valetudinarius, tandem obiit Lutetia Paris. A.C. 1577, atatis sua 72.

Opera. Definitionum Medicarum Libb. xxiv, à Johan. Gorrao F. locupletati, & accessione magnâ adauerti. Nicandri Theriaca & Alexipharmacæ cum interpretatione, & Scholiis ejusdem. Hippocratis Libelli de Genitura, de Natura pueri, Jusjurandum, de Arte, de Præca Medicina, de Medico, eodem interprete, cum Annotationibus, & adjectis, unicuique Libello brevibus Scholiis. Formulæ remediorum, quibus vulgò Medicis utuntur, autore Petro Gorrao, Bituricensi. Parisiis, apud Societatem Minimam, 1622, in fol.

Definitionum Medicarum Libri xxiv. Literis Græcis distincti. Lutetia Parisiorum, apud Andream Wechelum, 1564, in fol. Francofurti, apud Andream Wechelum, 1578, 1601, in fol.

In Hippocratis Lib. de Medico. Annotations & Scholia. Parisiis, apud Wechelum, 1543, in 8.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmacæ, cum interpretatione & Scholiis. Parisiis, apud Vascofanum, 1549, in 8.

Præfatio in Alexipharmacæ Nicandri. omnem de Venenis Disputationem complectens. Accessit in fine ejusdem de Lepore marino ad Guilielmum Rondeletium Apolog'a. Extant cum Alexipharmacis Nicandri à le

à se interpretatis & editis Parisiis, ap.
Guil. Morelium, 1557, in 4.

Opuscula quatuor. Quæstiones
duæ Cardinalitæ Matutinis Dispu-
tationibus ad discutiendum proposi-
tae in Scholis Medicorum Parisien-
sium. I. An Medicorum Parisiensium
Phlebotomia jure vel injuria accu-
santur? II. An Methodus medendi
Medicorum Parisiensium omnium
saluberrima? Quæstionis utriusque
Assertiones singulæ confirmantur ex
enarratis Hippocrat's & Galeni locis.
Item de usu Venæfectionis ad curan-
dos morbos Μέντερας Φρονήσεως, secun-
dæ Cogitationes. Nec non brevis
Animadversio in Libellum Johannis
Lanæ Chirurgi togati Parisiensis,
quo Aphorismos Hippocratis in no-
vum ordinem digesti. Parisiis, apud
Calparum Meturas, 1660, in 4.

Galeni in Prognostica Hippocratis
Libri vi, Johanne Gorræo interpre-
te. Lugduni, 1552, in 12.

JOHANNES GRAMAN. NUS

Tractatus de Pharmaco purgante,
Quòd Galeni mancipia, Pseudo-Me-
dici, ac Logiatri suis catharticis, seu,
purgantibus, cùm sint deleteria, ve-
nenosa, corrosiva, nullo Spagirices
artificio separata, digesta, atque cor-
recta, plurimum obsint, Erphordiæ,
1593, in 4.

Apologetica Refutatio Calumniæ,
quæ Paracelsistæ Philosophi & Medici
saniores nimis violenta corrosiva de-
leteria ægris propinare dicuntur, Er-
fordiæ, 1593, in 4.

JOHANNES GREGORIUS GOBELIUS

Epistola Medica. Extat cum Cista
Medica Johannis Hornungi. Nori-
bergæ, apud Simon. Halbmayerum,
1625, in 4.

De Thermis Piperinis, & affectu
quodam gravissimo oculorum Epis-
tola. Extat Cent. I. Epistol. Guil.
Fabr. Hildani, Oppenheimi, apud
Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4,
pag. 376.

JOHANNES GREIFFEN- HAGEN

Epistola Medica. Extat cum Cista
Medica Johannis Hornungi. Nori-
bergæ, apud Simonem Halbmayer-
um, 1625, in 4.

JOHANNES GRIMA- NUS

Animi Cultura in Rebus Physicis.
Venetiis, 1615, in 4.

JOHANNES GUIDIUS, Volaterranus

De Mineralibus Tractatus absolu-
tissimus, in Libros quatuor divisus.
In quorum I. agitur de Metallariis.
De Artificiis Metallorum. De Al-
chimistis. In II. de Metallicis. De Au-
ro, & Argento. De Gemmis. De Fer-
ro, & Armis. De Salinis. In III. de
Moneta. De Thesauris. De Rebus
aureis, & argenteis. De Ornamen-
tis. De Vestibus auratis. In IV. de
publica utilitate. De privata utilita-
te. Francof. apud Egenolphum Em-
bellum, 1627, in 4.

JOHAN-

**JOHANNES GUILIELMUS
STUCKIUS, Tigurinus**

Antiquitatum convivialium Libri tres. In quibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque nationum antiqua conviviorum genera, nec non mores, consuetudines, ritus, ceremoniæque conviviales, atque etiam alia explicantur, & cum his, quæ hodiè cùm apud Christianos, tum apud alias gentes à Christiano nomine alienas in usu sunt, conferuntur: multa Grammatica, Physica, Medica, Ethica, Oeconomica, Politica, Philosophica denique, atque Historica cognitu jucunda simul & utilia tractantur: plura sacrorum & prophenorūque Autorum veterum loca obscura illustrantur, corrupta emendantur: denique desperatus deploratusque nostrorum temporum luxus atque luxuria gravi censurâ damnatur. Tiguri, apud Christoph. Froschovem, 1582, in fol.

JOHANNES GUNTHERIUS

D Natus Andernaci Ubiorum opido ad Rhenum sito A. C. 1497, Parentibus tenuis fortuna: primùm Lovanii Linguam Græcam publicè docuit: deinde demum Lutetia Paris. Medicina lauream adeptus, Medicus Regius salutatus est: tumq; non solum Medicinam feliciter exercuit, sed & Anatomiam hactenus neglegit in usum revocavit. Lutetia ob bellum tempestates Metim, hincq;, exactis aliquot annis, tandem Ar-

gentoratum concessit, ubi Professoris & Medici Practici munere functus est, donec ibidem obiit A. C. 1574, atatis sua 87.

D Anatomicarum Institutionum, secundum Galeni sententiam, ad Candidatos Medicinæ Lib. I v. Basileæ, apud Balthas. Lasium, & Thomam Platterum, 1536, in 8. apud Robertum Winter, 1539, in 4. Huic Edit. accesserunt Theophilii Protospatarii de Corporis humani Fabrica, Libri v. Junio Paulo Crasso interprete. Item Hippocratis Coide Medicamentis Purgatoriis Libellus, nunquam ante nostra tempora in lucem editus, eodem Jun. Paulo Crasso interprete. Apud Eundem, 1556, in 8. Adjecto huic Opusculo Georgii Vallæ de Partibus humani corporis. Venetiis, 1555, in 16. Patavii, 1558, in 8. ab Andr. Vesalio auctiores & emendatores reddit, atque unà cum dicto Georgii Vallæ Opusculo, sed sine cæteris prioribus Editionibus additis, editi. Wittebergæ, 1613, in 8.

De Victus, & Medendi ratione, tum alio, tum Pestilentie maximè tempore observanda. Argentorati, apud Wendelium, 1542, in 8. Basileæ, apud Hæredes Cratandri, 1549, in 8, cum Marsili Ficini de Vita Lib. III. Parisiis, apud Jacobum du Puys, 1577, in 16. cum Theslauro Sanitatis Johannisi Liebaultii.

De Pestilentia, Commentarius, in quatuor Dialogos distinctus. Argentorati, apud Christ, Mylium, 1565, in 8.

Gynæciorum Commentariolus de Gravidarum, Parturientium, Puerperarum, & Infantium curâ. Ex Bibliotheca Schenckiana emissus à Johanne Georgio Schenckio F. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1606, in 8.

Di Galeni de Diebus Decretoriis Libros. III. interpretatus est, Lugduni, 1553, in 12.

Ejusdem de Anatomicis Administrationibus, Libros IX. itidem interpretatus est. Ibid. 1551, in 12.

De Medicina veteri & nova, tum cognoscendâ, tum faciundâ, Commentarii duo. Basileæ, apud Henr. Petri, 1571, in fol. 2 VOLL.

Commentarius de Balneis, & Aquis medicatis, in tres Dialogos distinctos. Argentorati, apud Theodosium Ribelium, 1565, in 8.

Interpretatio Graeco-Latina Alex. Tralliani Librorum Medicinal. XI. Basileæ, apud Henr. Petri, 1556, in 8.

Cl. Galeni Lib. de Plenitudine convertit. Extat cum Anton. Benivenii Opere, de Abdit's noanullis morborum causis. Parisiis, apud Christoph. Wechelum, 1528, in fol.

Item, Ejusdem Introductionem seu Medicum.

Item, Ejusdem Commentaria, in Librum Hippocratis de Natura humana.

Item, de Anatomicis Administrationibus Lib. IX.

Item, de Semine Lib. II. De Tremore, Palpitatione, Convulsione & Rigore. De Plenitudine. De Morbo-

rum Temporibus, De Diebus Decreto-riis Lib. III. De Compositione Me-dicamentorum Lib. VII.

Item, Libros X. de Compositione Medicamentorum secundum locos Latinitate donavit. Basileæ, 1537, 1593, in fol.

D'Orbasi Commentaria in Apho-riſmos Hippocratis, velut è profun-dissimis eruta tenebris, edidit, Venetiis, apud Johan. Anton. de Nicolini de Sabio, 1532, in 8.

Pauli Äginetæ, de Re Medica Lib. VI, in Latinum vertit: Adiectis An-novationibus in singulos Libros.

Polybi, de Diaeta salubri.

JOHANNES GUILIO-

TUS
Enarratio & Enodatio affectus ra-ri & insignis. Basileæ, 1653, in 8.

JOHANNES GUTIEREZ,
de Godoy

In Librum Aristotelis de Memoria & Reminiscencia, Commentaria. Gu-rennæ, in 4.

Quod officium Matris sit, Infan-tem nutrire. Ibidem, in 4.

JOHANNES HARDO-VICUS HAMPIUS,

Göttinga-Brunsvi-censis

Dissertatio Medica de Rhagadi-bus, & imprimis earum Curatione. Argentorati, apud Georg. Andream Dolhopffium, 1678, in 4.

JOHANNES HARTMAN-NUS

○ Natus est Amberge: creatu-
Mat-

Jo
Marburgi A.C. 1591 Philosophie Ma-
ster, mortuus eadem in Universitate
Matheseos Professor declaratus, tan-
dem etiam 1606 ibidem Medicina
Doctor renunciatius, Chymiam vix
nominetenuis antehac illie locorum no-
nam, primus in eâ Academîa publicè
docere capiit, factus postremo simul
Archistar in Aula Cassellana. Clari-
ruit circa A.C. 1625.

Praxis Chymiatrica: à Joh. Michaeli, & Geo: Everhardo Aut. Fil. edita Lipsiae apud Gottofr. Grossium, 1633, in 4. Francofurti, apud Casp. Rotelium, 1634, in 8. Huic Editioni adjectus est, propter affini-
tatem materiae, Tractatus novus de Oleis variis Chymicè destillatis. Ge-
nevæ, apud Petrum Chovet, 1647,
in 8. Huic Editioni adjecti sunt pro-
pter materiae affinitatem tres Tra-
ctatus novi. 1. de Oleis variis Chy-
micè destillatis. 11. Basilica Anti-
monii Hameri Poppi Thallini. 111.
Marcii Cornacchini Methodus, qua
omnes humani corporis affectiones ab humoribus copiâ vel qualitate peccantibus Chymicè & Galenicè curantur. Ibidem, apud Samuel. Chovet, 1649, in 8. Lugduni Ba-
tavorum, apud Jacobum Voon, 1663, in 12. quæ Editio recognita, &
præ omnibus hactenus Editionibus
emendata est Francofurti, apud Jo-
han. Arn. Cholin, 1671, in 4. Nori-
berge, apud Wolfgang. Maurit. Endterium, & Johan. Andr. Endteri
Hæredes, 1677, in 4. indefesso la-
bore & pari Chymiatricæ experientia
ab innumeris istis mendis & falsatio-

ne typographicâ revindicata, nec
non accessione prætermissa ab Au-
thore morborum Theoriz, una cum
eorum signis diagnosticis, causis &
prognosticis, præcipuarumque to-
tus corporis partium Anatomicâ
descriptione illustrata atque com-
plurib[us] arcans, experimentis &
secretioribus præparationibus locu-
pletata à Joh. Hiskia Cardilucio.
Cui, eodem Cardilucio Authore, ac-
cessit Zodiacus Medicus sive Libel-
lus de Concordantia Rerum Medica-
rum cum Zodiaco cœlesti, seu duo
decim Domibus Solis & Lunæ, ea-
rumque virtutibus influentialibus
multifariis, præcipue tamen qua-
druplicibus, juxta quatuor trigonos
seu qualitates elementares, videlicet
aream, igneam, terream & aquam;
totidemq[ue] præcipias hominum
complexiones, nimirum sanguine-
am, cholericam, melancholicam &
phlegmaticam. In quo legitima sim-
plicium collectio, efficax præpara-
tio, specifica mistio, atque opportu-
na administratio ostendit, tam pro
medicaminibus è mineralibus, ani-
malibus ac vegetabilibus paribili-
bus, quam ipsorum vehiculis appro-
priatis.

Diatrībe de Usu Medico Microcos-
mi, i.e. Disquisitio, quomodo & qua-
lia è corpore humano vivente, ejus-
que manente integritate, Medica-
menta in usum medicum transferri
queunt. Antehac in Academia Mar-
purgensi dictata, nunc verò evulga-
ta à Zachariâ Brendelio. Erfurti, ap.
Joh. Reiffenbergerum, 1635, in fol.
Dispu-

Disputationes Chymico-Medicæ, sub ejus Præsidio ab aliquot Medicis Candidatis & Studioſis publicæ censuræ expositæ. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1611, in 4. Secunda deinde Editio aliquot Disputationibus auctior, Ibidem, 1614, in 4. Cui quoque accessit Philosophus, seu, Naturæ-Consultus Medicus.

Philosophus, sive, Naturæ-Consultus Medicus: Oratione publicâ initio Professionis suæ ab Autore factus & productus 1 v. Kal. Aprilis, MDC IX. Accessit Programma publicum ad Philosophiæ, & veræ Medicinæ Studioſos, futuræ Professionis Chymiatricæ consilia & rationes indigitans. Marpurgi, ap. Paulum Egenolphum, 1609, in 8.

¶ Tractatus Phyſico-Medicus de Opio, in lucem editus à Joh. Georgio Pelſhofero. Wittebergæ, apud Hæredes Clem. Bergeri, Typis Joh. Röhneri, 1635, in 8. Ibid, apud Frideric. Bergerum, 1658, in 8.

Epistolæ variæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

Oswaldi Crollii Basilicam Chymicam plurimis selectis, & secretissimis propriâ manuali experientiâ approbatis Descriptionibus, & usu remediiorum Chymicorum auxit.

Opera omnia Medico-Chymica. In quibus Praxis Ejus Chymiatrica: Notæ in Basilicam Crollii, & Beguini Tyrocinium: Disputacio-

nes Chymico-Medicæ. Quibus accessit Philosophus, sive Naturæ Consultus Medicus, initio Professionis Chymiatricæ ab ipso propositus: Tractatus de Opio: Miscellanea Medico-Chymica: & Introd. & in Vtalem Philosophiam, continentur. Partim antehac seorsim impressa; partim verò jam ex Authoris MSS. nondum antea editis collecta & in unum Volumen congesta, atque pluribus aucta à Conrado Johrenio: Francofurti ad Moenum, apud Viendam Seylerianam, 1684, in fol.

JOHANNES HARTMAN-NUS BEYERUS,

Francofurten-

Ludovici Mercati, ejusque Operum Encomium. Exstat in Operibus Mercati. Francofurti, apud Zacharium Palthenium, 1608, in fol.

De Lactis, ejusque Partium natura & viribus, Disputatio. Tubingæ, apud Tobiam Gruppenbachium, 1586, in 4.

De Morbis Formæ & totius substantiæ, Disputatio. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES HASFURTUS,

Virdungus

Nova Medicinæ Methodus, Mathematica ratione curandi morbos. Ettelingæ, apud Valentinum Kobian, 1532, in 4. Hagenoz, 1533, in 4. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1584, in 4. H. I. Paulus Gallutius argumenta & explicacionem inscriptis.

JOHAN-

JOHANNES HASLERUS,
Bernensis

De Logistica Medica (hoc est, de Morborum, & Medicaminum qualitatum gradas, purgantiumque doses atque proprietates investigandi, ratione apotistica) Problematis novem absoluta. Liber unus. Augustæ, apud Valentinum Schonigh, 1578, in 4.

JOHANNES HAWKINS,
Anglus

Discursus de Melancholia hypochondriaca potissimum: ex occasione affectus cuiusdam Illustris Heiligen habitus. Heidelbergæ, ap. Wilh. Fitzerum, 1633, in 4.

JOHANNES HEBERLING,
Gammundiensis

Lectio declarativa super Epidemiam morbo. Dolæ, 1492, in 4.

JOHANNES HECKIUS

Disputatio de Peste: & quare præcipue grassetur tot annis in Belgio. Daventriæ, apud Johannem Cloppenburch, 1605, in 4.

JOHANNES HEINSTIUS

Diaœcœpsis de Pilis, eorumque naturâ: utrum verè sint corporis partes, nunc excutitur. Amstelodami, in 12.

Epistolæ variae Medicae. Extant cum Cœpta Medica Johan. Hornungi. Norbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES HELFRICUS
JUNCKEN

Chymia Experimentalis Curiosa, ex principiis Mathematicis demonstrata. In qua ex triplici Regno remedia generosiora à Neotericis & aliis hactenus inventa fideliter exhibentur: adjunctis singulariorum Remediorum Formulis, adversus omnes tam internos, quam externos corporis affectus. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1681, in 8.

Medicus præsenti Seculo accommodandus, per veram Philosophiam Spagyricam, Rerum naturalium veris fundamentis exordiandus, & facilitori, omnis generis morbos curandi, methodo illustrandus: ubi Pars Prima continet Medicaminum essentia lia fabricandi fundamina; scitu admodum necessaria, Practicis Recen torum principiis instructis vel instruendis, stimuli loco conscripta: quod Virorum Clarissimorum, Hel montii, Sylvii, Tackenii, Volkameri, Ettmüller, Ludovici, Wedeli, aliorumque conscientiosiorum Medicorum ductu, ipsam medicaminum generosiorum fabricationem sibi commendatam habeant, ut verifiant Hippocratis Filii, & proximo suo meliori cum conscientia inferuant. Francofurti, sumptibus Authoris, typis Johani Dieterici Fried genii, 1682, in 8.

JOHANNES HELWIGUS,
Noribergensis

○ Natus Noribergæ A. C. 1609, Patre Christoph. Helwigio, Merca tore

tore ibidem primario: creatus Philo-
sophia & Medicinae Doctor Patavii

1634: mox in Patriam reversus, inq.
Collegium Medicum receptus, & Xe-
nodoxii Medicus ordinarius consti-
tutus est; ubi simul Praxin Medicam
feliciter exercuit, usq; ad annum
1649, quo Ratisbonam discessit, quā
in urbe Medicinam eādem felicitate
facere perrexit, idq; usq; ad obitum
suum, qui contigit A. C. 1674, atatis
sua 65.

Αλφειον ιατριον, hoc est, bre-
vis totius Medicinae Hippocraticae in
paucas Tabellas reductæ Delineatio.
Noribergæ, 1631, in fol.

◎ Observationes Physico-Medi-
cæ posthumæ. Augustæ Vindelico-
rum, apud Theophilum Göbelium,
1680, in 4.

JOHANNES HENE- RUS

De tristissimo Pestilentia malo.
Parisiis, apud Cathar. Barbe, 1551,
in 12.

JOHANNES HENNEMAN- NUS REYSINGH,

Uratislavensis

Idea loimodes. In qua salubres
oppido, ac certissimæ, in præsentissi-
mâ Luis Pestiferæ contagio, præser-
vandi, curandique rationes ac media
succinctè luculenterque suggerun-
tur. Francofurti, apud Anton. Hum-
mum, 1615, in 4.

JOHANNES HENRICUS ALSTEDIUS

Nomenclator Medicinæ. Extat
Encyclopædiæ Libro v, Cap. xxxv.

Herbornæ Nassoviorum, 1630, in fol.
2 Voll.

Encyclopædiæ Liber septimus &
vigilimus. Exhibens Medicinam
tribus Sectionibus. Prima, ex mente
Hippocratis & Galeni. Secunda, ex
mente Chymicorum. Tertia, in qua
delineatur Medicina Specialis. Ad-
dita est Medicina Practica recens &
nova: continens omnes totius hu-
mani corporis morbos, per Alphabe-
ticum ordinem collectos. Quibus;
nam' inq; sunt addita Medicamenta
omnia composita & vindicta, & quæ
ubique locorum hodie in Pharmacopœis,
seu, Apothecis semper extant
parata: nunc denio emendatior edi-
ta & auctior. Cum certa composto-
rum dosi sub finem appensa. Autore
Martino Rulando, Frisingensi. Ex-
tant ibidem Vol. secundo.

Georgica. Phyturgica. Bucolica.
Artopoëtica. Oehoëtica. Zythepti-
ca. Pharmacopoëtica. Chirurgica.
Metallurgica. Extat ejusdem Ency-
clopediæ Libro xxix.

De Historia Medica Cap. ix, Lib.
xxxii. Encyclopædiæ. Ibidem.

Gymnaستica. Extat ibidem Lib.
xxxv, Sect. xxxii.

Tabacologia. Extat ejusdem Libri
Sect. xxxii.

Clavis Artis Lullianæ. Argento-
rati, 1633, 1652, in 8.

JOHANNES HENRICUS BRECHTFELDIUS

Observatio, de Lapide in Pulmoni-
bus. Extat Act. Hafniens. Vo-
lum. I. N. 99.

Obser.

- Observatio, de Lapide in Intestinis.
Ibid. Volum. eod. N. 100.
de Aphonya ex terrore. Ibid. Volum. eod. N. 101.
de ructu continuo à leni corporis frictione. Ibid. Volum. eod. N. 102.
de Hydrope dextræ tubæ uteri, paracenthesi curato. Ibid. Volum. eod. N. 103.
de Scarificatione crurum Hydro-
pico lethali. Ibid. Volum. eod. N. 104.
de Hæmoptisi periodica innoxia.
Ibid. Volum. eod. N. 105.
de Testiculo altero circa annos pubertatis primum erumpente. Ibid. Volum. eod. N. 106.
de Empyemate Ossis sacri. Ibid.
Volum. eod. N. 107.
de Erysipelate $\zeta\omega\tau\eta\pi$ dicto. Ibid.
Volum. eod. N. 108.
de Gulæ & narium coalitu à Variolis. Ibid. Volum. eod. Num.
109.
ex Anatome Vetula ulcere pul-
monum laborantis. Ibid. Volum. II. N. 14.
ex Anatome Phthisici. Ibid. Volum. eod. N. 15.
ex Anatome Virginis scrofulis &
hydrope pectoris laborantis.
Ibid. Volum. eod. N. 16.
ex Anatome Vetulæ Diarrhæa
defunctæ. Ibid. Volum. eod.
Num. 17.
de $\tau\sigma\phi\lambda\alpha\tau\iota$ Cranii, in pueru octen-
ni, perforatione feliciter cu-
ratâ. Ibid. Volum. III. Num.
69.

Observatio, de Calculo extempo-
raneo. Ibid. Volum. eod. N. 70.
de lumbrico lato in infante bimul-
lo. Ibid. Volum. eod. N. 71.

de aco deglutita pone umbilicum
à Natura protrusa. Ibid. Volum.
eod. N. 72.

ex Anatome Hydrophobici. Ibid.
Volum. V. N. 114.

de Monstro Lalandico. Ibid. Vo-
lum. eod. N. 127.

JOHANNES HENRICUS FREYTAGIUS

Catalogi testium Veritatis Chy-
miatricæ Prodromus, hoc est, Ob-
servationum, seu, Curationum Me-
dico-Chirurgicarum ad Methodum
Chymicam institutarum, Centuria
prima. Quedlinburgi, apud Otto-
nem Christophorum Salfeldt, 1635,
in 4. Ibid, 1636, in 8.

JOHANNES HENRICUS FROLICHIUS,

Basilensis

De Convulsionum Cognitione &
Propulsione, Disputatio. Extat De-
cade IV. Disputat. quas collegit &
edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius,
1620, in 4.

JOHANNES HENRICUS GLASERUS

Tractatus Posthumus de Cerebro.
In quo hujus non fabrica tantum, sed
actiones omnes principes, sensus ac
motus, ex Veterum & Recentiorum
placitis & Observationib⁹ perspicue
ac methodicè explicantur. Basileæ,
apud Jacobum Berchtium, 1680,
in 8.

JOHAN-

○ JOHANNES HENRICUS
HEGNERUS

Observatio , de admirandis motibus convulsivis, in pueris nonnullis rusticis, cum excretione segmentorum ligneorum, Serpentis, Teredinis, Hrudinum & pilorum. Extat Ephemer Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 64.

JOHANNES HENRICUS
MEIBOMIUS, Helme-
stadiensis

De Phthisi, Disputatio. Extat Decade II. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1619, in 4.

Commentarius in Hippocratis Jusjurandum. Lugduni Batavorum, apud Jacobum Lauwijckium, 1643, in 4.

○ De Flagrorum usu in Re Venera, Epistola. Lugduni Batav. apud Elzevirium, 1643, in 4. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1670, in 8, edente Thomâ Bartholino.

○ De Mithridatio & Theriaca, Discursus. Lubecæ, apud Aug. Johan. Beckerum, 1659, in 4.

○ De Cervisiis Potibusque & Ebriaminibus, extra Vinum, alii, Commentarius. Accedit Adr. Turnebi Libellus de Vino. Helmestadii, apud Johannem Heitmüllerum, 1668, in 4.

○ Epistola de Cynophoria, seu, Canis portatione ignominiosa. Extat cum Christian. Francisci Paullini Cynographia, seu, Canis Descri-

potione curiosa. Norimbergæ, apud Joh. Georgium Endterum, 1685, in 4.

JOHANNES HENRICUS
MENNUS

Quingentorum Curationum memorabilium & mirandarum, Pars prima. Coloniæ.

Aurum potabile redivivum, quo Franciscus Antonius mira, morbos curando, præstabat. Francofurti.

JOHANNES HENRICUS
RYHINERUS, Bâsilienfis

De Arthritide, Disputatio. Extat Decade III Disputat, quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

JOHANNES HENRICUS
SCHERLERUS

Augmentum Historiæ universalis Plantarum Johan. Bauhini. Extat ibidem.

Eiusdem & Joh. Bauhini Historiæ Plantarum Prodromus. Eboraci, 1619, in 4.

○ JOHANNES HENRICUS
STROMAJERUS.

Experimenta. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consil. Medicinal. Centuris IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES HERMAN-
NUS

Oratio de Medicinæ usu. Item de rerum Sympathia, & Antipathia. Extat Tomo I. v. Orationum Philippi Melanthonis, p. 708.

De Causa Putredinis in corpore huma-

humano, & an Definitiones Putredinis ab Aristotele & Galeno positæ, re ipsi convenient, nec ne? Wittebergæ, 1556, in 8.

JOHANNES HESSUS,
Norimbergenfis.

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum. Quâ proponuntur Quæstiones aliquot simplicium Medicamento rum, nempe Cardamomi, Gelsomini, Succini, Salsæparillæ, Glycyrrhiza, Hyoscyami albi, Aluminis, Ha losanthi, Lapidis Morochti, & aliorum quorundam. Extat Lib. III. Epistol. Matth. pag. 323.

JOHANNES HEU-
NIUS

De Hirudinum usu & efficaciâ in Medicina, Tractatus. Gipswaldia, 1652.

JOHANENS HEUR-
NIUS,

D Natus Ultrajecti A. C. 1543: Patre Ottono Heurnio : Medicina Doctor renunciatus Ticini 1571: A. C. 1573 in patria Medicinam exercere cœpit simulq; ejusdem Reipubl, Senator electus est. Anno 1581 na-
do Lugduni Batavorum Professoris publ. munere, unâ Principis Auriaci, & omnium ferè Procerum Hollandie Medicus ordin. factus est; ubi etiam obiit calculo vesicae A. C. 1598, atatis sue 59.

D Opera omnia, tam ad Theori am, quam ad Praxin Medicam spe-
ctantia, ab Ottone Heurnio F, in duos Tomos distributa ac edita,

Lugduni Batavorum, apud Raphe lengium, 1609, in 4. Lugduni, apud Joh. Ant. Huguetan & Marc. Ant. Ravaud, 1658, in fol.

Index contentorum:

- I. Institutiones Medicinæ.
- II. Praxis Medicinæ Generalis.
- III. Praxis Medicinæ Particularis, in qua sunt, de Morbis Capitis, Liber.
- IV. De Morbis Oculorum, Aurium, Nasi, Dentium, & Oris, Liber.
- V. De Morbis Pectoris, Liber.
- VI. De Febribus, Liber.
- VII. De Peste, Liber.
- VIII. De Morbis Ventriculi, Liber.
- IX. De Morbis Mulierum, Liber.
- X. Responsum ad supremam Curiam Hollandiæ, *Nullum esse aquæ innatationem Lamiarum indicium.*
- XI. Oratio de Medicinæ origine, Æsculapidum ac Hippocratis Stirpe & Scriptis.
- XII. De Humana felicitate, Liber.
- XIII. De Morbis Novis & Mirandis, Epistola.

COMMENTARIA in HIP-
POCRATIS

- XIV. Libros II, de Natura humana.
- XV. Jusjurandum.
- XVI. Librum de Medico.
- XVII. Legem.
- XVIII. Librum de Arte.
- XIX. Librum de Veteri Medicina.
- XX. Librum de Elegantia.
- XXI. Præceptiones.
- XXII. Librum de Carnibus, sive, Principiis.

xxiiii. Librum de Purgatoriis Re-mediis.

xxiv. Libros iii. Prognosticon.

xxv. Libros iv. de Viētus ratione in Morbis acutis.

xxvi. Aphorismos.

D Institutiones Medicinæ. Accessit Modus ratioque studendi eorum, qui Medicinæ operam dicunt. Lugduni Batav. apud Ruphelengium, 1592, in 8. 1609, in 12. Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium, 1595, in 8. Lugduni Batavorum, apud Salomonem Wagner, 1666, in 12. quæ Editio prioribus longè emendatior & auctior est.

D De Studio Medicinæ bene instituendo, Dissertatio. Extat cum H. Grotii & aliorum Dissertationib⁹ de Studiis instituendis. Amstelodami, apud Lud. Elzevirium, 1645, in 12. Ultrajecti, 1651, in 12.

Praxis Medicinæ nova ratio. Quâ Libris tribus Methodi ad Praxim Medicam aditus facilimus aperitur ad omnes morbos curandos. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1587, 1590, in 4. Ibidem, 1599, in 8. 1609, in 4. Postea ex accurate recensione Zachariæ Sylvii Med. Roterodamen sis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1650, in 8.

De Morbis, qui in singulis partibus humani Capitis insidere coasverunt. Hic artificiosa methodo, & incredibili facilitate, Morborum Ideæ, Causæ, & cujusque causæ morbiſſæ partisque ægræ Signa, Prognoſes, & Curatio Rationalis &c.

Empirica graphicè depinguntur. Lugduni Batav. apud Raphelengium, 1594, in 4. Post mortem Auctoris Otto Heurnius F. edidit. Ibid. 1609, in 4.

De Morbis Oculorum, Aurium, Nasi, Dentium, & Oris, Liber. Editus post mortem Auctoris ab ejus Filio Ottone Heurnio. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Pectoris, Liber. Editus post mortem Auctoris ab ejus Filio Ottone Heurnio. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Ventriculi, Liber. Responsum ad Nobiliss. & Ampliss. Præsidem, Johannem Banchemium, & Consiliarios supremæ Curia Hol-landiæ, Zelandiæ, & West Frisiæ nullum esse Aquæ innatationem Lamiarum indicium. Oratio de Medicinæ origine, Aesculapidum, ac Hippocratis Stirpe & Scriptis. Edidit post mortem Auctoris ejus Filius Otto Heurnius, Ultrajectinus. Lugduni Batavorum, ap. Raphelengium, 1608, in 4.

De gravissimis Morbis Mulierum, Liber: de Humana felicitate, Liber: & de Morbis novis & mirandis Epistola. Edidit, post mortem Auctoris, ejus Filius Otto Heurnius, Ultraje-ctinus. Lugduni Batav. apud Raphelengium, 1607, in 4.

De Febribus, Liber. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1598, in 4.

De Peste, Liber, Lugduni Bat-

vorum,

vorum, apud Raphelengium, 1600,
in 4.

In Hippocratis Coi de Hominis natura, Libros duos, Commentarius. Edidit, post mortem Autoris, ejus Filius Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis Librum primum & secundum, Commentarius. Edidit Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis Librum tertium & quartum, Commentarius. Edidit Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

Elenchus Tractatum, qui hoc Volumine continetur.

Jusjurandum.

De Medico.

Lex.

De Arte.

De Veteri Medicina.

De Elegantia.

Præceptiones.

De Carnibus, sive, Principiis.

De Purgatoriis remediis.

Prognosticorum Liber primus.

secundus.

tertius.

¶ Notæ, Observations & Remedia secreta ad Johannis Fernelii Universam Medicinam. Extant cum eadē Medicinâ Universâ ejusdem Ferne- lii, & quidem in illa Editione, quæ

Hippocratis Coi Aphorismi Græcæ & Latinæ, brevi Enarratione, si- que Interpretatione ita illustrati, ut ab omnibus facilè intelligi possint: Cum Historiis, Observationibus, Cautionibus, & Remediis selectis. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4. Ibidem ex Officina Plantiniana Raphelengii, 1609, in 12. Ibidem, apud Johan. le Maire, 1623, in 12. Hagæ Comitis, apud Adrianum Ulacy, 1664, in 12. Jenæ & Lipsiæ, 1677, in 4.

¶ Hippocratis Coi Prolegomena, & Prognosticorum, Libri tres: Cum Paraphrastica versione, & brevibus Commentariis. Lugduni Batavorum ex Officina Plantiniana, apud Franciscum Raphelengium, 1597, in 4.

Elenchus Tractatum, qui hoc Volumine continetur.

Hi Libri sub titulo Prolegomena comprehenduntur.

cum Johannis & Ottonis Heurniorum & aliorum præstantissimorum Scholiis illustrata prodit. Ultrajecti, 1656, in 4.

¶ Commentarius in Hippocratis

Librum de Medicamentis Purgantibus. Extat in Editione Operum ejusdem Hippocratis, quæ ad mentem Erotiani distributa edidit Anutius Foesius. Genevæ, 1657, in fol.

**JOHANNES HIERONY.
M U S BRONZE.
RIUS**

○ Natus in Oppido Rhodigino, quod Abbatia Vangadicensem vocant, A.C. 1577, Patre Joh. Antonio: creatus ē Patavii 1597 Philosophiae & Medicinae Doctor, primum Colonia Venetorum stipendio, deinde in patria, tandem Patavii, & ultimo Belluni, Medicinam fecit, ubi etiam obiit A.C. 1630, etatis sua 53.

De Innato calido, & naturali Spiritu, Disputatio. In qua pro rei veritate Galeni doctrina passim explicatur & defenditur. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1626, in 4. Adiecta est Dubitatio de Principatu Jecoris, ex Anatomia Lampetræ.

De Principio effectivo Semini in-sito, Disputatio. In qua complura attinentia ad Seminis Corpulentiam, Spiritus, Calidum innatum, Animationem, nec non ad Animæ materialis naturam & facultates dilicutuntur & enodantur, passimque Galeni roboratur Physiologia. Venetiis, apud Paulum Frambottum, 1627, in 4.

**JOHANNES HIERONY.
M U S P U L V E R I.
N U S**

De curandis, juxta hodiernum xi.

sum, singulis humani corporis morbis, Opus, five, Praxis accurata, brevi, dilucidâ, & absolutâ Methodo, explicata ac tradita. Venetiis, 1600, apud Jac. Anton. Somalchum, 1605, in 4. Neapoli, apud Camillum Cavallum, 1643, in fol. Cui Editioni novissimè accessit Ejusdem Methodica & plena ratio, juxta hodiernum usum, de curandis Febribus, per Matthiam Maglioccum publicæ utilitati impertita, ac quamplurimis Additionibus donata à Johanne Bernhardino Corbisero. Editio septima, ex Recensione Gerhar. Blasii Leonh. F. Lugduni Batav. apud Franc. Haekium, 1649, in 8.

**JOHANNES HILLE.
R U S**

Curationum Observat' onumque Medicinalium, Centuria prima. Aurelia, 1610, in 8.

**○ J O H A N N E S HISKIAS
C A R D I L U C I U S**

Officina Sanitatis, five, Praxis Chymiatrica planè aurea, ante hac à Johan. Hartmanno Med. Doct. & Chymiatricæ in Academia Marpurgensi Profess. Publ. Celeberrimo, nec non Celsissimorum Principum Hassia Archiatro insolito candore conscripta, & à Clariss. D. D. Johanne Michaelis ac Georgio Everharto Authoris Filio publici juris facta, ast à Typographis adeo depravata, ut eiusmodi fallatio & depravatio cunctis haec tenus editionibus inemendabilis fuerit; nunc vero indetello labore & pari Chymiatricæ experien-

Jo
tiā ab innumeris istis mendis & falsatione Typographica revindicata. nec non accessione prætermisla ab Authore Morborum Theoriæ, unā cum eorum Sign's diagnosticis, Causis & Prognosticis, præcipuarumque rotius corporis partium Anatomicâ descriptione illustrata, atque compluribus arcanis, experimentis & secreteoribus præparationibus locupletata. Cui annexus est Zodiacus Medicus, sive, Libellus de Concordantia Rerum Medicarum cum Zodiaco cœlesti, seu, duodecim Domibus Solis & Lunæ, earumque virtutibus influentialibus multifariis, præcipue tamen quadruplicibus, juxta quatuor trigonos seu qualitates elementares, videlicet aeream, igneam, terram & aquam, totidemque præcipuashominum complexiones, nimirum sanguineam, cholericam, melancholicam ac phlegmaticam; in quo legitima simplicium collectio, efficax præparatio, specifica mistio atq; opportuna administratio, ostenditur, tam pro medicaminibus è mineralibus, animalibus ac vegetabilibus parabilibus, quam ipsorum vehiculis appropriatis. Norbergæ, apud Wolfgang. Mauritium Endterum, & Johan. Andr. Endteri Hæredes, 1677, in 4.

JOHANNES HORATIUS MOLITOR

Tractatus de Thermis artificialibus septem Mineralium Planetarum. In quo propositis aliorum Authorum Thermis, nostrarum Thermarum

ingredientia ac virtutes, unā cum modo generationis Mineralum in terræ visceribus exponuntur. Quæstiones celebres, Thermas nostras attingentib; solvuntur, ac, quomodo corpus ante usum illarum præparamdum, explicatur. Jenæ, apud Samuel Kresbium, 1676, in 12.

JOHANNES van HORNE, Amstelodamensis

De Anevrismate Epistola. Exstat cum Theod. Bartholini Anatomicâ Aneurismatis d'lecti Historiâ. Panormi, apud Alph. de Iolla, 1644, in 8.

Novus Ductus Chyliferus. Nunc primum delineatus, descriptus, & Erudiotorum examini expositus. Lugduni Batav. apud Franc. Hackium, 1652, in 4.

Δ ΜΙΚΡΟΚΟΣΜΟΣ, seu, brevis Manuductio ad Historiam Corporis Humani: in gratiam Discipulorum edita. Lugduni Batavorum, apud Jac. Chovet, 1660, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1662, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 12. Lipsiæ, apud Johannem Fritschium, 1675, in 12. Cui postremæ Editioni accessit Epistola, ad Gverner. Roflinkium, Observationum, in sexus utriusque partibus genitalibus, Specimen exhibens: & Index priori locupletior & auctior.

» Μικροτέχνη, id est, brevissima Chirurgiæ Methodus. Lugduni Batavorum, apud Jacobum Chovet, 1663, in 12. Ibidem, apud Gaasbeekios, 1668, in 12. Lipsiæ, apud Jo-
Fff 3 hannem

hannem Fritschium, 1675, in 12.
Qui postremæ Editioni accessit copiosus reum notabiliorum Index.

Lectiones aureæ: in omni, quod pertinet ad artem Pharmaceuticam, lucubratæ. In quibus resolvuntur dubia, quæ in omnibus fieri possunt, tam in Canonibus Mesuꝫ quam in Compositionibus & Simplicium electione, tum in opere destillationum; in quibus differitur & Practicè & Theoricè, ut de Arte & legi & disputari possit. Barii, apud Julium Cæfarem Venturam, 1604, 1605, in 4. Ibidem, apud Jacobum Guidonem, 1633, in 4.

**JOHANNES PAULUS TUR-
RIANUS, Novico-
mensis**

Epistola de Arthritide. Extat cum Epist. Thaddæi Duni, Locarnensis, Tiguri, apud Gesneros FFR. 1555, 1592, in 8.

**JOHANNES PAULUS
WURFEBAINIUS**

Salamandrologia, hoc est, Descriptio Historico Philologico-Philosophico-Medica Salamandraræ, quæ vulgo in igne vivere creditur, S. R. J. Academiæ Naturæ Curiosis exhibita, atque Experimentis, Figurisque æri eleganter incisis, nec non Rerum & Verborum Indice, adornata. Norimbergæ, apud Georgium Scheurenum, 1683, in 4.

Observatio de Salivatione in Phthisi, criticâ & salutari. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. An. I. N. 122.

Observ.

Observatio de Oculis cancerorum monstrosis. Ibid. Ann. eod. N. 154. *de incombustibilitate Salamandrarum ejusque vita in igne.* Ibid. De cur. II. Ann. II. in Scholiis ad Observat. N. 60.

de Sudoriferi & Phlebotomiæ, uno die, salutari exhibitione, ut & defudoriferorum cum purgantibus mixturâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 65.

de minera Antimonii elegantissime crystallisata. Ibid. Ann. eod. N. 135.

de Abscessu in mamma Lactantis cuiusdam cum folliculo. Ibid. Ann. eod. N. 136.

de Cerebro humano, post mortem, in Cochleas minutissimas transmutato. Ibid. An. eod. N. 137, unâ cum Scholiis ad eam.

JOHANNES PECQUETUS, *Diepau*

Experimenta nova Anatomica, Quibus incognitum hactenus Chyli receptaculum, & ab eo, per Thoracem in ramos usque subclavios Vasa lactea deteguntur. Eiusdem Dissertatio Anatomica de Circulatione Sanguinis, & Chyli Motu. Hardervici, apud Joh. Tollium, 1651, in 12. Parisiis, ex Officina Cramosianâ, 1654, in 4. Huic secundâ Editioni emendatæ, illustratæ, auctæ, accessit Dissertatio de Thoracicis Lacteis. In qua Johan. Riolani Responsio, ad eadem Experimenta nova Anatomica refutatur, & inventis recentibus,

canalis Virlungici demonstratur usus, & Lacteum ad Mammæ à Receptaculo iter indigitatur. Sequuntur Gratulatoria Clarissimorum Virtorum. Quibus & adjungitur brevis Destructio, seu, Litura Responsionis Riolani, ad ejusdem Pecqueti Experimenta per Hyginum Thalassium. Parisiis, 1654, in 4. Amstelodami, 1661, in 12. Extant etiam cum Siboldi Hemsterhuys Messe Aureâ, seu, Collectaneis Anatomicis, continentibus trium Præstantissimorum Anatomicorum Opuscula. Lugduni-Batavorum, 1654, in 12. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärdens, 1659, in 8. Item cum Daniel. le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol. Item cum Thom. Barthol. Anatom. Reformat. plerisque Editionibus.

JOHANNES PELECYUS

De humanorum affectuum, morborumque curâ, Libri duo. Monachii, apud Johan. Hertsroy, 1617, in 12.

JOHANNES de PENNA, *Neapolitanus*

Reprobationes in Tractatum Comminantium Francisci de Bononia de Animatione Foetus. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

JOHANNES PEREZ de MOYA, ex oppido S. Stephani Portuensis *Sylva Eutrapelias, id est, comitalis,*

tis & urbanitatis, ex variis probatæ fidei authoribus, & vita experimen-tis. Hispali, apud Ferdinand. Diaz, 1579, in 8. Opus est Secretorum Alexii & Weckeri instar.

JOHANNES PETRUS ALBRECHTUS

Observatio, de Verme per meatum urinarium excluso. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. An. I. N. 77. de meatu ab intestino cœco ad vesicam. Ibid. An. eod. N. 78. de Aqua Hydropticæ cuiusdam ex hypochondriis fluente morbumq; solyente. Ibid. An. eod. N. 79. de flatibus corporis humani, cur tam difficulter nonnunquam discutiantur. Ibid. An. eod. N. 80. de Stercorum egregia in nonnullis virtute. Ibid. An. eod. Num. 81.

de Lochiâ aquosâ. Ibid. An. eod. N. 82. de Abscessu rerum substantiarum per Urinam expurgatæ. Ibid. Ann. A. eod. N. 83. **JOHANNES PETRUS A. R. LUNUS**

Commentatio: vinumne mixtum, an meracum, obnoxiiis Juncturarum Doloribus, magis convenienter Peru-sie, 1573, in 8.

JOHANNES PETRUS A.Y. ROLDUS MARCEL-LINI

Francisci Vallesii Commentaria

in varios Galeni Libros edidit. Vid. Francisc. Vallesii

Item, Ejusdem in Libros Hippocratis de Morbis Popularibus: Et in Ejusdem Aphorismos v. In Libros de Alimento c. In. Lib. Præmitionum: De Victus ratione in Acutis.

JOHANNES PETRUS CORVINUS, Romanus

De Diatartari Electuarii Temperamento, Qualitatibus, Usu, & Do-si, Dilucidatio. Messiae apud Ha-redes Petri Breæ, 1644, in 8.

JOHANNES PETRUS LOTI CHIUS, Mæno-Fran-
cofurtensis

De Gummi (ut vocant) Gottâ, sive, Laxativo Indico, Discursus Theorico. Practicus. Extat cum Dispensatorio Chymico, Francofurti, apud Theobaldum Schönwetterum, 1626, in 8.

Paradoxon, sive, de Febribus in genere, Dissertatio Theorico-Practica. In qua, totius velut Medicinæ Epitome, probabiliter adstruitur, Febrem omnium reliquorum Morborum Ideam esse. Accessit Ejusdem Disputatio Physica de dignitate & præstantia Scientiæ Naturalis, Francofurti, apud Casp. Rotelium, 1627, in 4.

Consiliorum & Observationum Medicinalium Libri v. In quibus plororumque corporis humani affectuum curationes, præsertim remedia euporista, ab ipsomet Authore partim inventa, partim ab aliis ante experta & mutuata, luculentæ & hi-storicæ,

Storice, tanquam in diario, propo-
nuntur. Ulmæ, apud Johan. Gerli-
num, 1644, in 4. Ibidem, 1658,
in 4.

De Caseinequitia, Tractatus Me-
dico - Philologicus. Francofurti,
apud Johan. Frider. Weissium, 1643,
in 8.

In Petronii Satyricon Commen-
tarii, sive, Excursus Medico - Phylo-
logici, tribus Libellis recens ador-
nati. Francofurti, apud Lucam Jen-
nis, 1629, in 4.

Gynæcologia, id est, de Nobilitate & perfectione sexus fœminei, con-
tra Mastiges, Διατεττον, Rintelii, apud
Petrum Lucium, 1630, in 8.

Oratio: super fatalibus hoc tem-
pore Academiarum in Germania pe-
ricalis: publicè recitata in Academia
Rintelensi. Rintelii ad Visargim,
apud Petrum Lucium, 1631, in 4.

Oratio: de Opinione. Francofurti,
1645, in 8.

Bona mens, Oratio. Francofurti,
1643, in 8.

JOHANNES PETRUS MARTELIUS

Libri de natura Animalium. In
quibus explanatur Aristotelis Philo-
sophia de Animalibus. Parisiis, apud
Petrum Rocolet, 1638, in 8.

JOHANNES PETRUS ME- REND A, Brixianus

Confilia quædam. Extant eo in
Opere, quod Laur. Scholtzius colle-
git. Hanoviæ, 1610, in fol.

Commentarius de Ratione viætus
in morbis. Basileæ, apud Oporinum,
1556, in 8.

De ratione Evacuandi, Liber Ba-
fileæ, apud Isingrinum, 1547, in 8. ap.
Oporinum, 1555, in 8.

JOHANNES PETRUS PAS- SERUS, Bergomas.

De Causis Mortis in Vulneribus
Capitis, & rectâ eorum curatione,
Liber. In quo, ad mentem Hippo-
cratis, potissimum de Perforatione
& Abrasione in Cranii læsionibus
non satis apparentibus, agitur. Ber-
gomæ, apud Cominum Venturam,
1590, in 4.

JOHANNES PETRUS PRÜCKELIUS

Observatio, de Corporis humani
variis deformitatibus. Extat
Ephemerid. Acad. Nat. Curios.
Germ. An. IX. & X. N. 8.

de Mensium fluxu insolito. Ib. An.
eod. N. 9.

de Gonorrhæa periodicâ. Ibid. An.
eod. N. 10.

de intolerabili totius corporis pru-
ritu. Ibid. Ann. eod. N. 11.

JOHANNES PFANNERUS, Viennensis

De generali Morborum Curatio-
ne, & Curationibus insolitis, prodi-
giosis, ipsaq; Armorum inunctione,
Dilectationes tres. Basileæ, apud
Ludovicum König, 1618, in 4. Ibid.
1628, in 8.

Confilia Medica. Extant eo in O-
pere, quod Laurent. Scholzius edi-
dit. Francofurti, apud Andr. Wecheli
Hæredes, 1598, in fol.

**JOHANNES PFAU
TIUS**

Descriptio Graminis Medici plenior. Utinæ, 1656, in 4.

Nosomachia , sive , Morborum pugna, Carmine descripta. Item, binæ Descriptions duorum Fontium, sive, Thermarum ferinarum acidularum Vallis Petrinæ. Friburgi, 1618, in 12.

Hippocratis Aphorismi Versibus Heroicis expressi. Basileæ, 1642, in 8.

Speculum Errorum popularium, quotidie circa Medicinam , Medicos, ægrotos, gravidas , infantes, contingentium. Ex Italico in Latinum translatum. Ulmæ, in 4.

**JOHANNES PHARMUN-
DUS RHUME-
LIUS**

Compendium Hermeticum , de Macrocosmo & Microcosmo. Totius Philosophiae & Medicinae cognitionem breviter & compendiosè complectens. Additum est Dispensatorium Chymicum novum de vera Medicamentorum Præparatione. Francof. 1635, in 12,

JOHANNES PHEILL

Consilia Medica. Extant eo in Operæ, quod Laurentius Scholzius edit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

**JOHANNES PHILIPPUS
BRENDELIUS,
Sclavensis**

Consilia Medica celeberrimorum

quorundam Germaniae Medicorum. Collecta, & partim etiam ex idioma te Germanico conversa. Francof. ap. Palthenium, 1615, in 4.

**JOHANNES PHILIPPUS
GIESWEIN**

Hodegus Medicus , sive , Systema universæ Materiæ Medicæ Galeno-Chemicum. Medicamenta tum universalia , seu , communis Operationis, tum Affectuum humani corporis ferè omnium particularia juxta & specifica , vulgo appropriata dicta , simplicia non minus , quam compo sita , insertâ ubique succinctâ Theoriâ, continens. Ex optimis quibusque rei Medicæ Scriptoribus primo pri vatum in usum selectum , inde indu striâ & experientiâ propriâ per vices auctum ac subinde locupletatum. Jam vero Medicinæ Practicæ Candlerum comodo , commodiori hâc formâ & methodo, concinnatum, vul gatumque. Francofurti , apud Hæ redes Johannis Beyeri, 1676, in 8.

**JOHANNES PHILIPPUS
HOECHSTETTE-
RUS**

Philippi Höchstetteri rararum Observationum Medicinalium Decades sex : quibus accessere quatuor Decades aliæ nunquam antea visæ . edidit. Francofurti & Lipsiæ, apud Laurent. Sigismund. Cörnerum, 1674, in 8.

**JOHANNES PHILIPPUS
INGRASSIAS**

○ Natus Rachelburgi in Sicilia: in Neapolitano Gymnasio primùm pub

licè Medicinam docuit : deinde eam exercuit in patria sua , ubi Pestem tum grassetem extinxit , unde Siculus Hippocrates vulgo dictus est : constitutus deniq; Pphilippi II. Archistar. Claruit circa A. C. 1570.

De Tumoribus præter naturam , Tomus primus . In quo generatim Tumorum omnium præternaturalium species , præsertimque eorum nomina , & definitiones , atque etiam causæ , multaque generalia , declarantur . Græcique , & Arabes , & Latini , quatenus ad hæc ipsa pertinent , enucleantur . Occasione sumtâ ab Avicennæ verbis tertiatâ Fén , quarti Libri , Tract. primo . Cujus interim universum primum Caput in hoc Tomo elucidatur . Reliqua in sex aliis Tomis declarabuntur . Neapoli , 1553 , in fol.

In Galeni Librum de Offib; doctissima & expectatissima Commentaria . Nunc primum sedulò in lucem edita , & aptè Naturam imitantibus Iconibus insignita . Quibus appositus est Græcus Galeni contextus : unâ cum novâ & fideli ejusdem Ingrassiæ in Latinum versione . Panormi , apud Joh. Bapt. Maringhum , 1603 , in fol. Venetiis , apud Societatem , 1604 , in fol.

Prægrandis utilisque Medicorum omnium Decisio : utrum in Capitis Vulneribus , Phrenitideque , atque etiam Pleuritide exsolvens nuncupatum medicamentum , an leniens dumtaxat congruens sit ? Panormi , apud Johan. Matthæum de Mayda , 1545 , in 8.

Jatropologia Liber , quo multa adversus Barbaros Medicos disputantur , Collegique modus ostenditur ; ac multæ Quæstiones tā Physicæ , quām Chirurgicæ discutiuntur . Ejusdem Quæstio , quæ Capitis Vulneribus ac Phrenitidi Medicamenta conveniāt . Venetiis , 1544 , in 8. apud Johannem Gryphium , 1558 , in 8.

Quæstio de Purgatione per Medicamentum , atque obiter etiam de Sanguinis missione , an sextâ morbi die fieri possint ? Quâ occasione de omnibus etiam aliis diebus determinatur , in quibus præcipue purgare vel sanguinem mittere possimus . Illustissimi Ducis Terrænovæ Casùs Enarratio , & Curatio . E quibus tum penetrantis in thorace Vuln. ris , tum Fistulæ curandæ Methodus eluescit . Quæstio : utrum Victus à principio ad statum usque procedere debeat subiliando , an (ut multi perpetuo obseruant) potius ingrosando . Quid Veterinaria Medicina formaliter una eademque cum nobiliore Hominis Medicina sit , materiæ dumtaxat nobilitate differens . Ex quo Veterinarii quoque Medici non minus , quām nobiles illi Hominum Medici ad Regiam Protomedicatus officii jurisdictionem pertineant . Omnia in unum corpus redacta , atq; in lucem edita . Venetiis , apud Angelum Patassium , 1568 , in 4.

Galen Ars Medica , Johan. Phil. Ingrassiâ interprete , ac veluti novo plusquam Commentatore . Venetiis , apud Johan. Gryphium , 1573 , 1574 , in fol.

Brevis methodus curandi Pestiferum contagium, quod Anno Christi M D L X X V , & M D L X X V I Panorum, Metropolim Siciliae, invasit: conversa à Joachimo Camerario ex Italico sermone in Latinum. Argentinæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8. Cum Synopsi Commentariorum de Peste.

De Frigidæ Potu post Pargans. Mediolani, 1586, in 4.

JOHANNES PHILIPPUS de LIGNAMINE,
Messanensis

De unoquoque Cibo & Potu, utili homini, & nocivo, eorumque primis qualitatibus. Rome, in 4.

JOHANNES PHILIPPUS de LONERUS,

Estatis iudiciorum trium Alvi Flu-
xionum, Diarrhoeæ nimirum, Lien-
teriæ, & Dysenteriæ, quos anno
1588, sub finem æstatis, Numburgi
obseruavit. Numburgi, apud Hære-
des Joh. Steinman, 1589, in 4.

Estatis iudiciorum Sodini Apople-
xiæ, cum suis causis, signis, & cura-
tione. Lipsiæ, ap. Henningum Gros-
sium, 1596, in 8.

JOHANNES PILAS

Observatio de Atheromate in hume-
ro, triplici folliculo, Extat Ephe-
mer. Acad. Nat. Curios. Germ.
An. II. N. 93.

de Aneurismate curato. Ibid. An.
eod. N. 108.

de Vermibus ex spina dorsi. Ibid.
An. eod. N. 109.

JOHANNES PIN.

CIER

○ Natus Wetteris A. C. 1556, Pa-
tre Theophilo Pincler. Medicina Do-
ctor Basilea: & Physices Professor publ,
post aliquot annorum decursum Her-
bornæ renuntiatum est, tandem hinc
secessit Marpurgum, ubi in otio ve-
xit, & obii Medicus & Poeta claris-
simus circa A. C. 1600.

Meditationum variarum. Liber
quartus. Cum Appendice Carmi-
num, & ad ea Annotationum. Tri-
bus aliis nullis prægressis. Francofur-
ti, apud Christoph. Corvinum, 1601,
in 8.

Optum Marpurgense in v. Libros
digestum. In quibus Fabrica Huma-
ni Corporis perspicuo. Carmine de-
scribitur. Herbornæ, 1614, in 8.

JOHANNES PISTORIUS,
Nemauseensis

Microcosmus, seu, Liber Cephale
Anatomicus de proportione utrius-
que mundi: in cuius calce revivit
Pelops. Lugduni, apud Barthol. Vin-
centium, 1612, in 8.

JOHANNES PISTORIUS,
Niddanus

De vera curandæ Pestis ratione,
Liber unus. Quâ medicatio paulo
aliter, quam hactenus à communib-
us Practicis factum sit, proponitur.
Francof. apud Hier. Feirabendium,
1568, in 8.

Dæmonomania Pistoriana. Magi-
ca & Cabalistica Morborum curan-
dorum Ratio, ex lacunis Judaicis ac
Gentili-

Gentilitiis hausta, post Christianis propinata. Cum Antidoto prophylactico Jacobi Heilbronneri. Lavingæ, typis Palatinis, 1601, in 8.

JOHANNES PLACOTO MUS

Murstadius, Medicina Professor in Academia Reginomontana Borussiae. Vir eximia eruditione præditus, in utraque lingua. Vixit circa A.C. 1550. Justus in Chronolog. Medicorum.

Oratio: de ratione Discendi, ac præcipue Medicinam. Argentorati, apud Conrad. Scher, 1607, in 12. Cum Joh. Georg. Schenckii Enchiridio de formandis Medicinæ Studiis. Lipsiae, 1552, in 8.

Polybi de Diæta salubri, sive, de Victu Privatorum, Libellus, ex Graeco translatus, & brevibus Scholiis illustratus. Item Doctrina, de tuenda Sanitate: & Disputationes quædam Scholasticæ & Philosophicæ Ejusdem. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1561, in 16.

De Destillationibus Chymicis Epistola, ad Medicos Florentinos. Item, Disputatio de causa conjuncta & temperamento Santalorum ac Camphoræ: Venæctione in omni Pleuriti, de: Odoribus, Francofurti ad Viadrum, 1553, in 8. & 12.

Pharmacopœia in Compendium redacta. Antverpiæ, 1560, in 8.

Dispensatorium cum Scholiis Johan. Ludovici Bertaldi, Taurini, 1614, in 4.

Hippocratis Aphorismi in Locos

Communes ordine doctrinæ compositivæ, in usum Tyronum Medicinæ, digesti. Sententia præcipua ex Cornelio Celso excerpta. Galeni, Pergameni, Exhortatio ad bonas artes discendas, Antverpiæ, ap. Mart. Nutium, 1562, in 12 oblongo.

Commentarii in Libellum Helii Eobani, Hessi, de tuenda bona Valitudine. In quibus multa erudite explicantur, Studiois Philosophicæ plurimum profutura. Vid. Helius Eobanus.

Accesserunt huic Libello: Ejusdem Placotomi de Natura & virtibus Cerevisiarum & Mollarum, Opusculum.

Ejusdem de Causis, præservatione, & curatione Ebrietatis, Dissertationes.

Item de Causa conjuncta, erudita Dissertatio.

Medicinæ Encomion, ex Desid. Erasmo per Eobanum, Hessum, versu redditum.

Chorus Illustrium Medicorum, Eobani, Hessi.

Strabi Galli Hortulus amoenissimus. Coena Baptista Pieræ, de Herbarum viribus, & ea Medicæ Artis parte, quæ in Victus ratione consistit.

JOHANNES PLANE. RUS

¶ Natus Quinzani in Territorio Brixieni Venetor. A.C. 1480. Ejus dexteritas in medendo admirabilis pluribus Germanie Principibus, inter eos, ipsi etiam Imperatori Maximi milia-

miliano I I. & Ferdinando, Regi Romanorum, innotuit. Quapropter cum Medici Germani ei invidissent, in patriam rediit, & Medicinae valedicens, in vita privata & otio studiorum delectabili vita residuum traduxit. Obiit A. C. 1570, etatis sue 90.

Febrium omnium simplicium divisio & compositio, ex Galeno & Avicenna excerpta, & in arbores, ut facilius intelligatur, redacta. Venetiis, ap. Mejetum, 1506, in 4.

JOHANNES PLATEA. RIUS

Salernitanus, Medicus expertissimus. Claruit A. C. 1300, secundum alios 1497, & alios, 1521. Wolfgang. Justus in Chronol. Medic. Renatus Moreau. Vixit ante A. C. 1300.

De Simplici medicina Liber, inscriptus Circa instans. Quo simplicia Medicamenta usitatoria Alphabeti serie describuntur. Extat ad finem Dispensatorii Nicolai Præpositi. Lugd. apud Constantinum Fradin, 1512, in 4. Parisiis, apud Nicolaum Bontonium, 1582, in 4.

Expositiones & Commentationes ad Nicolai Antidotarium, Extant cum Serapionis Operibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Cum Mesuæ Operibus. Venetiis, ap. Luc. Anton. Juntam, 1527, in fol.

Practica brevis morborum curandorum, etiam febrium: una cum Libro de Simplici medicina. Extant cum Operibus Serapionis, Thesauro Pauperum, aliisque, Lugd. apud Jac. Myt, 1525, in fol.

JOHANNES PONA, Veronenfis

Accurata Montis Baldi in Agro Veronensi Descriptio. Ex Italico in Latinum sermonem à Carolo Clusio versata. Extat cum Hujusdem Rariorum Plantarum Historia, Antwerpia, ap. Joh. Moretum, 1601, in fol. Accesserunt nonnullæ Stirpes, quæ ab Honorio Bello in Creta observatae sunt. Basileæ, 1608, in 4.

JOHANNES PONTA. NUS

Fuit Regiomontana in Academia cum Job. Placotomo A. C. 1549 Medicina Professor publ. simulq. Alberti, Duciis Borussia, primum, deinde Duciis Saxon. Joh. Friderici in Aula Gotbana, & tandem etiam Vinariensi Joh. Wilhelmi, Duciis Saxon. Archiater, cum quo Viennam Austr. abiit, ibidem obiit, non sine veneni suspicione, A. C. 1572, relicta Vida ex nobili Baumgartnerorum Noribergens. familiâ oriunda, que postmodum Gauthero Schneidevveinio Jur. Cons. Joh. Fil. in Aula Saxo-Vinariensi Consiliario nupsit.

Methodus compendi Theriacam & præparandi Ambram factitiam. Excusa cum Consilio Clariss. Germaniæ Medicorum, quæ colligit & edidit Johannes Wittichius. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

De prodigiosis Episcopi Spirensis Jejunis, Narratio. Extat cum Pauli Lentuli Historia de Apolloniæ Schreieræ Inediâ. Bernæ Helvetiorum,

rum, apud Johan. le Preux, 1604,
in 4.

Epistola de Lapis Philosophorum. Extat cum Opusculis quibusdam Chemicis. Francof. apud Johan. Bringerum, 1614, in 8. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1599, in 8. cum Jodoci Greveri Secreto, aliisque.

JOHANNES PORTE. SIUS.

De Laudibus Medicinæ, Oratio, habita in Scholis Medicorum, Lutetia, 1550, in 8.

JOHANNES POSTHIUS

○ Natus Germershemii Palatinat. inferioris Oppido A. C. 1537. Patre homonymo, Oppidi Civis: creatus Heidelbergæ 1558 Philosophia Magister, et Valentia Gallie Narbonens. Academiâ 1567 Medicina Doctor, pauloq. post Medicus Castrensis factus, et hinc 1568 Heribopolim ad Episcopum evocatus, Archiatri munere per annos 17. functus est. Inde iterum 1585 Heidelbergam accepit, Elector Friderici IV. Archiatrium per annos 12. egit. Anno 1597 Morbachum cum Electoris Consiliariis, Pestis Heidelbergæ tum grassantis causâ, profectus ibi obiit A.C. 1597, sepultus vero Heidelbergæ, atatus sua 60.

Observationes Anatomicæ in Realdi Columbi, Cremonensis, Anatomiam. Extant cum Hujusdem de re Anatomica Lib. xv. Francof. ap. Joh. Wechelum, 1590, in 8. Epistolæ binæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornun-

gi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

Iacobi Israelitæ Lib. ii, de Diætis universalibus & particularibus, in Latinum translatos, sedulò castigavit, & edidit.

Mantissa Anatomicæ. Extat cum Tho. Bartholini Hist. Anatomicarum Cent. v. & vi. Hafniæ, apud Henr. Gödianum, 1661, in 8.

JOHANNES PRÆVOTIUS

○ Natus est Dilspurga in Diæcesi Basil. A.C. 1585 Patre Theobaldo: creatus Dillinga 1603 Philosophia Magister, et Patavii 1507 Medicina Doctor, ibidemq. ejusdem Professor 1613, posteaq. 1616 Hortetiam Medici Praefectus constitutus. Anno 1631, peste Patavii grassante, cum uxore et minori filio in Hortum Medicum secessit, ut salutis sua consuleret, quatuor jam filiabus sibi sublatis. Sed mox febre et ipse correptus, obiit ibidem, anno eodem, etatis sua 46.

Opera Medica post huma. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1651, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1656, in 12. Huic secundæ Editioni præter illos primâ Editione comprehensos Tractatus, accessit etiam Libellus de Compositione Medicamentorum.

Continentur autem in Operis:

Tractatus de Remediis, tum Simpliciis, tum Compositis Materia. Johannis Stephani, Medici Veneti, Cosmetice.

Nnnn;

Medici-

Medicina Pauperum, sive, de Remediis facile parabilibus.

De Venenis & Alexipharmacis.

De Signis.

¶ **De Compositione Medicamentorum Libellus.** Francof. apud Joh. Beyerum, 1656, in 12. Amstelodami, 1665, in 12. Patavii & Francofurti, 1666, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Operibus posthumis.

Selectiora Remedia, multiplicitate usi comprobata, quæ inter Secreta Medicina jure recensreas. Ibidem, apud Eundem, 1659, in 12.

De Lithotomia, seu, Calculi vesicæ Sectione, Consultatio. Extat cum Lib. IV. posterioribus Observat. Greg. Horstii. Ulmae, apud Saturium, 1628, in 4. & cum Johan. Beyerovici Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Semeiotice, sive, de Signis Medicis, Encheiridion. Accessit de Compunctionum Medicaminum ratione, nec non de Mensuris & Ponderibus Medicis, Syntagma. Venetiis, apud Turrinum, 1654, in 24.

¶ **Medicina Pauperum, mira serie continens Remedia ad ægrotos cuiuscunque generis personandos apertissima, facile parabilia, extemporanea, & nullius, vel per exigui lumbutus.** Huic adjungitur ejusdem Authoris Libellus aureus de Venenis & eorum Alexipharmacis. Francof. apud Joh. Beyerum, 1641, in 12. Lugd. apud Petrum Ravaud, 1644, in 12. Huic editioni accessit de Medicamentorum Materia Tractatus.

Parisiis, 1654, in 24. Lugduni sumptibus Pauli Frambotti, Bibl. Pat. 1660 in 12. Cui Editioni Tractat. de Medicamentorum Materia non est annexus.

¶ **De Remediis cum simplicium, tum compositorum Materia.** Venetiis, ap. Bertanos, 1611, in 12.

¶ **Hortulus Medicus, selectioribus Remediis, seu flosculis versicoloribus refertus.** Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1666, in 12.

¶ **De Urinis.** Tractatus posthumus. Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1667, in 12.

¶ **De Morboſis Uteri Passionibus.** Tractatio. Patavii, ap. Paulum Frambottum, 1669, in 8.

¶ **Consilia Medica.** Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consiliis Medicinal. Centuriis IV. Ulmae, apud Christian. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

¶ **Consilia Medicorum Pataviniorum.** Extant ibidem; apud Eundem, anno & formâ eâdem.

¶ **Schediasmata;** Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

**JOHANNES QUINQUA
BORRÆUS**

Avicenna Libri tertii Fen seconde, quæ est de Aegritudinibus Nervorum, ex Hebraica in Latinam versione. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1570, in 8.

Avicen-

Avicennæ Libri tertii Fen primæ,
Tract. quarti. In quo scribit de Agricul-
tudinibus Capitis, & noxâ multâ il-
larum in functionibus Sensus & Mo-
deraminis, sive, Partis Rectricis, ex
Hebreaca in Latinam translatio. Pa-
risiis, apud Martinum Juvenem,
1572, in 8.

○ JOHANNES de
RAEI

Clavis Philosophiaæ Naturalis, seu,
Introductio ad Naturæ Contempla-
tionem, Aristotelico-Cartesiana.
Lugduni Batavorum, apud Johan. &
Daniel. Elsevier. 1654, in 4.

JOHANNES RAIUS,
Schlacorum valdensis

Tractatus de Podagra Medico-
Chymicus. Francof. apud Aubrios,
1621, in 8.

○ JOHANNES RAJUS

Francisci Willughbei Ornitholo-
giam recognovit, digestit, supplevit.
Londini, apud Johannem Martinum,
1676, in fol.

Catalogus Plantarum Angliae &
Insularum adjacentium, tum indige-
nas, tum in agri passim cultas, com-
pletens. In quo, præter Synonyma
necessaria, facultates quibz, summa-
tum traduntur: una cum Observatio-
nibus & Experimentis novis Medicis
& Physicis. Ibidem, apud Eundem,
1670, in 8.

Methodus Plantarum nova, bre-
vitas & perspicuitatis causâ Syno-
pticæ in Tabulis exhibita: cum Netis
Generum tum summorum, tum sub-

alternorum Characteristicis: Obser-
vationibus nonnullis de Seminibus
Plantarum, & Indice copioso. Ibid.
apud Henricum Faithorne & Johan.
Kersey, 1682, in 8.

JOHANNES RAPHAEL
MOXIUS, *Gerundensis*

Methodi medendi, per Venæ Se-
ctionem, morbis muliebris acutis,
Libri quatuor. Quibus succedit Spi-
cilegium eorum, quæ à variis sunt
scripta de curandi ratione, per ve-
nælectionem, Febres, quas humor
putrescens accedit. Coloniæ Al-
lobr. apud Samuelem Crispinum,
1612, in 8.

JOHANNES RASCH,
Viennenensis

De Vino, Liber. Monachii, apud
Adamum Bergerum, 1580, in 8.

JOHANNES REMMELINUS,
Ulmensis

Catoptrum Microcosmicum, suis
ære incisis visionibus splendens, cum
Historia & Pinace de novo prædiens.
August. Vind. ap. David. Franckum,
1619, in magno fol. Ulmæ, apud Joh.
Gorlinum, 1639, in fol. Francofur-
ti, apud Hæredes Anton. Hummii,
1660, in fol.

JOHANNES RENE-
RIUS

Medicus clarus. Vixit circa A. C.
1555. Justus in Chronol. Medic.

Dionysii Fontanoni Lib. iv. De
Internorum Morborum Curatione
edidit. Vid. Dionys. Fontanon.

Interpretatio Vocum Arabicarum, quæ sunt in Joh. Mesuæ Libro de Morbis internis curandis. Vide Mesuem.

JOHANNES RENODÆUS,
Parisensis

Dilpensatorium Galeno-Chymicum, continens dicti Renodæi Institutionum Phârmaceuticarum Lib. v. De Materia Medica Lib. 111. Et Antidotarium varium & absolutissimum. Parisiis, apud Viduam Guil. de la Nové, 1608, 1623, in 4. Francof. apud Johan. Theobaldi, Schönwetterum, 1609, in 8. Hanoviæ, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4. Hæc Editio primum per Petrum Uffenbachium revisa, & saluberrimorum Medicamentorum ac Experimentorum descriptionibus ex manuscriptis & secretis doctorum Virorum locupletata, & præterea Josephi Quercetani Pharmacopœâ Dogmaticorum Restitutâ appensa aucta est. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1645, in 8.

JOHANNES REUSCHIUS,
Fontianus

Methodus præcayendæ & vitanda Pestilitatis. Liphiæ, apud Vœgiuum, 1573, in 8.

JOHANNES RHENANUS

Solis è puto emergentis, sive, Dissertationis Chymico-Technicæ, Libri tres. In quibus totius operationis Chymicæ Methodus Practica: Materia Lapidis Philosophici: Et modus solvendi ejus, operandique:

Ut & Clavis operum Paracelsi, quâ abstrusa explicantur, deficientia suppletur continetur. Cum Præfatione Chymicæ veritatem asserente. Francof. apud Anton. Hummum, 1613, in 4. apud Conr. Eifridum, 1623, in 4.

Syntagma Harmonicæ Chymico-Philosophicæ, sive, Philosophorum antiquorum consentientium, hactenus quidem plurimū desideratorum, sed nondum in lucem publicam editorum. Collectum & distributum in certas Decadas. Francofurti, apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Dissertatio Chymico-Technica. In qua totius operationis Chymicæ Methodus Practica clare ob oculos ponitur, in Academia Marburgiā ad disputandum proposita. Marburgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 4.

Urocriterium Chymiatricum, sive, Ratio Chymiatrica, exactè judicandi urinas ex tribus principiis activis, & uno passivo, hactenus negligitis, Aphoristica ostensa. Marburgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 8. Francof. apud Anton. Hummum, 1614, in 8.

Opera Chymiatrica. Francof. apud Conr. Eifridum, 1631, in 8. apud Johan. Pressum, 1641, in 8. Francofurti, 1668, in 8. Ibid. 1676, in 8.

JOHANNES RHODIUS,
Danus

De Acia, Dissertatio, ad Corneili Celsi mentem, quâ simul Universitate Fi-

ꝝ Fibula ratio explicatur. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1639, in 4. Secundis curis ex autographo Autoris auctior & emendatior, cum Judiciis Doctorum, edita à Thoma Bartholinó. Accedit de Ponderibus & Mensuris ejusdem Autoris Dissertation, & Vita Celsi. Hafniæ, ap. Petrum Hauboldum, 1672, in 4.

ꝝ Notæ in Scribonium Largum, de Compositione Medicamentorum: Cum Lexico Sciboniano. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1655, in 4.

ꝝ Analecta & Notæ in Septaliis Animadversiones & Cautiones Medicas. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1652, in 8. Ibid. 1659, in 8. Indicatio xvi in his memmod.

ꝝ Observationum Medicinalium Ceturiæ tres. Patavii, ap. Paul. Frambottum, 1657, in 8. Extant etiam cum Petri Borelli Historiarum & Observationum Medicorum Physicarum Centuriis IV. Francofurti & Lipsie, apud Laurent. Sigist. Gundam Cornerum, Bibl. Lips. 1676, in 8.

ꝝ Mantissa Anatomica Extat cum Thom Bartholini Historiar. Anatomic. & Medicar. Prior. Centur. V. & VI. Hafniæ, ap. Petr. Hauboldum, 1661, in 8. Lib. II. in fol. 80 p. 1.

ꝝ Francisc. Frizimelie. de Ralneis. Metallicis arte parahdis edidit. Patavii, 1659, in 8. Lib. II. in fol. 80 p. 1. Observationes Medicæ posteriores.

Extant. A. & Hafnieri. Volum. IV. N. 18. sicut ab aliis. de signis ex Urina. Ibid, Volum. eod. Num. 34.

JOHANNES RIOLA NUS

Ambianus, eximium Schola Parisiensis Lumen, & Hippocratica doctrinæ, adversus Chymistas, Vindex acerrimus. Floruit circa A. C. 1598. Renatus Moreau de V. S. in Pleurite. Anatomicorum omnium perfectissimus atque operis. lib. 1. ita, ut pene nihil, ex omnibus artibus ac disciplinis sit, quod ipsi non fuerit perspicuum cognitumque. Idem de V. S. in Pleurite.

Operæ omnia, tam hactenus edita, quam post huma, Authoris postrema manu exarata & exornata. Quibus universam Medicinam fideliter & accurare descripsit, atque illustravit. Parisiis, apud Hadrianum Perier, 1610, in fol.

Continentur autem his
classe: Operibus: 1. D
Anatome.

Ad Fernelij Librum de Elementis, Commentarius.

Ad Fernelij Librum de Temperamentis, Commentarius.

Ad Fernelij Librum de Spiritu & Calido innato, Commentarius.

Ad Fernelij Librum de Facultatibus Animæ, Commentarius.

De Immortalitate Animæ, Disputatio Philosophica.

Ad Fernelij Librum de Functionibus & Humoribus, Commentarius.

Ad Fernelij Librum de Hominis procreatione, Commentarius.

Ad Fernelij Libros de Abditis rerum causis, Commentarius.

De primis principiis rerum natura-
lium, Libri tres.

Opuscula Philosophica.

Disputatio Philosophica de Anima
Mundi.

De Fato,

De Libero Arbitrio, Disputatio Phi-
losophica.

Disputatio Metaphysica: an Deus
& Natura unum sint?

Disputatio Metaphysica, de utrâque
Dei providentia, unâ ordinariâ.

Seu, generali, quæ natura: altera
extraordinaria: seu, particulari,

quæ fortuna dicitur,

Disputatio Metaphysica de Idëis &
Universis.

Disputatio Metaphysica: an Deus
sit primus motor?

Disputatio Metaphysica: an potentia
sit prior actu?

Disputatio Metaphysica: an Deus sit
actus purus?

Universæ Medicinæ Compendium, A.
Physiologia.

Patholog. seu, Dæcta Sanorum.

Therapeutica, sive, Ars benè Meden-
di, continet

Generalis Methodi medendi Liba-
ros duos.

Particularis Methodi Medendi Liba-
rum:

primum, in quo affectus inte-
riorum partium explicantur.

secundum, in quo agitur de
Morbis externis.

Chirurgia in Germania edita, quæ
ad juncta fuit, ut præcedentis de-
fectum suppleret.

¹¹⁸² Seorsim excusa sunt:

○ Chirurgia. Lipsiæ, apud Hære-
des Beyeri, 1601.

Prælectiones in Libros Physiolo-
gicos, & de Abditis rerum causis:

cum brevibus Scholiis ejusdem Au-
toris. Accesserunt Opuscula quædam

Philosophica. Parisiis, 1620, in 8.

De primis rerum naturalium princi-
piis Libri tres. De Anima Mundi. De

Fato. De Libero Arbitrio. De utrâ-
que Dei providentia. De Ideis uni-
versis. An Deus & natura unum
sint.

An Deus sit primus motor: ubi
de ortu, & interitū mundi. An po-
tentia sit prior actu. An Deus sit

actus purus. Parisijs, ap. Hadri. Pe-
rier, 1602, in 8.

Commentarii in sex posteriores
Physiologiae Fernelii Libros. Par-
isijs, apud Thomam Brumennium,

1577, in 8. Montbelgardi, apud Ja-
cobum Foillet, 1589, in 8. Acces-
sit huic editioni ejusdem Comment.

in Fernelii Libros Therapeyticos.
Montbelg. 1588, in 8. ibidem. I lib.

De primis Principiis Rerum na-
turalium, Libri tres. Montbelgardi.

1588, in 8. ibidem. In loriis m.

Ad Libros Fernelii de Abditis re-
rerum causis, Commentarii. Parisis,

1598, in 12. Ibid. apud Hadriandum
Perier, 1602, in 8.

Ars benè Medendi. Parisijs, apud
Hadr. Perier, 1601, in 8. Extat quo-

quecum Alphonsi Hertocii Methodo
Medendi. Lugd. 1594, in 8.

Artis Medicinalis. Theorice &
Practice sejunctim hactenus multo-

ties excusat Systema, ab Emmanuele
Stupa-

Stupano in Jatrices cultorum & admiratorum gratiam, hâc formâ adornatum, recognitum & studiosissimè emendatum. Basileæ, apud Ludovicum Regem, 1629, in 8.

Artis Medicinalis Theroricæ & Præticæ Systema, ab Emmanuele Stupano editum. Basileæ, ap. Ludov. Regem, 1629, in 8.

Disputatio de Monstro, Luretiæ MDCV.nato. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1606, in 8.

Ad Libavii Maniam Responsio pro censura Scholæ Parisenis, contra Alchymiam lata. Parisiis, ap. Adrianum Perier, 1606, in 8.

Universæ Medicinæ Compendia. Parisiis, 1598, in 8. Basileæ, ap. Conr. Waldkirch, 1601, in 12.

JOHANNES ROLANUS, *Joh. Filius*

¶ Anatomica, seu, Anthropographia, & Osteologia. Parisiis, 1618, in 8. Ibidem, apud Dionysium Moreau, 1616, in 4. & 1649, in fol. Hæ duæ postremæ Editiones recognitæ, triplo auctiores, & emendationes, ex propriis ac novis Cogitationibus ac Observationibus, sunt.

Schola Anatomica: novis & rarissimis Observationibus illustrata. Cui adjuncta est accurata Foetus humani Historia. Parisiis, apud Adrian. Perier, 1608, in 8. Genevæ, 1624, in 8.

¶ Osteologia: ex Veterum & Recentiorum præceptis descripta. In qua continetur Itagogica de Ossibus, Tractatio: cum Osteologia Infan-

tium usque ad septennium: Claudi Galeni Liber de Ossibus ad Tyronest. Et in eundem Librum Jacobi Sylvii Commentarius: Joh. Riolani Explanations Apologeticæ pro Galeno, adversus novitios & novatores Anatomicos: Simiæ Osteologia, sive, ossium hominis & simiæ comparatio. Osteologia ex Hipp. Libris eruta, collecta, & in ordinem digesta. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1614, in 8. Extat etiam cum ejusdem Riolani Anatomicis, seu, Anthropographiâ, quam vide.

Comparatio veteris Medicinae cum nova, Hippocratieæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1605, in 12. Adjunctum est Examini Animadversionum Baueynetii & Harveti.

Brevis excursus in Battologiam Quercetani, quo Alchymia principia funditus diruuntur, & artis veritas demonstratur. Accessit Censura Scholæ Parisenis. Parisiis, ap. Hadr. Perier, 1604, in 12.

¶ Encheiridium Anatomicum & Pathologicum. In quo, ex naturali constitutione partium, recessus a naturali statu demonstratur: ad usum Theatri Anatomici adornatum. Figuris elegantissimis, indicisque accuratestimo exornatum. Lugduni Batav. ap. Adr. Wijngaerden, 1649, in 8. Parisiis, 1658, in 8. Jenz & Lipsiæ, 1674, in 8. Lugduni Batavorum, 1675, in 8. Francofurti, apud Augustinum Bechtum, 1677, in 8.

Opera Anatomica cætera, recognita & auctiora: unâ cum Opusculis Anatomicis novis. Lutetiae Parisiorum, sumptibus Caspari Meturas. 1650, in fol.

Opuscula Anatomica nova, quæ nunc primum in lucem prodeunt. Instauratio magna Physicæ & Medicinæ, per novam doctrinam de Motu circulatorio Sanguinis in Corde. Accessore Notæ in Johan. Walæi duas Epistolas de Circulatione Sanguinis. Ejusdem Animadversiones in Historiam Anatomicam Andreæ Lauren- tii. In Theatrum Anatomicum Caspari Bauhini. In Librum Anatomicum de Fabrica humanâ Adriani Spigelii. Ad Institutiones Anatomicas Caspari Bartholini. Ad Anatomica Caspari Hoffmanni. In Syntagma Anatomicum Johannis Veslingii. In Tractatum de Diaphragmate Æmilii Parisani. De Monstro natò Lutetiae, Liber jampridem editus. Londoni, apud Milonem Flesher, 1649, in 4.

Opuscula Anatomica varia & no-va, in primis de Motu Sanguinis, ejusque Circulatione, verâ ex doctrina Hippocratis. Parisiis, apud Casp. Meturas, 1652, in 12. apud Viduam Martini de Puis, 1653, in 8.

Prater quem Tractatum insunt sequentes:

Notationes in primam Exercitatiō-nem Anatomicam D. Harveji de Motu Cordis & Sanguinis in Ani-malibus.

Highmori, Angli, Anacephalæosis,

totius Sanguinis circulati per um-
versum Corpus, examinata.

Anatome Pneumatica.

Responsio ad duas Exercitationes A-natomicas postremas ejusdem D. Harveji, adversus Riolanū de Cir-culatione Sanguinis.

Disquisitio de Transpositiōne Par-tium naturalium & Vitalium in Corpore humano.

Responsio ad Experimenta nova A-natomica de Venis Lacteis, Au-
ctore Johanne Pecqueto.

Admonitio ad D. Petrum Guiffar-tum, de Cordis officio novo.

Riolani Defensio, aduersus Inquisi-tionem Pauli Marquarti Slegelii, de Motu Sanguinis.

Digressio in Circulationem Sangui-nis nuper in Anglia natam, excerpta ex Manuscripto Phyliologi-co Caspari Hoffmanni, quod Gui-do Patinus, Doctor Parisiensis, & Medicæ Facultatis Decanus possidet, ad editionem brevi fu-turam.

Correctiones Anthropographicæ ex Riolani recognitione.

Responsio prima edita an. Dom. 1652, ad Experimenta nova Anato-mica Johannis Pecqueti, adversus Hæmatofin in Corde, ut Chyles Hepati restituatur, & nova Riolani de Circulatione Sanguinis Doctrina sarta tecta conservetur. Additæ sunt aliæ Dissertationes ejusdem Instituti Ejusdem & Caroli le Noble, Ro-thomagensis Medici, Parisiis, apud Casp. Meturas, 1652, in 12. 1655, in 8.

Opuscul-

Opuscula Anatomica adversus Thomam Bartholinum. Parisiis, 1653, in 8.

Opera Anatomica vetera, recognita & auctiora. Parisiis, 1649, in fol.

Incursionum Quercetani Depulso. Parisiis, 1605, in 12.

Censura demonstrationis Harve-
ti pro veritate Alchymiae. Parisiis,
1606, in 12.

○ Responsio Epistolaris ad Simo-
nem Paulli de rarissimo Casu Vulne-
ris inter sextam & septimam costam
veram usque in Abdomen penetrant-
is, gravissimisq; symptomatibus sti-
pati, nihilominus curati. Extat cum
Simonis Paulli ~~rapere bari~~ seu Diges-
sione de verâ, unicâ ac proximâ cau-
sâ Februm Malignarum & Petechia-
lium &c. Argentorati apud Simon.
Paulli, Bibliopol. 1678, in 4.

○ JOHANNES RIOLET.
TUS

Animadversiones Curiosæ de The-
riaca & Orvietano. Burdegalæ, in 8.

JOHANNES RITZE-
NIUS

De Cerebro, & ei annexis. Lugd.
Batav. 1630, in 8.

JOHANNES ROBERTUS,
Andainus Arduenus

○ Goclenius Heautontimoriu-
nos, id est, Curationis Magneticæ,
& Unguenti armarii Ruina. Ipsi Rudolphi Goclenio, juniore, nuper Pa-
rente, & Patrono; nunc cum Sigil-
lis, & Characteribus Magicis ulgo-

proruente, & præcipitante. Luxem-
burgi, apud Hub. Reulandt, 1618,
in 8. Extat etiam cum Theatro Sympa-
theticō aucto. Norimbergæ, apud
Joh. Andr. Endterum & Wolfgang.
Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Curationis Magneticæ, & Un-
guenti armarii Magica Impostura.
clarè demonstrata. Modesta Respon-
sio ad perniciosam Disputationem
Joh. Bapt. ab Helmont, Bruxellen-
sis, Medici Pyrotechnici, contra
eundem Robert. acerbe conscriptam.
Luxemb. apud Hubertum Reuland,
1621, in 8. Coloniæ, typis Johan.
Linkii, 1622, in 8.

Tractatus novi, de Magneticâ
Vulnerum curatione, Autore Rudolph.
Goclenio, brevis Anatome.
Lovanii, typis Christophori Flavii,
in 8. & Treviris, apud Henricum
Bock, 1615. Extat etiam cum Thea-
tro Sympatheticō aucto. Norim-
bergæ, apud Johan. Andr. Endte-
rum & Wolfgang. Jun. Hæredes,
1662, in 4.

Metamorphosis Magneticæ Cal-
vino-Goclenianæ. Leodii, typis Joh.
Ouwerx, 1618, in 8.

Goclenius Magus seriò delirans;
Epistola Duaci, typis Arnoldi Wien,
1619, in 12.

Dissertatio de Superstitione. Tre-
viris, apud Henricum Bock, 1614,
in 12.

JOHANNES ROBIN
Enchiridion Isagogicum, ad faci-
lem notitiam Stirpium, tam indige-
narum, quam exoticarum, quæ co-
lun-

luntur in ejus Horto. Parisiis, apud Petrum de Brelche, 1623, in 8.

**JOHANNES RODERICUS
CASTELLI ALBI,**

Lusitanus

Hic se postea appellavit

AMATUM LUSITANUM

Index Dioscoridis, sive, Historiales Campi, Exegetataque Simplicium, atque eorundem Collationes cum his, quæ in Officiis habentur, nedum Medicis, & Myropoliorum Seplesiariis, sed bonatum Literarum Studiosissimis perquam necessarium Opus. Cujus singulis Capitibus Dioscoridis Philologiam præponit, hoc est, Nomenclaturas Simplicium in variis Linguis, Hispanicâ, Lusitanicâ, Germanicâ, Theutonicâ, & Gallicâ, Italicâque interdum: deinde judicium quoque suum, quoad res ipsas, singulis Capitibus subjungit. Antverpiæ, apud Viduam Martini Casaris, 1536, in fol.

○ JOHANNES ROGERIUS

Analecta Medica, seu, Disceptationes Medicæ, novis opinionibus refertissimæ. Londini, in 8.

**JOHANNES RONCONIUS
de M UTILIANA,**

Florentinus

Tractatus Medico-Philosophicus, de Seri Lactis naturâ, usu, & præparatione. Florentiæ, apud Franc. Honofrium, 1631, in 8.

**JOHANNES ROQUETIUS,
Santon**

Diorismi de Sanguinis Missione:

ex Hippocratis, Galeni, & aliorum nostri Seculi Medicorum celebrium monumentis concinnati. Rupellæ, apud Petrum Hauttinum, 1576, in 12.

○ JOHANNES ROSINUS

Johannis Wigandi veram Historiam de Succino Borussico: de Alce Borussicâ: & de Herbis in Borussia nascentibus: Item de Sale, Creaturâ Dei saluberrimâ, Considerationem, in lucem edidit. Jenæ, apud Tobiam Steinmannum, 1590, in 8.

JOHANNES ROTHMANUS

Chiromantia. Erphordia, 1595, in 4.

○ JOHANNES RUBIGERUS

Epistola tres Medicæ. Extant cum Qista Medicæ Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

○ JOHANNES RUDOLPHUS BURKHARDUS

Observatio de Cultrivoro Basileensi.

Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios, German. An. III, Num. 178.

JOHANNES RUDOLPHUS CAMERARIUS

○ Disputationū Medicarum in Illustri Academia Tubingensi superiore quidem tempore habitarum; & ob Exemplarium seorsim editorum paucitatem penè depreditarum; jam vero ab

ro ab interitu vindicatarum Décas
Prima, in unum Volumen redacta.
Cui adjectus est Tractatus Johannis
Widmaani, dicitur Mechinger, de Bal-
neis Thermarum ferinarum in Du-
catu Würtembergico. Tubingæ,
ap. Theodoricum Werlinum, 1611,
in 8.

D Sylloges Memorabilium Medi-
cinæ, & Mirabilium Naturæ Arcano-
rum Centuriæ XII f. Argentinæ, ap.
Eberh. Zetznerum, 1624, in 12.
Tubingæ, apud Johannem Georg.
Cottam, 1683, in 8. Hæc altera
Editio continet Centurias XX. au-
cta quæ est Centuriis quatuor posthu-
mis, & emendatior prodiit.

Ejusdem Sylloges Centuriæ XII,
XIV, XV, XVI. Argentin, 1652,
in 12.

Ejusdem Sylloges Centuria pri-
ma prodiit Noribergæ, 1614, in 8.

JOHANNES RUDOLPHUS
GLAUBERUS

Explicatio Miraculi Mundi. Fran-
cofurti, apud Thom. Matth. Götz,
1656, in 8. Amstelodami, 1656,
in 8.

Dissertatio Medico-Hermetica de
Catholica magni Naturæ Magisteria-
lis Mysterii. Francof. apud Eundem,
1656, in 8.

D Furni novi Philosophici, sive,
Descriptio Artis Destillatoriæ novæ,
nec non Spirituum, Oleorum, Flo-
rum, aliorumque Medicamentorum
illius beneficio, facilimâ quâdam &
peculiariter e Vegetabilibus, Animali-
bus & Mineralibus conficiendorum,

& quidem magno cum lucro; agens
quoque de illorum usu tam Chymi-
co, quam Medico. Amstelodami,
apud Joh. Janssonium, 1651, in 8.
Ibidem, 1661, in 8.

D De Auri Tincturâ, sive, de Au-
ri potabili vero. Francofurti, 1651,
in 8. Amstel. 1658, in 8.

D Operis Mineralis Partes tres.
Pars I. de Separatione Auri è Silici-
bus, Arenâ, Argillâ &c. Item Pa-
nacea.

Pharmacopœa Spagyricæ, Pars I.
Ibid. 1654, in 8.

Prosperitatis Germaniae Pars I.
Ibid. 1650, in 8.

Miraculum Mundi. Ibid. 1653,
in 8.

De Tartaro ex Vini fecibus. Ibid.
1655, in 8.

Consolatio Navigantium, Ibidem,
1657, in 8.

JOHANNES RUDOLPHUS
SALTZMANNIUS,
Argentinensis

Consultatio Medica de curando
Melancholico. Extat Tomo I. pag.
534. Orationum Argentinensium,
edit. Argentorati, apud Laz. Zetzne-
rum, 1611, in 8.

Epistola Medica. Extat cum Ci-
sta Medica Joh. Hornungi. Noribergæ,
apud Sim. Halbmayerum, 1625,
in 4.

De Anatomicis quibusdam Obser-
vationibus Epistola. Extat cum
Gregorii Horstii Observat. Medi-
cal. Singular. Lib. IV. prioribus. Ul-
mæ, ap. Saurium, 1628, in 4, p. 447.

De Diæta fractorum ossium: utrū
sicilicet alimenta conducant crassa &
viscosa, an vero tenuia ac subtilia?
Et, utrum diuretica cibis sint per-
missenda, nec ne? Epistola. Extat
cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chir-
urg. Cent. 111. Oppenheimi, apud
Johan. Theod. de Bry, 1611, in 8.
pag. 312.

◎ Varia Observata Anatomica
hactenus inedita. Edente Théodoro
Wynants. Amstelodami, ap. Jacob.
Konynenberg, in 12.

JOHANNES RUEL. LIUS

◎ Natus Sueffoni in Belgio A.C.
1474. Fuit Francisci I. Regis Gall.
Medicus: Dioscoridem & Actuarium
tantâ sermonis elegantiâ translulit,
ut peculiari elogio Aquila Interpretum
à Budæo nominaretur. Hujus
etiam singulari ope factum est, ut
Hippocrates, Galenus, Euclides, Cel-
sus, Plinius, longè quam antea emen-
dationes à typographis excuderentur,
dum in manuscriptis exemplaribus
undiq. conquirendis nulli sumptui pe-
percit. Obiit in Monasterio A.C. 1537,
atatis sua 63.

De natura Stirpium, Libri tres.
Parisiis, apud Simonem Colinæum,
1536; & Basileæ, apud Frobenium,
1537, in fol.

Interpretatio Latina, Scriptorum
Græcorum de Medicina Veterina-
riâ. Parisiis, apud Sim. Colinæum,
1530, in 8.

Interpretatio Actuar. Johannis de
Medicamentorum Compositione.

Parisiis, apud Conr. Neobarium,
1539, in 12. Basileæ, ap. Bogardum,
1546, in 8. apud Rob. Winter,
1540, in 8.

Interpretatio Latina Anatolii de
Mulomedicina. Basileæ, apud Sim.
Colinæum, 1530, in fol.

Scribonii Largi de Compositione
Medicamentorum. Librum edidit.
Extat ap. Celsum Edit. in fol. Pari-
siis, apud Chriit. Wechelum, 1529,
in fol.

Pedacii Dioscoridis Lib. vi. de Ma-
teria Medica interpretatus est.

JOHANNES RUNGIUS, Pomeranus

De præcipuis Visus symptomatis,
eorumque causis, Physica & Medica
Contemplatio. Basileæ, apud Leon-
hardum Ostenium, 1578, in 4. ap.
Genathium, 1624, in 4.

JOHANNES de RUPE- CISSA

De consideratione Quintæ Essen-
tiæ Rerum omnium. Opus sanè egre-
gium. Accessere Arnoldi de Villano-
va Epistola de Sanguine humano de-
stillato. Raymundi Lullii Ars opera-
tiva, & alia quædam. Mich. Savona-
rolæ Libellus optimus de Aqua Vi-
tæ, nunc valde correctior, quam an-
te annos LXX editus. Omnia ad se-
lectissimam Materiam Medicam, &
Morborum curationem, Vitæque
conservationem mirabiliter facien-
tia. Basileæ, apud Conrad. Wald-
kirch, 1597, in 8.

Liber Lucis. Extat cum Secretis
Alchimiæ Magnalibus Thomæ Aqui-
natis,

natis, à Daniele Brouchuisio editis. Coloniae Agripp. apud Nic. Bohmbargen, 1579, in 4. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

De Confectione veri Lapidis Philosophorum clarè & absque quacunque palliatione, Liber. Extat cum verè Alchemiæ aliquot Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 126. Tomi II.

JOHANNES SADLERUS

Praxis Medicorum Axel Formula Remediiorum. Londini, 1637, in 8. & 12.

JOHANNES SAIGNIER, *Lutetianus*

Magni Lapidis Naturalis Philosophia, & vera Arsin Opus deducta, & Filio suo Carolo, loco inestimabilis Thesauri Testamento relictæ, & in agone mortis propriâ manu subsignata, Parisiis Anno Domini, 1632. Die 7. Maii, Bremæ, apud Jacobum Köhlerum, 1664, in 4.

JOHANNES SALICETUS, *dictus WIDMAN*

Liber de Pestilentia & ejus fuga. Tbingæ, 1501, in 4.

JOHANNES de Sancto AMANDO, *Gallus*

Expositio, & Dubitationes, eamque Solutiones super Antidotarium Nicolai. Extant cum Joh. Messius Operibus.

De idoneo auxiliorum usu, Libel-

lus. Extat cum Christophori Heylli artificiali Medicatione, & Bertrutii Methodo, cognoscendi Morbos. Munguntur, apud Ivonem Schöffer, 1534, in 4.

De Balneis, Opuscolum. Extat in Operè Veneto de Balneis, p. 221.

JOHANNES SAMBUCUS,

○ Natus est Ternavia, Hungaria oppido A. C. 1531. Fuit Maximiliani II. & postea Rudolphi II. Imperatorum Consiliarius & Historicus Caesarus; unaq. Medicus elegans, Poeta eruditus, & Antiquarius penè incomparabilis: nec non Vir adeo liberalis, ut omnem ferè substantiam suam conquirendis Libris, monetis, & studiis antiquis impenderit. Obiit Vienna Austr. apoplexiā A. C. 1584, atatu súa 53.

Icones, seu, vivæ Imagines Medicorum & Philosophorum, veterum & recentium. Antwerpia, ap. Christoph. Plantinum, 1574, in fol. Lugduni Batav. 1603, in fol.

Vegetii Renati, de Arte Veterinaria, Restitutio. Vid. Renatus.

JOHANNES SAPORTA

Tractatus de Lue Venerea. Extat cum Patris Antonii Saportæ de Tumoribus præter naturam Libris quinque, curâ Henrici Graffii editis. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

JOHANNES SAURE, *Tornayerensis*

De Lapide Philosophorum, Liber. Extat

Extat in Harmonia Chymico-Philosophicæ Decade prima, collecta ab Hermanno Condeesyano, editaque Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

JOHANNES SCHENCKIUS

○ Natus est A. C. 1530: creatus Tubingæ 1554 Medicina Doctor: & factus Physicus Friburgensis in Brisgavia, ibi usq; ad vitæ sua finem felicissimè Medicinam exercuit. Obiit Friburgi A. C. 1598; etatis sua 68, relicto Filio Joh. Georg. Schenckio, Bibliotheca Medica Authore.

○ *Паегетрикес*, sive, Observatio-
num Medicarum, rararum, nova-
rum, admirabilium, & monstrosarum,
Volumen, Tomis septem de toto ho-
mīne institutum. In quo, quæ Medi-
ci doctissimi & exercitatissimi abdita,
vulgò incognita, gravia, periculosa-
que, circa humani corporis Anato-
mēn & fabricam, ejusdemque mor-
borum Causas, Signa, Eventus, &
Curationes, accidere compererunt,
Exemplis ut plurimum & Historiis
proposita exhibentur. Continentur
præterea hoc Opere Illustrum at-
atis nostræ Medicorum Asclepiada-
rum & complura, & nunquam
publicata Exempla memorabilia,
quorum Autores singulari Elencho
traduntur, operâ Joh. Georg. Schen-
ckii F. collecta. Francof. apud Jonam
Rhodium, 1600, & 1609, in fol. Fri-
burgi Brisgojæ, ap. Beckerum, 1604,
& seqq. in 8. Lugduni, apud Johan.
Ant. Huguetan, 1643, in fol. Hæc

Editio à Carolo Sponio ab innumeris
præcedentium Editionum mendis
vindicata est. Francofurti, apud
Johannem Beyerum, 1665, in fol.
Hæc Editio præterea passim novis
Recentiorum Authorū Observatio-
nibus aucta est à Laurentio Straußio.

JOHANNES SCHICO-

TIUS

Epistolæ & Dissertationes Medi-
cæ, de Anno & Anni tempestatibus.
De Purgandi ratione. De Rheuma-
tismo. De Variolarum, & Morbillorum
ortu, Acufis & curatione. De
Dolore. De Soño & Vigilia. De
Melancholia morbo. Accedit Manu-
ductio ad medicinam faciendam Pa-
risiis, apud Carolum de Mestri, 1656,
in 4.

JOHANNES SCILLE- RUS

De Febre pestilenti, Liber, Basilez,
apud Henr. Petri, in 8.

JOHANNES SCHITLE- RUS

Regimen Præservativum & Cura-
tivum Febris Pestentialis & Morbi
Anglici sudorini. Nissæ Silesiorum,
apud Johannem Gruciger, 1481, in 8.

JOHANNES SCHMIED- TIUS

Observatio, de Aphonia subitanea.
Extat Ephem. Acad. Nat. Cur.
Germ. An. III. N. 121.
de Hernia exulcerata, unde excre-
menta sine alia sanitatis noxa
egerebantur. Ibid. An. eod. N.

- Observatio, de Lacte ex Vena sectâ
in Viro. Ibid. Ann. eod. N. 123.
cum Scholio.
- de Erosione intestini, ab urina re-
stagnante intra pudendum pu-
ellæ p. n. conformatum. Ibid.
An. eod. N. 124.
- de Terrore gravidæ foetui exitio-
so. Ibid. An. IV. & V. N. 21.
- de Ex crescentia carneâ in foetu ex
terrore matris contractâ. Ibid.
An. eod. N. 22.
- de præmatura mensium curatione.
Ibid. An. eod. N. 23.
- de Officulis à Phthisico tussi excre-
tis. Ibid. An. eod. N. 24.
- de largo & perpetuo glandula-
rum sub axillis madore. Ib. An.
cod. N. 25.
- de Urina actu frigidâ. Ibid. Ann.
eod. N. 26.
- de monstro fœminini sexûs. Ibid.
Ann. eod. N. 27.
- de Oblivione lectionis ex apople-
xia, salvâ scritione. Ibid. An.
eod. N. 154. unâ cum Sholio.
- de Dysuria cum penis retractione.
Ibid. An. eod. N. 155.
- de vermis cum Urinâ excretis.
Ibid. An. eod. N. 156.
- de alvi excrementis per genitalia
ejectis. Ibid. Ann. eod. Num.
157.
- de manibus sulphur olentibus. Ib.
An. eod. N. 158.
- de Itchuria ex distensione emul-
gentium. Ibid. An. eod. N. 159.
unâ cum Scholio.
- de Purgatione ex Imaginâ. Ibid.
An. eod. N. 160.

- de Cancri cura palliativâ. Ibid. An.
eod. N. 161.
- de Deglutitione diversimodè læsâ.
Ibid. An. eod. N. 162.
- de Vitulo monstroso. Ibid. An. eod.
N. 163.
- de morte repentinâ à vulnere o-
culi inficto. Ibid. Ann. VIII.
N. 83.
- de Variolis post decimum septi-
mum demum suppuratis. Ibid.
An. eod. N. 84.
- de Variolis verminantibus. Ibid.
Ann. eod. N. 85.
- de Lacte recens natæ puellæ. Ibid.
Ann. eod. N. 86.
- de Urina nigra nîl funesti indican-
te. Ibid. An. eod. N. 87.
- de Olei succini nimis largiter hau-
sti noxâ. Ibid. Ann. eod. Num.
88.
- de infarctu fabuloso Urethræ le-
thali. Ibid. An. eod. N. 89.
- de talpa Vomitu rejectâ. Ibid. An.
eod. N. 90.
- de Polypocurato. Ibid. Ann. eod.
N. 91.
- de Caruncularum Gallicarum in
urethra curatione. Ibid. Ann.
cod. N. 92.
- de Ilei curatione. Ibid. Ann. eod.
N. 93.
- de æva Øpœstia, soluti matrimonii
causâ. Ibid. An. eod. N. 94.
- de tumore lienis, partu, soluto. Ib.
An. eod. N. 95.
- de exanimatâ ad sensum in vitam
revocatâ. Ibid. An. eod. N. 96.
- de Vomica à transpiratione subitò
cohabitâ. Ibid. An. eod. N. 97.

- Observatio , de falla imaginatione Melancholiæ. Ibid. Ann. IX. & X. N. 41.
 de Passione hystericâ conjugio curatâ. Ibid. An. eod. N. 42.
 de Hydrophobia annis XX. oculata. Ibid. An. eod. N. 43.
 de Podagra contagiosa. Ibid. An. eod. N. 44.
 de miro Phthiseos contagio. Ibid. An. eod. N. 45.
 de vano Melancholicum metu. Ibid. An. eod. N. 46.
 de singulari Antipathia. Ibid. An. eod. N. 47.
 de Venæ fectionis commodo in gravidis. Ibid. Ann. eod. Num. 48.
 de Fraude Medicâ salutari. Ibid. An. eod. N. 49.
 de Verme Capitis. Ibid. Ann. eod. Num. 50. unâ cum Scholiis ad eam.
 de mira vocis interceptione. Ibid. An. eod. N. 61. unâ cum Scholiis ad eam.
 de Colici doloris vehementia stuporem cuti inducente. Ibid. An. eod. N. 52.
 de pertinaci constipatione. Ibid. An. eod. N. 53.
 de Anorexia mirabili. Ibid. Ann. eod. N. 54. unâ cum Scholiis ad eam.
 de Calculis asperæ arteriæ , causâ tussis molestæ. Ibid. Ann. eod. Num. 55. unâ cum Scholiis ad eam.
 de Evporisto in nimio sanguinis fluxu. Ibid. An. eod. N. 56.

- de Noxa Venæ fectionis in rauidine. Ibid. An. eod. N. 57.
 de Affectu hysterico curato. Ibid. An. eod. N. 58.
 de singulari continentia exemplo. Ibid. An. eod. N. 59.
 de Cuspide Phlebotomi inopinata perditâ. Ibid. Ann. eod. Num. 60.
 de Pulsu utriusque carpi diversitate. Ibid. An. eod. N. 61.
 JOHANNES SCHRÖDERUS, *Mæno-Francofurtanus*.
 Pharmacopœia Medico-Chymica , sive , Thesaurus Pharmacologicus . In quo composita quæque celebriora : hinc Mineralia , Vegetabilia & Animalia Chymico Medicè describuntur , atque insuper principia Physico-Hermetico-Hippocratica candè exhibentur. Opus non minus utile Physicis , quam Medicis. Ulmæ , apud Joh. Gerlinum , 1641 , 1649 , 1655 , 1662 , in 4. Francofurti , apud Viduam Johannis Görlii , 1669 , in 4. Lugduni-Batavorum , apud Felicem Lopez d'Haro , 1672 , in 8. quæ editio prior bus multò correctior , tribus Linguis , Galliâ , Anglicâ & Belgicâ , totidemque Indicibus , aucta est : unâ cum Appendice Pharmacorum in Schröderi Pharmacopœia omissorum : & Indice Morborum . Et nunc post Editionem Horstio-Witzelianam , quâ Appendix , & Index Morborum : & Batavicam , quâ Linguæ Gallicæ , Anglicæ & Belgicæ , nomina & Indices accessere , septi-

septimā emendatum ; omissis locupletatum , novisque auctum à Johān. Ludovic. Witzelio . Francofurti , apud Viduam Joh. Görlini , Bibliop. Ulm. 1677 , in 4.

¶ Quercetanus redivivus , hoc est , Ars Medica Dogmatico - Hermetica , ex Scriptis Josephi Quercetani , tribus Tomis digesta . Francofurti , apud Joh. Bayerum , 1648 , in 4. Ibid. 1667 , in 4. Hæc Editio multis in locis aucta est . Ibidem , apud Hæredes Johannis Beyeri , 1679 , in 4. quæ Edicio juxta Exemplar Schröderianum revisa , variisque in locis corretæ & aucta est , cum Indice Rerum & Verborum locupletissimo .

○ Arnoldi Weickardi Thesauri Pharmaceuticum Galeno Chymicū revisit , & secundò edidit . Francofurti , 1670 , in 4.

JOHANNES SCHROEITERUS,

○ Natus Vinariae Saxon. A. C. 1513 , Patre Petro Schrötero , Consule : anno 1543 Witteberga Philosophia Magister : & 1552 demum Vienne Austr. Doctor Medicina , ejusq; Professor publ. renunciatus , nec multò pōst à Maximiliano , tunc Bohemorum Rege , in Aulam , Medicina faciende causā , acserfūt : anno vero 1554 in Academia Jenensi Medicina Professor , & Ducum Saxon. Archiater designatus est . Hanc Academiam plurimum illustravit , dum , ut Sceptra Academia essent argentea & aurea , impetravit , & ades in oppido multas ad habitandum commodas ex-

struxit , atq; ut Collegium liberalitate Principum exadficaretur , elaboravit . Rectoratum ejusdem Academia primus gesit : & à Ducibus Saxon. ad Ferdinandum Imperatorem , cum Jonā & Gundelino , Consiliariis , missis , Academia privilegia integra impetravit . Anno 1557 Ferdinandi Caesaris auctoritate Equestris ei dignitas collata : & 1579 Patavii ipse cum Filii Comes Palatinus creatus est . Cum Jenae ultra 30 annos docuisset , obiit A. C. 1593 , atatis sua 80.

Typus ex Hippocrate , Galeno , aliisque bonis Autoribus , per quem , cognitis ex motu & cursu Siderum mutationibus anni , uno intuitu de futuris inde morbis , unusquisque facile prædicere poterit . Viennæ Austriae , apud Ægidium Aquilam , 1551 , in 8.

Brevis & necessaria Contagionis & Pestis Adumbratio , Positionibus scripta . Jenæ , apud Thomam Rebarum , 1584 , in 4.

Consilia aliquot Medica . Extant eo in Opere , quod Johan. Philippus Brendelius collegit & edidit . Francof. apud Palthenium , 1615 , in 4. & quod Johannes Wittichius edidit . Francof. apud Hennigum Grossium , 1604 , in 4.

Epistola Medica , ad Justinum Petzoldum , de Morborum malignorum sui temporis curatione . Extat eo in Opere , quod Laurentius Scholzzius edidit . Francofurti , apud Andr. Wecheli Hæredes , 1598 , in fol. pag. 303.

JOHANNES SCHWABUS,
Feldkirchensis

De horribilium atque horrisonorum πυροβόλων καὶ σφαιροβόλων tormentorum bellicorum Vulnerum essentiis & curatione, Disputatio. Exeat Decade 11 Disputat. quas collegit & edidit Joh. Jac. Genathius, Basileæ, 1619, in 4.

JOHANNES SCHYRÖNIUS

Methodi Medendi, seu, Institutio-
nis Medicinæ faciendæ, una cum
Tractatu de Curatione Febrium pu-
tridarum, Libri quatuor. Quibus ac-
cessit Tractatus Medicamentorum
simplicium, & compositorum; una
cum ipsorum Dosibus, quibus Medici
in Praxi utuntur; in eorum gratiam,
qui praxin adeunt. Opus sanè utilissimum & pernecessarium. Monspe-
llii, apud Franc. Chovet, 1609, in
12. Genevæ, apud Eundem, 1608,
in 12.

JOHANNES SCRETA

Martini Rulandi Curationes Em-
piricas in compendiosum ordinem,
secundum Partium corporis seriem
redactas, edidit.

JOHANNES SCULTE-
TUS

○ Natus est Ulme A.C. 1595, Pa-
tre Michaeli Schultes, Nautâ: crea-
tus Patavii 1621 Philosophie, Medi-
cine & Chirurgiae Doctor, pauloq;
post, anno nempe 1625 in Collegium
Medicum patriæ receptus, Praxin per-

20 annos felicissimè ibi exercuit, à
Magnatibus etiam sœpius accessitus.
Tandem Stutgardia, quò ad nobilem
quendam agrotantem vocatus erat,
apoplexiā forti obiit A.C. 1645, ata-
tis sue 51.

○ Armamentarium Chirurgicum,
XLIII Tabulis æri incisis exorna-
tum. Ulmæ, apud Balthas. Kühn,
1653, in fol. Hagæ Comitis, apud
Adr. Ulacq. 1656. Francofurti, apud
Viduam Johan. Gerlini, 1666, in 4.
quæ Editio cum L VI. Tabulis sive
Figuris æneis novis accuratissimis,
ut & tribus Indicibus absolutissimis,
Instrumentorū scilicet, Observatio-
num & Rerum notabilium illustrata
est. Amstelod. 1662, in 8. Ib. 1669, in 8.
Amstelodami, apud Johan. à Some-
ren, 1672, in 8. quæ Editio Observa-
tionum Medico-Chirurgicarum Cen-
turiæ, & Appendix variorum tam
veterum, qui recenter inventorum
Instrumentorum aucta est à Johan.
Baptista à Lamzweerde.

JOHANNES SCULTE-
Noribergensis

Trichiasis admiranda, sive, Mor-
bus pilaris observatus. Noribergæ,
apud Michaelem Endterum, 1658,
in 12.

○ Prophylaxis, circa præsentem &
futurum sanitatis statum, Oratione
proposita. Ibidem, apud Eundem,
1665, in 12.

○ Plantarum Cultura, Oratione
exulta. Ibidem, apud Wolfgang.
Eberhardum Felseckerum, 1666,
in 12.

Observa-

*Observatio de Andria. Extat Ephem.
Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. II.
N. 253.*

de duobus monstris. Ibid. An. III.

N. 224.

de Hydrope Ascite cum Hydrom-

phalo. Ibid. Ann. IV. & V. N.

148.

**JOHANNES SEBALDUS
KOBENHAUPTIUS,**

Argentinensis

*Oratio, de dicto vulgari : Medicè
vivere, est optimè vivere. Extat
Orationum Argentinensium Tomo
II, p. 115, edit. Argentinæ, ap. Laz.
Zetznerum, 1615, in 8.*

*Oratio de Vita clarissimi doctissi-
mique Viri D. Sebaldi Hawenreute-
ri, Med. Doct. & Reipubl. Argento-
ratensis Physici, recitata prid. Cal.
August. M D LXXXIX. Extat ibidem
pag. 176.*

*Disputatio de Humoribus. Argen-
torati, 1591, in 4.*

**JOHANNES SEGERUS
WEIDENFELD**

*De Secretis Adeptorum, sive, de
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV,
Opus Practicum per concordantias
Philosophorum inter se discrepan-
tium, tam ex antiquis, quam mo-
dernis Philosophiæ Adeptæ Patribus
mutuo conciliatis summo studio col-
lectum, & novissimâ concinnè me-
thodo ita digestum, ut vel Tyrones
possint discerneret vegetabilium, ani-
malium, mineralium, præparatio-
nes supposititias sophisticasve à ve-
ris, sive, pro re Medica, sive metal-*

*licâ, atque sic cavere fibi à yagabun-
dis deceptoribus, imaginariis pro-
cessibus, & suarum pecuniarum di-
lapidatione. Hamburgi, apud Got-
tofredum Schultzum, 1685, in 2.*

**JOHANNES SEIDELIUS,
Boleslavienſis**

*De Polyguria, seu, Diabete, Di-
ſputatio. Extat Decade VI. Disputat.
quas collegit & edidit Basileæ, Joh.
Jac. Genathius, 1622, in 4.*

**JOHANNES SERA-
PION**

*Arabs, Medicus celeberrimus, ea-
teris omnibus, qui de materia Medica
scriperunt, diligentior, Mahometica
superstitionis cultor. Vixit & floruit
sub Henrico IV, Imperatore A.C.
1086. Wolfg. Justus in Chronol. Me-
dicorum. Moreau de V.S. in Pleuriti;
de. Vixit A.C. 742. sub Leone Impe-
ratore.*

*Practica, dicta Breviarium. Liber
de Simplici Medicina, dictus circa
instans. Practica Platearii. Vene-
tiis, apud Octav. Scottum, 1497,
apud Andr. Toresanum de Afula,
1503. apud Juntas, 1530, 1550, in
fol. Andréa Al pago interprete. Lug-
duni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4.
cum Thesauro Pauperum, & Platea-
rio. Argentinæ, apud Ulricherum,
1531, in fol. cum Averrhois, Rasis,
aliorumq; Opusculis Ottonis Bruns-
felsii operâ accuratius ediditis.*

*De Febribus, Liber. Extat Operis
Veneti de Febribus, pag. 153.*

*Excerpta de Balneis. Extant pag.
430 Operis Veneti de Balneis.*

JOHANNES SERMO.
NETA

Commentarius super Librum Aphorismorum, & Techni. Venetiis, 1498, in fol.

JOHANNES SIEGFRIED,
Margulensis

Gabr. Fallopii Observationes Anatomicas, digestas & illustratas edidit.

Item, Georgii Agricolæ, de Ortu & Causis subterraneorum Liber v. De natura eorum, quæ effluunt ex terra, &c.

Item, Eiusdem Agricolæ, De re Metallica Lib. xii. de Animantibus subterraneis.

Galeni Librum de Ossibus ad Tyrones edidit.

JOHANNES SIGISMUNDUS, *Silesius*

Consilia Medica, Extant eo in Operc. quod Laurentius Scholzius edit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

JOHANNES SIGISMUNDUS ELSHOLTIIUS

Anthropometria, sive, de mutua Membrorum Corporis humani proportione, & Navorum harmoniâ, Libellus. Cui accessit Doctrina Navorum. Patavii, apud Matth. Cadornum, 1654, in 4. Francofurti ad Odetam, apud Rupertum Völkerum, 1663, in 8. quæ post Patavinam altera Edicio Figuris æneis illustrata est.

Flora Marchica, sive, Catalogus Plantarum, quæ partim in Hortis Electoralibus Marchiæ Brandenburgicæ primariis, Berolinensi, Aurgburgico, & Potstamensi, excoluntur: partim suâ sponte passim provenient. Berolini, apud Daniel. Reichelium, 1663, in 8.

Clysmatica nova, sive, Ratio, quâ in venam sestam medicamenta immitti possint, ut eodem modo, ac si per os assumpta fuissent, operentur: additâ etiam omnibus seculis in auditâ Sanguinis Transfusione. Editio secunda, variis experimentis per Germaniam, Angliam, Gallias atque Italiam factis, nec non Iconibus aliquot illustrata. Coloniz. Brandenburgicæ, apud Daniel. Reichelium, 1667, in 8.

Clysmatica nova, seu, Chirurgia Infusoria hominibus adhibita 1665. Extat cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Castrensis, Jas. Linji, Cabrolii, variis Opusculis Anatomicis, Francof. apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

Destillatoria Curiosa, sive, Ratio ducendi Liquores coloratos per Alembicum, hactenus si non ignota, certe minus observata atque cognita. Accedunt Utis Udenii & Guernerii Rolfinck Non-Entia Chymica. Berolini, apud Rupertum Völcherum, 1674, in 8.

Historia Steatomatis resecti & feliciter sanati. Coloniz. Brandenburgicæ, apud Rupertum Voelckerum, 1666, in 4. Extat etiam cum Miscellan. Curios. sive, Ehemerid. Medi-

Medico - Physicar. German. Anno
Quarto & Quinto. Lipsiae, ap. Joh.
Fritschium, 1676, in 4.

◎ De Conceptione Tubariâ, quâ
humani Foetus, extra Uteri cavita-
tem, in Tubis quandoque concipiun-
tur: itemque de Puella Monstrofa,
Berolai nuper natâ, Epistola. Extat
ibidem, apud Eundem, anno & for-
mâ eâdem.

◎ De Phosphoris, Observatio-
nes quatuor. Berolini, 1676, in 8.

◎ Observatio, de Equiserto subterra-
neo. Extat Ephém. Acad. Natur.
Curios. Germ. An. VI. & VII.
N. 17.

de Sale ex Aere & sulphure ex Sole
colligendo. Ibid. Ann. eodem.
N. 18.

de Badiani Moscovitico. Ibid. An.
eod. N. 79.

de Ovo prægnante. Ibid. Ann. eod.
N. 80.

de Sulphure putatiō cum pluvia
descendente. Ibid. Ann. eod.
Num. 87.

de Artificiis, quo oculorum humo-
res restituuntur, vestigiis apud
Veteres. Ibid. Ann. eod. Num.
126.

de Semine Zinæ Officinarum, an-
sit genuinum? Ibid. Ann. eod.
N. 127.

de Hominis conceptione ex ova-
rio. Ibid. An. eod. N. 106.

de Ovario humano atq; Tubis. Ib.
An. eod. N. 107.

de Gemellorum origine. Ibid. An.
eod. N. 108.

Obseratio, de Moxa Sinensi anti-
podagrîâ. Ibid. An. eod. Num;

224.

de Cordis dissecti fragrantia. Ibid.
An. eod. N. 225.

de Hirundinum excœcatione &
restitutione. Ibid. Ann. VIII.
N. 18

de quatuor Phosphoris. Ibid. An.
eod. N. 19.

de Phosphoro liquido. Ibid. Ann.
eod. N. 20.

de Aqua rubicunda fossæ Beroli-
nenis. Ibid. An. eod. N. 79.

de pila plumbeâ per renem reddi-
tâ. Ibid. An. IX. & X. N. 85.

de frutice sensibili luxuriante. Ib.
An. eod. N. 86.

de succino foſſili & lapide Belmni-
te. Ibid. Ann. eod. N. 87.

de Microscopiis globulariis. Ibid.
An. eod. N. 115.

◎ JOHANNES SILLE- RUS

Observatio, de casu singulari vulne-
rati abdominis. Extat. Act Haf-
niens. Volum. V. N. 5.

JOHANNES SINAS- PIUS

¶ Natus Svinfurti, Franconia op-
pido. In Italia studiorum gratiâ com-
plures annos transegit, dum Ferrarie
Ducis Herculæ Estantis Filiam An-
nam bonis literis instituit, & ejusdem
Ducis Conjugis Archiater, ut habet
Justus in Chronolog. Medic. fuit. Inde
ab Episcopo Herbipolensi revocatus,
ejus Medicus constitutus est. Obiit
Herbipol. A.C. 1561.

Luciani Tragopodagram Latinè
interpretatus est.

JOHANNES SISINIUS AMABILIS

De natura soetus Disputatio, Ro-
mæ, apud Andream Phæum, 1615,
in 8.

JOHANNES SNIPPE- DALIUS

Catalogus Horti Amstelodamen-
sis, 1646, in 4.

JOHANNES SOPHRONIUS KOZAK, à Prachien Bohemus

Anatomia Vitalis Microcosmi. In
qua Naturæ humanae proprietates,
quas homo cum rebus extra se sitis
communes habet, tum morborum
origines, eorumque legitimus curan-
di modus, breviter & dilucide expli-
cantur, Bremæ, apud Bertholdum
Villerianum, 1636, in 4.

Discursus Physici Tractatus qua-
tuor, de rerum naturalium princi-
piis, de gener. & transplantationum
modis, morbor. cauſis & speciebus,
methodo curationum, 1631, in 8.

○ Tractatus Medicus de Sale, ejus-
demque in Corpore humano Resolu-
tionibus salutaribus & noxiis: omni-
bus Medicinæ Practicis valde utilis
& Ægrotis necessarius. Francofurti,
apud Balthasar. Kühnium, 1663,
in 4.

○ Tractatus de Hæmorrhagia,
Partes duæ. In prima, causæ recen-
sentur omnis generis Hæmorra-
giaæ; in secunda, omnium curandi

ratiohals Methodus dictatur. Ulmæ,
apud Balthasar. Kühn, 1666, in 8.

○ JOHANNES SPANGEN- BERGIUS, Gerd.

Erotemata de Arte Memoriæ, seu
Reminiscentiæ, quibus ea, quæ ha-
cenus de Memoria tam naturali ju-
vanda, quam artificiosâ acquirendâ,
à doctissimis quidem Viris, nimis ta-
men obscure, atque involute fue-
runt pertractata, nunc in gratiam
Studioꝝ Juventutis, tam clare &
perspicue enucleantur, ut porro et-
iam ipsis pueris possint esse usui. Ex-
tant cum Variorum de Arte Memo-
riæ Tractatibus sex. Francofurti &
Lipsiæ, apud Johan. Henricum Ellin-
gerum, 1678, in 8.

○ JOHANNES SPECH- TIUS

Observatio, de Dysuria lethali. Ex-
tat Ephemer. Acad. Nat. Cur.
Germ. An. IX. & X. N. 113.
de Passione Iliaca feliciter curata.
Ibid. Ann. eod. N. 114.

JOHANNES SPERLIN- GIUS

○ Tractatus Physicus de Forma-
tione Hominis in utero. Witteber-
gæ, ap. Hæredes Tobiæ Mævii, 1641,
1655, 1661, 1672, in 8.

○ Tractatus Physico-Medicus, de
Calido innato, pro Dan. Sennerto,
contra Joh. Freitagum conscriptus.
Wittebergæ, apud Johan. Helwi-
gium, 1634, in 8. Lipsiæ, apud Lau-
rent. Sigismund. Cörnerum, 1666,
in 8.

Tracta;

Tractatus Physico-Medicus, de Origine Formarum, pro Dan. Sennerto, contra Johan. Freitagium, conscriptus. Wittebergæ, apud Johan. Helvvigium, 1634, in 8.

Defensio Tractatus de Origine Animarum, pro Daniele Sennerto, contra Johan. Freitagium. Wittebergæ, apud Johan. Bergerum, 1634, & 1638, in 8.

Tractatus Physico-Medicus, de Morbis totius substantiarum, & cognatis Quæstionibus, pro Daniele Sennerto, contra Johan. Freitagium. Wittebergæ, apud Hæredes Zach. Schureri, 1633, in 8.

Anthropologia. Wittebergæ, apud Johannem Bergerum, 1647, in 8.

Meditationes in Julii Cæsaris Scaligeri exotericas Exercitationes de Subtilitate. Wittebergæ, ap. Hartmannum, 1656, in 8.

JOHANNES SPITHOVIUS,
Monasteriensis

Oratio de Vita & Morte Jacobi Bordingi, Doct. Medici, Rostochii, ap. Hallervordium, 1624, in 4.

JOHANNES SPORISCHIUS,
ab Ottenbacha

Epitome Medicinæ Practicæ, Tyronibus conscripta. Wittebergæ, apud Hæredes Joh. Cratonis, 1581, in 8.

Idea Medicæ : cum Tractatu de Symptomatibus crudelissimis, quæ Scarificationi & Cucurbitularum usui Brunæ incolis in Marchionatu Moravia supervenerunt ; & de Febre

epidemia anni ab Incarnatione Servatoris nostrum D L X X, Francofurti, apud Hæredes Andr. Wecheli, 1582, in 8.

Libri sex de ratione curandi in ægris hominum corporibus morbos, per bonam diætam. Lipsia, ap. Henningum Grossium, 1607, in 8.

De ratione, inveniendi Composita Medicamenta, morborum internorum & externorum in humano corpore curationibus necessaria. Accessit Tractatus de Modo curandi per diætam. Lipsia, apud Henningum Grossium, 1607, in 8.

JOHANNES STAMLE-
RUS

Epistolæ binæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES STENGE-
LIUS

Disputatio de Pleuritide. Heribili, 1596, in 4.

JOHANNES STEPHANUS,
Bellunensis

Opera univerla, supremâ manu recognita. Venetiis, apud Juntas, 1653, in fol.

Elenchus Librorum : Comment. in Lib. Hipp. de Lege. Comment. in Lib. Hipp. de Structura Hominis.

Comment. in Lib. Hipp. de Virginum Morbis. Diagoge ad incolumitatem servandam.

Comment. in Lib. Arist. de Conservatione Sanitatis ad Alex. M.

Paraphrasis in nonum Fen Lib. IIII.
Avic.

Pyrine, sive, natura Febris, Dialogus, apud Paduanos, in 4.

Paraphrasis in I. Fen Lib. IV. de Febribus Avic.

Libri tres Carminum.

Consiliorum Medicorum decem Decades.

Cœnologia, sive, de Vertigine, Dialogus.

De Contagionis natura, Libellus.

Symmixis, seu, Miscellanea Physicianum Jatricarumque Quæstionum.

Cosmetice, quâ singulis foeditatibus & nævis, qui faciem maculant, probata apponuntur remedia.

Hippocratica Theologia, Eudæmon, seu, de Humanæ mentis immortalitate Dialogus.

Seorsim prodierunt:

In Hippocratis Coi Libellum de Hominis structura Commentarius.

In quo plurimæ difficultates diluntur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiolum, 1633, in 4.

In Hippocratis Coi Libellum de Virginum morbis Commentarius.

Accessere Medico- Philosophica Epistola: Carmina: Sententiae de Vesicantibus: & Medica Consilia. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiolum, 1635, in 4.

Hippocratis Coi Theologia. In qua Platonis, Aristotelis & Galeni placita Christianæ Religioni contentanea exponuntur. Venetiis,

apud Hæredes Johan. de Salis, 1638, in 4.

Summa præcautionis ratio Pestiferæ Contagionis, ac primū de Contagionis naturâ, Venetiis, apud Evangelistam Deuchinum, 1624, in 12.

De Incolumitate diu servandâ, Tractatus, atque de Humanæ mentis immortalitate Dialogus. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum, 1627, in 8.

In Hippocratis Coi Legem Commentarius. Venetiis, apud Hæredes Joh. de Salis, 1637, in 4.

In Aristotelis Libellum de Conservatione sanitatis ad Alexandru Magnum Commentarius. Venetiis, apud Eosdem, 1637, in 4.

Paraphrasis in primam Fen Libri quarti Avicennæ de Febribus, studiose perpolita. Venetiis, apud Bertanos, 1646, 1649, in 12.

Paraphrasis in nonum Fen Libri tertii Avicennæ, continens universos Capitis affectus. Venetiis, apud Bertanos, 1649, in 12.

○ Cosmetice, quâ singulis foeditatibus & nævis, qui faciem maculant, probata apponuntur remedia. Extat cum Johannis Prævotii Operibus Medicis posthumis, Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1651, in 12.

JOHANNES STEPHANUS STROBELBERG.

RUS
Brevissima Manuductio ad curandos Pueriles affectus. Lipsie, apud Eliam Rehefeldium, 1629, in 8.

De

De Dentium Podagrâ, seu, patiis de oso & sypho, dolore & dentium, Tractatus absolutissimus. In quo tam doloris istius mitigandi rationes, quam Dentium sine & cum ferro artificiosè extrahendorum vari modi, Theorice at Practice propo nuntur. Cum Collectaneorum, dolori & extractioni dentium ab Authoribus dicatorum, Appendix. Lipsiæ, apud Johan. Grossium, 1630, in 8. Ibidem, 1657, in 8.

Tractatus novus. In quo de Cocco Baphica, & quæ inde paratur Confectionis Alchermes recto usu disseritur. Cui insertus est Laurentii Catelani genuinus ejusdem Confectionis apparandæ modus. Cum Censura & Approbatione Johan. ab Oberendorff. Jenæ, apud Joh. Breithmannum, 1620, in 4.

Prælectionum Monspeliensium in Monte-Pelio publicè habitarum brevis Recapitulatio : continens brevem ac summariam Libri primi Galeni, de Affectorum locorum notitiâ, Explanacionem. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1625, in 12.

Dissertationes succinctæ de Peste. Norimbergæ, ap. Abrahamum Wagenman, 1625, in 8.

Epistolaris Concertatio super variis tam Theoricis, quam Practicis Quæstionibus, Febrim malignam concernentibus agitata inter Eum & Joachimum Burserum, Annabergensem, Med. Lipsiæ, apud Zachariam Schuerum, juniorem, 1626, in 8.

Laureationum Medicarum apud

exteros promeritarum, aduersus Obrectatores, breves Vindiciae in honorem Scholæ Medicæ Monspeliensis propositæ. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1628, in 8.

Systematica universæ Medicinæ Adiutibratio. Lipsiæ, ap. Eliam Rehfeldium, 1628, in 8.

Mastichologia, seu, de universâ Mastiches naturâ, Dissertatio Medicæ. Lipsiæ, apud Johann. Grossium, 1628, in 8.

Galliae Politicæ Medicæ Descriprio, de Qualitatibus Regni Gallici, Academiis, Urbibus, Flaviis, Aquis medicatis, Plantisque, differens. Qui accessit Lucæ Guarini Clypeus spiritualis, quo se quivis peregrinator ab omnibus hostibus defendere, & è quovis periculo tutus evadere potest. Et Bernhard. Gordonii brevisima pro Iter agentibus Instructio, quid his ad bonam valetudinem conveniat. Jenæ, apud Joh. Beithmannum, 1621, in 12.

Publica Intimatio de suis tam propriis, quam alienis novis, cum Oberndorfferianis, tum Janichianis Operibus Medicis edendis publicandisque. Norimbergæ, 1626, in 4.

Remediorum singularium pro curandis Febribus Introductio : cum Despectu opprobrii Medici de Febre quartanâ, per illustre quoddam exemplum. Norimbergæ, 1626, in 8.

O. JOHANNES S.T.E.R.P.I.
NUS. Trifolium Medicum, tribus Tabulis
Qqq q 2 lis

lis Medioinam Universam ostendens.
Hafniæ , apud Authorem , 1671 ,
in fol.

Acta Philosophica Regia Anni M.
DC. LXIX. aliquam exhibentia no-
titiam præsentium inceptorum
studiorum & laborum eorum , qui
Erudit salutantur , in plerisque præ-
cipuis Mundi partibus , ab Henrico
Oldenburgio Anglicè conscripta , in
Latinum vertit. Amstelodami , apud
Henricum & Theodorum Boom ,
1671 , in 12.

JOHANNES STOCKERUS ,
Ulmensis

Praxis aurea , ad Corporis huma-
ni morbos omnes. Francof. apud Ni-
col. Bassæum , 1609 , in 8. Hanc re-
censuit , à mendis repurgavit , &
Commentariis ad obscuriora loca il-
lustravit. Opusque novum fecit A-
drianus Toll. Lugduni Batav. apud
Johan. Maire , 1634 , in 12. Lugdu-
ni - Batav. 1657 , in 12.

Empirica , sive , Medicamenta va-
ria , experientiâ diutinâ compro-
bata & stabilita , contra plerosq; om-
nes corporis humani morbos , tam in-
ternos , quam exterhos , in duos Li-
bros distributa : in lucem edita operâ
& studio Tobiæ Dornkreilii ; Lun-
burgensis. Francof. apud Nicol. Bas-
sæum , 1601 , in 8.

JOHANNES STOL-
LIUS

Disputatio de Elephantiasi Græ-
corum. Extat cum Decade VI .
Disputationum , Basilex , 1631 ,
in 4.

JOHANNES STUBEN-
DORFIUS , *Hallenſis*

Observationes de Scorbuto. Cum
brevi ac succinætâ cujusque curatio-
nis Indicatione. Extant cum Severi-
ni Eugaleni Libro de Scorbuto , Mor-
bo. Lipsiæ , apud Bartholomæum
Voigt , 1604 , in 8. Jenæ , apud Eun-
dem , 1624 , in 8. Hagæ - Comitis ,
apud Adrianum Ulacq , 1658 , in 8.
Lipsiæ , 1662 , in 8.

JOHANNES STUL-
LIUS

Medendi Practica Generalis , in
tres Fasciculos contracta. Antver-
piæ , apud Bellerum , 1606 , 1607 ,
in 12.

JOHANNES STURMIUS .
Mechlinianus

De Rosa Hierichunticâ , Liber u-
nus. In quo de ejus naturâ , proprie-
tatis , motibus & caussis , pulchre
differitur. Lovanii , apud Gerhardum
Rivium , 1607 , 1608 , in 8.

JOHANNES SULLIUS .
Gerardimontanus

Methodus Præceos Medicæ. Ur-
sellis , 1606 , in 16.

JOHANNES SWAM-
MER DAMIUS , *Amstelo-
damensis*

Miraculum Naturæ , sive , Uteri
Muliebris Fabrica : Notis in D. Joh.
van Horne Podromum illustrata , &
Tabulis à Clariss. Expertissimisque
Viris cum ipso archetypo collatis ,
adumbrata. Adjecta est nova Me-
thodus , Cavitates Corporis ita præ-
paran-

parandi, ut suam semper genuinam faciem servent. *Lugduni-Batavorum*, apud *Severinum Matthæi*, 1672, in 4. *Ibidem*, 1679, in 4. Extat etiam cum Daniel le Clerc & Joh. Jac. Mangati *Bibliothecâ Anatom.* *Genevæ*, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Tractatus Physico-Anatomico-Medicus, de *Respiratione Usuque Pulmonum*. In quo, præter primam *Respirationis in foetu inchoationem*, Aeris per circulum *Propulsio statuminatur*, *Attractio exploditur*, *Experimentaq; ad explicandum sanguinis tam auditum, quam diminutum motum in medium producuntur*. *Lugduni-Batavorum*, apud *Gaasbeeckios*, 1667, in 8. *Ibidem*, apud *Johannem van der Linden*, 1679, in 8. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Joh. Anton. Magnati *Bibliothecâ Anatom.* *Genevæ*, ap. Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

JOHANNES SYLVIUS, *Insulensis*

De Studiosorum, & eorum, qui corporis exercitationibus addicti non sunt, tuendâ valetudine, Libri duo. Quorum priore de sex rerum nonnaturaliū dextro usu agitur: posteriore Formulæ quædam (vulgo Receptas indigitat) ex maximè familiaribus & parabilibus, Studiosis diligenter describuntur. *Duaci*, apud *Bogardum*, 1574, in 8.

De Curatione Morbi Articularis, *Tractatus quatuor*. Accedit de *Lue Venerea Declamatio*, *Antverpiæ*,

apud *Guil. Silvestrum*, 1564, in 8.
apud *Plantinum*, 1557, in 8.

Morbi populariter grassantis Præservatio, & Curatio, ex maximè parabilibus remedii *Lovanii*, ap. *Hier. Wellæum*, 1572, in 8.

Tabulæ Pharmacorum. *Antverpiæ*, apud *Christoph. Plantinum*, 1568, in 8.

De Lue Venerea Declamatio. *Antverpiæ*, apud *Plantinum*, 1577, in 8. Extat etiam Tomo 11 *Operis de Morbo Gallico*, p. 140.

JOHANNES TACIUS

Chrysogonia Animalis & Mineralis, *Oratione solenni in promotione quatuor Medicinæ Doctorum Gissæ habitâ*. *Darmstadii*, 1664, in 4. *Ibidem*, 1670, in 4. Extat etiam cum Ejusdem Author's *Triple Phasis Sophico*. *Francofurti*, apud *Johann. Petrum Zubrodt & Hæredes Johan. Baptista Schönwetteri*, 1673, in 4.

Triple Phasis Sophicus Solis Orbe expeditus; *Humanæque fragilitati, & Spei Resurrectionis Rerum consecratus*. *Francofurti*, apud *Johannem Petrum Zubrodt & Hæredes, Johan. Baptista Schönvetteri*, 1673, in 4.

De Auro, Saccharo, & Quinta Essentia Vini Phasis I. Medicus, *Aureum Flumen repræsentans*, & infirmitati humanæ apprimè conveniens. *Ibidem*, apud *Eosdem*, anno & formâ eadem.

Chrysogonia Animalis & Mineralis, *sive, Phasis II. Chemico-Physicus*

eis, Magnum Philosophorum Opus pro conficiendo Elixire ad metalla & corpora humana cum generatione Sanguinis humani in corpore humano comparans. Ibidem, apud Eosdem anno & formâ eâdem.

Mysterium Resurrectionis Rerum, sive, Phasis III, Spei Mortalium ad Immortalitatem & Incorruptibiliterum consecratus. Ibidem, apud Eosdem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES TAGAULTIUS

Ambianus Vimacus, Medicus Parisiensis. Vixit A.C. 1544. Renatus Moreau de V.S. in Pleurit. Et Patauvi vixit adhuc A.C. 1554. Justus in Chronol. Medic.

De Chirurgica Institutione Libri v. Parisiis, apud Christoph. Wechelum, 1543, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1547, in 8. Huic secundâ Editioni accessit Liber sextus de Materia Chirurgica Jacobi Hollerii, *Stempani*. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1549, in 8. Tiguri, apud Gesneros FFR. 1555, in fol. cum aliis Chirurgiae Scriptoribus.

Metaphrasis in Guidonem de Cagliaco. Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1545, in 4.

Commentariorum de Purgantibus medicamentis simplicibus, Lib. II. Priore Libro Leges seu Canones universales Joh. Cognomento Mesue, ad Pharmacopœum spectantes, compendiariâ ratione describuntur. Altero, Simplicia medicamenta pur-

gatoria, quo ordine speciatim de illis scripsit Mesue, explicantur, examinanturque: resectis quidem, ac suppressis omnino ferè iis, quæ ad Seplasiam artem parum facere videbantur. Parisiis, apud Galeotum a Prato, 1537, in 4. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1549, in 16.

JOHANNES TAISNIERIUS, *Hannonius*

Opus Mathematicum: oꝝ Libros complectens, innumeris propemodum Figuris idealibus Manuum & Physiognomiæ, aliisque adornatum, quorum sex priores Libri absolutissimæ Cheiromantiaæ Theoricam, Praxin, doctrinam, artem, & experientiam verissimam continent: Septimus Physiognomiæ dispositionem, hominumque omnium qualitates & complexiones: Octavus Periaxiomata de Faciebus Signorum, & quid Sol, in unaquaque domo existens, natis polliceatur. Remedia quoque omnium ægritudinum complectitur. Et naturalem Astrologiam atque effectus Lunæ, quoad diuersas ægritudines. Item Isagogen Astrologiæ JUDICIARIÆ, & totius divinatricis artis Encomia. Coloniæ Agripp. apud Theodorum Baumum, 1583, in fol.

JOHANNES TALENTIUS

Variarum & reconditarum rerum Thesaurus, in quatuor Libros divisus. In quibus difficiliores in omnifere disciplinarum genere loci expllicantur; Quæsitis aliquot gravissimum virorum obscurissimis respondet;

detur; Diversarum rerum nomina, naturæ, & munera declarantur; variis ritus occultæque aperiuntur historiæ; aliaque demum tum rara, cum obscura traduntur, enodantur, extricantur, illustrantur. Francof. apud Palthenium, 1605, in 8.

JOHANNES TANCKIUS

Disputatio ex primo membro Libri Hippocratis *επι τῶν πεφαλῆ τρωμάτων*. Lipsiæ, apud Schürerum, 1603, in 4.

JOHANNES TARDINIUS, *Turnonensis*

Disquisitio Physiologica de Pilis. Turnonii, apud Claud. Michælem, 1609, 1619, in 8.

JOHANNES TERENTIUS, *Lynceus Germanus, e Societate Jesu*

Rerum Medicarum Novæ Hispaniæ Thesaurus, sive, Plantarum, Animalium, Mineralium novæ Hispaniæ Libris ab Hernando egestis, Notas adscriptis Physico, Medico, Chimico succo haud carentes, Observationibus vulgaribus minimè respersas. Romæ, 1651, in fol.

JOHANNES TEBERUS

De Natura, Ortu, Causis, Signis, Incrementis, & Curatione Podagræ Tractatus Physico-Medicus. Pragæ & Francofurti, 1653, in 4.

JOHANNES THALIUS, *Northusianus*

Sylva Hercynia, sive, Catalogo-

gus Plantarum sponte nascentium in montibus, & locis vicinis Hercyniæ, quæ respicit Saxoniam, conscriptus. Extat cum Horto Medico Joach. Camerarii. Francofurti, apud Feirabendium, 1588, in 4. Francofurti, 1654, in 4. Northusæ, 1674, in 4. seorsim. Hæc postrema Editio auctior edita est à Nicolao Gottofredo.

JOHANNES THEODORUS SCHENCKIUS,

Natus est Jenæ A. C. 1619. Patre Eusebio Schenckio, itidem Medicinae Professore publ. Jenensi: Medicina 1643 patriâ in Academia Doctor creatus: postq[ue] illud tempus 1645 Chemnici Physicus ord. constitutus: 1649 ab Illustri Domino Christiano, Et 1651 à Perillustri Dn. Wolfgang Henr. Dnn. à Schönburg, Dynastis Glaucha & Waldenburgi ad functiones Medici Aulici, accitus, utrobiq[ue] Medicinam feliciter exercuit. Anno 1653 Jenæ Professor Medicinae declaratus, eam Spartam per integros annos 18. cum fructu administravit, donec obiit in patria A. C. 1671, etatis sua 53.

Catalogus Plantarum Horti Medici Jenensis, earumq[ue] quæ in vicinia proveniunt. Jenæ, apud Samulem Krebs, 1659, in 12.

De Seru Sanguinis, ex Veterum & Recentiorum Scriptis, Historia. Jenæ, apud Johan. Nifsum, 1655, in 4. Ibidem, 1663, in 4. Ibidem, apud Johannem Fritschium, Bibliopolam Lipsiensem, 1671, in 4. Cui Editioni accessit Disputatio de Natura Lactis, & Exercitatio de Materia,

teria Turgente, eodem Authore.

○ Humorum Corporis humani Historia generalis, Cognoscendi & Curandi principiis illustrata. Jenæ, apud Johannem Jacobum Bauhofe- rum, 1663, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Tobiam Ohrlingum, 1684, in 4. Hæc secunda Editio hunc nacta est titulum: *Itagoge Historica*, eaque generalis, quam in Humorum totius Corporis humani vera genuinavenatura per quam planâ & perspicuâ methodo sistitur, solidissimâ Cognoscendi non minus, quam Curandi principia tradens &c.

○ Exercitationes Anatomicæ, ad usum Medicum accommodatae. Jenæ, apud Johan. Ludovicum Neuenhahn, 1662, in 4. Ibidem, 1664, in 4.

○ Schola Partium humani corporis, usum earundem, & actionem secundum situm, connexionem, quantitatem, qualitatem, figuram atque substantiam continens. Jenæ, apud Johan. Ludovicum Neuenhanhium, 1664, in 4.

○ Synopsis Institutionum Medicinæ Disputatoriæ Prolegomena, Physiologia & Pathologia, Veterum non minus, quam Recentiorum fundamen- tis principiisque illustrata. Ibidem, apud Joh. Bielckium, 1668, in 4.

○ Medicinæ Generalis Novo- antiquæ Synopsis. Jenæ, apud Johan. Bielckium, 1672, in 4.

○ Synopsis Institutionum Medicinæ Disputatoriæ Pars Semiotica, Hygieina & Therapeutica, Veterum

non minus, quam Recentiorum prin- cipiis illustrata. Ibidem, apud Eun- dem, 1671, in 4.

○ Syntagma Componendi & præ- scribendi Medicamenta, ex Veterum & Recentiorum Scriptis erutum: cum Indice generali & speciali. Jenæ & Lipsiæ, apud Johannem Fritschium, 1672, in 4.

Observatio, de Cerebro Bovis pe- trefacto. Extat Ephem. Acad. Natur. Curios. German. An. I. Num. 26.

JOHANNES THEODORUS SCHONLINUS

Discursus Philosophicus & Medi- cus de Melancholia & Catarrho. In quo de eorum differentiis, cau- fis, signis, & curandi ratione accu- rate disseritur. Ex Clariss. Andr. Laurentii Gallico Libello Latio ad- scriptus. Augustæ, ap. Seb. Mylium, 1620, in 16.

Discursus de Visus nobilitate, & conservandi modo. Ex Clariss. Andr. Laurentii Gallico Libello Latio ad- scriptus. Monachii, apud Bergium, 1618, in 16.

JOHANNES THOMAS FREIGIUS

De Medicina Libellus. Extat cum Ejusdem Pædagogo, hoc est, Libel- lo, ostendente, qua ratione prima Artium initia pueris quam facilime tradi possint. Basileæ, apud Sebalt. Henric. Petri, 1582, in 8.

Quæstiones Physicæ. In quibus Methodus, doctrinam Physicam le- gitime docendi, describendique, ru- di Mi-

- diMinervâ descripta est Libris xxxvi.
Basilez , apud Sebast. Henric. Petri,
1585, in 8. Horum xxvi, de Metal-
lis, Lapidibus , Gemmis.
xxvii. De Psychologia.
xxviii. De Dendrographia & Phy-
turgia.
xxix. De Botanologia.
xxx. De Georgia.
xxxi. De Insectis , & Bombycibus ,
& Melitturia.
xxxii. De Avibus & Ornithogo-
nia.
xxxiii. De Piscibus & Ichthyogra-
phia , & Ichthyotrophis.
xxxiv. De Zoographia Animantium
terrestrialium, Pecuariâ , Pastori-
tiâ , & ιπλωγεφια.
xxxv. De Anthropologia & Anato-
mia, agit.

JOHANNES THOMAS MINADOUS

○ Natus est Rhodigii , Patre Joh.
Baptistâ , Philosopho & Medico pre-
stantissimo : primùm apud Dicem
Mantua Medicis officio per aliquot an-
nos sanctus : postea verò A. C. 1596
Patavie ad profitendam primo loco
Medicinam constitutus est.

Medicarum Disputationum Liber
primus. Tarvisii , apud Ang. Maz-
zolinum, 1590, 1610, in 4.

Continet autem Disputa- tiones :

1. De Sudore Sanguineo.
2. De adæquato Indicante Venæse-
tationis.
3. De Injucunditate in curationibus
devitandâ.

4. De Cucurbitulis corneis, Urtione,
& Aurium Scarificatu.

5. Quod Liber ad Thrasybulum le-
gitimus , & Galenicus fuerit.

6. Quid magis pro Aquarium corre-
ctione præstet, coctio, an subli-
matio.

6. De adæquato subiecto Facultatis
Anatomicæ.

De Variolis & Morbillis Liber uni-
cus. Patavii, apud Franc. Bolzettam,
1603, in 4.

De Febre maligna Libri duo. Ve-
netiis, apud Societatem , 1604, in 4.
Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1604,
in 4.

De Arthritide Liber unus. Patavii,
1602, in 4. Venetiis, ap. Societatem,
1603, in 4.

Philodicus , sive , de Ptisana, ejus-
que Cremore, pleuriticis propinan-
do , Dialogus. In quo de Indicante
vitali multa , à nemine hactenus edi-
ta , maximè Medicis necessaria , acu-
tè , novâque ratione , ex professo di-
sputatur. Venetiis, apud Dominicum
Guerræum, 1587, 1591, in 4. Man-
tuæ , apud Franciscum Osannam,
1584, in 4.

De humani Corporis Turpitudinib.
cognoscendis , & curandis, Libri tres.
In quibus cùm Cutanearum, tum Or-
ganicarum Turpitudinum primùm
quidem universim, mox seorsim Cog-
nitio , & Curatio traditur. Nova , &
à nemine hactenus ex professo habita
Disputatio , de Morbis in usu , conti-
netur. De nova quadam Affectione,
quam Cirrorum Morbum , Plicam ,
Helotida , & Sarmatice Gozdzier , &
Col-

Coltūnum dicunt, Consultatio habetur. Patavii, apud Franciscum Bolzettam, 1600, in fol,

Pro quadam sua sententia , D spu-
tatio. Patavii , apud Franc. Bolzet-
tam , 1604 , in 4.

Consilia quædam Medica. Extant
eo in Opere , quod Josephus Lau-
tenbachius collegit & edidit. Fran-
cfurti , apud Johan. Sartorium ,
1605 , in 4.

Pro Avicenna, Oratio. Patavii,
1598, in 4.

Disputationes duæ. I , de Causa
Periodicationum in Febribus. II , de
Febre ex Sanguinis Putredine. Pata-
vii , 1599 , in 4.

Apologia contra Johannem Leuenclavium. Venetiis, 1596.

JOHANNES THORNBUR. GIUS

X. 19. 3. 1621. &c., sive, Nihil, Aliquid,
Omnia, Antiquorum Sapientum vi-
vis coloribus depicta Philosophico-
Theologicè, in gratiam eorum, qui
Artem auriferam Physico-Chimi-
cè & piè profitentur. Oxonie, 1621,
in 4.

JOHANNES TILEMAN- NUS

¶ Synopsis Aphorismorum Hippocratis, facilis Methodo digestorum. Cum ipso Textu aliisq; insuper Therapeuticis, pro curatione morborum omnium totius humani corporis, aucta. Marpurgi, apud Chemelinum, 1643, in 24. Ibid. 1646, 1650, in 12. Gießæ , apud Casparum Vulpium, 1660, in 16. Francofurti, apud Joh.

Georg. Seylerum, 1669, in 16. Dua-
bus postremis Editionibus accessit
Appendix de Materia Medica ad
Aphorismos Therapeuticos.

Appendix de Materia Medica ad Aphorismos Therapeuticos. Ibidem, apud Eundem, 1645, in 24. Ibidem, 1646, & 1650, in 24. Extat etiam auctior & correctior cum ejusdem Authoris Synopsi Aphorismorum Hippocratis, sive, ut alius habet titulus: cum ejusdem Authoris Aphorismis Hippocratis, facili methodo digestis &c. Giessæ, apud Casparum Vulpium, 1660, in 16. Francofurti, apud Johannem Georgium Seylerum, 1669, in 16.

Harmonia Physico-Medica de
numero Elementorum. Marpurgi,
1645, in 4.

Experimenta circa veras & irreducibiles Auri solutiones. Hambur-
gi, apud Gottofredum Schultzum,
1673. In 8.

Tilemannus Cous, h. e. Hippocratica Praxis in Cognitione Affectionum tam naturalium, quam praeternaturalium, Annorum Climaetericorum, Dierum Criticorum, & aliarum mutationum, è tenebris eruta, inque usum proprium antehac consignata, nunc diu publico candori destinata, tradita atque exhibita, sed typis h. t. demum divulgata. Ulmæ, apud Hæredes Christian. Balthus. Kühnii, 1681. in 12.

JOHANNES de TORMA- MIRA

Gallus, Montispezzulane Academie
Decan.

Decanus. Floruit circa A. C. 1450.
Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.
Medicus omnium suo tempore peritis-
simus. Discipulus Oronoti Piqueti,
in Monte - Pessulano. Floruit circa
A. C. 1504. *Justus in Chronolog. Me-*
dicorum.

Clarificatorum valde singulare,
super Almansoris nono cum ipsius
Rasis Textu. Tractatus item de
Febribus. Lugduni, apud Joh. Ba-
chelier, 1501, in 4. Venetiis, apud
Heredes Octaviani Scoti, 1507, in
fol. & apud Lucantonium Giuntam,
1521, in fol.

Itagoge ad Practicam Medicinæ.
Extat cum Valesci de Taranta Pra-
etica.

JOHANNES TRITHEMIUS, *Spanheimensis*

Tractatus de Lapide Philosophico.
Extat cum Anonymi Tractatu
de Secretissimo antiquorum Philoso-
rum Arcano. Anno 1611, in 8. &
Volumine quarto Theatri Chemici,
editi Argentorati, apud Laz. Zet-
nerum, 1613, in 8.

Clavis Steganographiæ. Apud Jo-
hannem Bernerum, 1621, in 4.

○ JOHANNES VAGE- TIUS

Joachimi Jungii, *Lubecensis*, Is-
agogem Phytoscopicam recensuit.
Hamburgi, apud Michaelm Pfeif-
ferum, 1679, in 4.

○ JOHANNES VALENTI- NUS MERBITZIUS

De Varietate Faciei Humanæ Dis-

cursus Physicus. Dresdæ, apud Mart.
Gabriel. Hübnerum, 1676, in 4.

○ JOHANNES VALENTI- NUS SCHEID, *Argen-* *toratensis*

Vilus Vitiatus, ejusque Demon-
stratio Mathematico. Medica, brevi
Dissertatione delineatus. Argento-
rati, apud Josiam Stadelium, 1677,
in 4.

Observatio, de foemina ex scabie in
Melancholiam desperatam inci-
dente, lochiorum fluxu curata.
Extat Ephemerid. Acad. Natur.
Curios. Germ. Decur. II. An. II.
Num. 187.

○ JOHANNES VALENTI- NUS à SCHWART- ZENWALD

Epistola novi Præservativi uni-
versalis naturalis Nunciatoria Cri-
minis læsæ Majestatis læsæque gra-
viter famæ Vindicatoria ad D. Jacob.
Johan. Wenceslaum Dobrzensky
de Nigro Ponte. Sine loco & nomi-
ne ejus, apud quem prostet, 1681,
in 8.

○ JOHANNES VALENTI- NUS WILLIUS

Tractatus Medicus, de Morbis Ca-
strensis Internis. Hafniæ, apud
Matthiam Godicchenium, 1676,
in 4.

Bezoar Septentrionalis, sive, de
Salis Cornu Cervi usu & abusu Poe-
ma Medicum. Hafniæ, 1676, in 4.

Idem Willius Author est Disser-
tationum trium de Philiatrorum
Germanorum Itineribus, ubi se vo-
cat

cat Joachimum Vitum Wigandum,
quem vide suo loco.

Observatio , de frusto Cochlearis
lignei oculo impacto. Extat
A&t, Hafniens. Volum. II. N.
119.

de Unguento Ophthalmico effi-
caci. Ibid, Volum. eod. Num.

120.

de Aqua Ophthalmica novâ. Ibid,
Volum, eod. N. 121.

de Hirudinibus, quem potissimum
sanguinem sugant. Ibid, Volum.
III. N. 73.

de Arthritide, irâ senatâ. Ibid, Vol.
eod. N. 74.

de Viribus Trifolii fibrini, Ibid.
Volum. eod. N. 75.

de Tumoribus, & Pinguedine. Ibid.
Volum. eod. N. 76.

de Figuris Salium Volatilium. Ibid.
Volum, eod. N. 77.

de qualitatibus albuminum Ovo-
rum. Ibid, Volum, eod, Num.
78.

de Coitus usu in nimiis mensibus.
Ibid, Volum, eod. N. 79.

de Semine Animalium. Ib. Volum.
eod. N. 80.

de rarib in Plantis. Ibid. Volum.
eod. N. 81.

de Ovariis & Ovis animalium. Ib.
Volum. eod. N. 82.

de Nævis maternis. Ibid. Volum.
eod. N. 83.

de Aculeo piscis Hössing. Ibid. Vo-
lum. eod. N. 84.

de Oculi putredine. Ibid, Volum.
I V. Num. 18.

JOHANNES VALVERDUS
de HAMUSCO,
Hispanus

De Animi & Corporis sanitate tu-
endâ, Liber. Parisiis , apud Rob.
Stephanum, 1552 , in 8. Venetiis,
apud Dominicum Lilium , 1553 ,
in 8.

Anatome Corporis humani. Nunc
primum à Michaele Columbo Latine
reddita , & additis novis aliquot Ta-
bulis exornata. Venetiis, apud Jun-
tas, 1589, 1607, in fol.

JOHANNES VARAN-
DÆUS

Physiologia , & Pathologia. Qui-
bus accesserunt , Tractatus prognos-
ticus: item Tractatus de Indicatio-
nibus curativis. Monspessuli , apud
Franc. Chovet, 1620, in 8. Hanov-
ia, 1619, in 8.

Tractatus Therapeuticus primus
de Morbis Ventriculi. In lucem edi-
tus operâ Romani à Costa. Monspes-
suli , apud Franc. Chovet , 1620 ,
in 8.

Tractatus de Affectibus Renum &
Vesicæ , ad mentem imprimis Hip-
pocratis , & Galeni accuratissimè
conformatus, publicique juris factus
à Petro Janichio, Medico. Hanoviæ,
apud Petrum Antonium, 1617, in 8.
Monspessuli , apud Franc. Chovet ,
1620 , in 8.

De Morbis Mulierum Lib. III. in
lucem editi operâ Romani à Costa.
Monspessuli , apud Franc. Chovet ,
1620, in 8. Hanoviæ, 1619, in 8.

Tractatus de Elephantiasi , seu ;
Lepra;

Lepra : item de Lue Venerea , & Hepatitide , seu , Hepatis $\alpha\tau\omega\eta\alpha$. Geneva , apud Petrum Chovet , 1620 , in 8.

Formulæ Remediorum internorum & externorum , ante annos aliquot Medicinæ Studiosis traditæ , & ab illis ha&tenus ut secretum sanctumque Praxeos asylum habitæ , nunc verò publicæ factæ per Petrum Janichium , *Dantiscanum* . Hanoviæ , apud Petrum Antonium , 1617 , in 8. Monspeissuli , ap. Franc. Chovet , 1620 , in 8.

◎ Opera omnia , ad fidem Codicis ipsius Authoris Manuscriptorum recognita & emendata , postremâ hâc Editione multis Tractatibus nunquam antea editis auctiora . Currâ & studio Henrici Gras. Lugduni , apud Christophorum Fourmum , 1658 , in fol.

JOHANNES VARISMANNUS , *Dantiscanus* .

De Rabidi Canis Morsu , ac Hydrophobiâ . Tractatus . Regiomonti , apud Georg. Osterbergerum , 1586 , in 8.

JOHANNES VAS. SÆUS

Meldensis Gallus , Medicus celebrus , Galeni Interpres . Claruit circa A. C. 1530. Justus in Chronolog. Medicorum.

De Judiciis Urinarum Tractatus , ex probatis collectus Autoribus , & in Tabulæ formam confectus : Adiectis etiam causis , quæ hanc vel illam urinam reddant . Parisiis , 1545 , in 8.

Lugduni , apud Rovillium , 1549 , 1553 , in 12. Tiguri apud Gesneros FFR. 1555 , in 8. cum Enchiridio Rei Medicæ.

Epistola , quâ Ptisanæ usum defendit contra Johannem Manardum . Præfixa est Galeni de Vi&tus ratione in morbis acutis Commentariis , quæ Latinitate donavit . Parisiis , ap. Jac. Bogardum , 1543 , in 8.

Galeni Commentarios 111 , in primum Prorrhætici Librum Hippocrati attributum Latinos fecit . Item Commentarios 1 v , in Lib. Hippocratis de Vi&tus ratione in Morbis acutis . Lugduni , 1563 , in 12.

◎ JOHANNES UDALRICUS RUMLERUS

Observationes Medicæ . Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Sylloge Curationum & Observationum Medicinalium . Augustæ Vindel. ap. Gottlieb Göbelium , 1668 , in 4.

Miscellanea Observat. Consil. & Epistol. Medic. Extant cum Ejusdem Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ , apud Christian. Balthasar. Kuenium , 1676 , in 4.

Schediasmata varia Epistolica . Extant ibidem , apud Eundem , anno & formâ eadem .

Collectanea & Experimenta . Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ibidem , apud Eundem , anno & formâ eadem .

JOHANNES VESLINGIUS , *Mindanus*

De Plantis Ægyptiis , Observations & Notæ ad Prosperum Alpinum .

Cum Additamento aliarum ejusdem regionis. Patavii, ap. Paulum Frambottum, 1638, in 4.

¶ Syntagma Anatomicum, publicis Dissectionibus, in Auditorum usum, aptatum. Francosurti, apud Joh. Beyerum, 1641, in 12. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1641, in 8. & iterum 1647, in 4. Locis plurimis auctum, emendatum, novisque Iconibus diligenter exornatum. Amstelodami, apud Joh. Janssonium, 1649, in 12. Patavii, 1651, in 8. Ibidem, 1677, in 4. Et Commentario atque Appendice ex Veterum, Recentiorum, propriisque Observationibus illustratum & auctum à Gerhardo Blasio. Cum Figuris. Amstelodami, 1659, in 4. Ibidem, apud Johannem Janssonium à Wäsberge, & Elizeum Weyersträt, 1666, in 4. Hæc secunda Blasii Editio priori emendatior & locupletior prodidit.

Opobalsami Veteribus cogniti Vindiciæ. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1644, in 4.

¶ Paræneses ad Rem Herbariam; Publicis Plantarum Ostensionibus præmissæ. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1644, in 4.

Catalogus Plantarum Horti Patavini, 1642. Patavii, 1642, in 12. Ibidem, 1644, in 12.

De Pullitione Ægyptiorum & aliæ Observationes Anatomicæ & Epistolæ Medicæ posthumæ. Extant cum Thom. Bartholini Dissertatio ne, de Insolitis Partus humani viis. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1664, in 8.

JOHANNES VETER,
Burgundus

Orationes vñanti & una, in Medicinæ commendationem, & in gratiam octodecim Medicæ Laureæ Candidateorum institutæ. Lutetiae, apud Morellum, 1560, in 8.

¶ JOHANNES de VIA NA

Tractatus de Pestè. Malagæ, 1657, in 4.

JOHANNES VIGIE RIUS

Opera Medico-Chirurgica. In quibus nihil desiderari potest, quod ad perfectam atque integratam, de dignoscendis, prænoscendis, & curandis externis humani corporis Morbis, Methodum pertineat. Ex Authoribus Græcis, Latinis, Arabibus, Veteribus & Neotericis compilata, auctaque Observationibus Joh. Vigierii F. Hagæ Comitis, apud Adrian. Ulacq, 1659, in 4.

Continentur vero iis:
Chirurgia magna.
Thesaurus & Armamentarium Medico-Chirurgicum.
Encheiridion Anatomicum.
Fœtus Historia.

JOHANNES VIGIRIUS,
Casseronensis

Tractatus absolutissimus & accuratissimus de Catarro, Rheumatismo, Vitiis Dentium, Linguæ, Vocis, de immodica & indecorâ Salivatione, & aliis à cerebro Destillationibus: ex variis Autoribus compilatus.

tus. Item Andreæ Laurentii Tractatus de Catarrho, è Gallico Sermone in Latinum conversus. Genevæ, ap. Joh. Bouchereau, 1623, in 8.

Opera Medico-Chirurgica, quæ continent Chirurgiam magnam, & Thesaurum & Armamentarium Chirurgicum. Hagæ, 1659, in 4.

JOHANNES de VI. GO

*Genuensis, Chirurgus Julii II,
Pontificis Maximi, præclarus. Claruit
adhuc A.C. 1517. Justus in Chronol.
Medicorum.*

Opera: duabus Partibus; quarum posterior continet Libros de Vulneribus, 2. de Apostematibus, 3. de Ulceribus, 4. de Auxiliis unicuique membro appropriatis, 5. Complementum Antidotarii. Additur Chirurgia Marianæ Sancti Barolitani, Viginonis Discipuli. Lugd. 1540, in 8. & in 4.

Præctica, in Arte Chirurgica copiosa, continens novem Libros. 1. de Anatomia Chirurgo necessaria. 11. de Apostematibus in universali & particulari. 111. de Vulneribus in universali & particulari. 1V. de Ulceribus in universali & particulari. V. de Morbo Gallico, & Dislocatione Juncturarum. VI. de Fractura, & Dislocatione Ossium. VII. de natura simpli cium, & posse eorum. VIII. de natura compositorum: & est Antidotarium. IX. de quibusdam Additionibus totum complentibus. Lugduni, apud Joh. de Cambrey, 1518, in 4. 1534, in 8. apud Jacob. Ber-

tonum, 1542, in 8. apud Symphorianum Beraud, 1582, in 8. Florentiæ, 1525, in 8.

JOHANNES de VILLA-
REAL, *Ubetensis*
De Morbo suffocante. Compluti, 1611, in 4.

JOHANNES VINCENTIUS
FINCKIUS, *Fuldæ-
Buchonius*

Encheiridion Dogmatico-Hermeticū, Morborum partium corporis humani præcipuorum curationes breves continens. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 12. Ibidem, apud Eudem, & Johann. Grosium, 1626, in 12.

JOHANNES VISCHE- RUS

Natus Wembdingæ, Bavaria. opido, A.C. 1524 Patre Georg. Vischero, Consule Wembding. Wittebergæ 1548 Philosophia Magister: & 1553 Bononia in Italia Medicina Doctor creatus: annoq; exacto Ingolstadiensi in Academia, liberâ ipsi in religione concessâ voluntate, Medicinam publicè docere cœpit, sed non nisi per integrum annum: tunc enim 1555 Nördlingæ Physici ord. item 1562 Marchian, Georg. Friderici Onoltzbachii Medici Aulici, hocq; iterum relicto, Tbingæ 1568 Professionis Medicæ munus loco Leonhard. Fuchsii, suscepit; quâ in statione obiit Tbingæ A.C. 1587, etatis sua 63. relicto inter alios liberos Filio Hieronymo Vischero, Medico Noribergensi.

Enarratio brevis Aphorismorum Hip-

Hippocratis: monstrans, quām concinno ac bono ordine sententia istae Aphoristicae dispositæ sint, atque invicem connexæ; & quod verus ac genuinus Aphorismorum sensus atque scopus ex perpetua horum serie possit optimè elici. Olim prælecta in Academia Tubingensi; nunc studio Hieronymi Vischeri, F. in lucem emissa. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

Disputatio de Uso atque Officio Splenis in homine. Tubingæ, 1577, in 4.

Disputatio de Affectibus uteri humani. Ibidem, 1581, in 4.

Disputatio de Lactis, ejusque partium natuâ, & viribus, Respondente Johanne Hartmanno Beyero. Tubingæ, ap. Gruppenbachium, 1586, in 4.

Disputatio, de ratione explorandi & judicandi Leprosos; Respondente Andrea Scholl. Ibidem, 1586, in 4.

Epistola ad Petrum Andream Matthiolum. In qua tractatur de Vergagine, Occipitii dolore, Stupore, Pilorum defluvio, & Glandibus in inguinibus exortis, Extat Libro v. Epistol. Matth, pag. 651.

JOHANNES ULACKVELD,
Harlemensis

Galenus Hydropotes, *ληγχθμενος*, sive, Refutatio falsissimæ Opinionis, quâ, frigidæ Aquæ potum, etiam illâ Cerevisiæ Nostratibus salubriorem esse, contendit Galenus de Haen, Medic. Amstelodamensis. Harle-

mi, apud Abrah. Castellanum, 1660, in 4.

JOHANNES VOCHS,
Coloniensis

De Pestilentia anni M D V I I & ejus curâ. Cum quibusdam Dubiis & Digressionibus, sine quibus cura non perficitur. Magdeburgi, apud Jac. Winter, 1508, in 4. & Coloniae, 1537, in 8. hoc titulo: Opusculum præclarum de omni Pestilentia, sive, sit ab aëre corrupto, sive, ab aquis putridis, aut è cadaveribus: & de diuturna Peste morbi Gallici, quæ non cessabit, donec putredo ejusdem morbi funditus eradicetur. Per Johannem Dryandrum novissimè repurgatum.

JOHANNES URSI-
NUS

Medicus Doctor, & Poëta Laureatus Venustissimus. Vixit circa A. C. 1540. Justus in Chronolog. Medicorum.

Prosopopœia Animalium aliquot, cum Scholiis Jacobi Olivarii, *Avenionensis*. Viennæ Gallorum, apud Matthiam Bonhomme, 1541, in 4.

Elegiæ de Peste, eâque Medicinæ Parte, quæ in Viëtus ratione constitit, Alexandriæ, apud Franc. & Simon. Moschenum, 1549, in 4.

JOHANNES WALTERIUS
VIRINGIUS, Atrebatensis

Tabula Isagogica: Ossium corporis humani connexionem ac numerum complectens: olim Lovanii edita, nunc

ta, nunc recognita & aucta. Duaci, apud Balthas. Bellerum, 1527, in fol. patenti, cum Figura ænea.

De Jejunio & Abstinentia, Medico-Ecclesiastici Libri quinque. Atrebatii, 1547, in 4. apud Guiliel. Rive-rium, 1597, in 4.

JOHANNES WALÆUS,
Leidenfis

Epistolæ duæ, de Motu Chyli & Sanguinis. Extant cum Casp. Bartholini Institutionibus Anatomicis, ab Auctoris Filio, Thoma Bartholino, reformatis ac renovatis. Lugd. Batav. apud Franc. Hackium, 1641, & 1645, itemq; 1651, in 8. Nec non Hagæ Comitis, apud Adrian. Ulacq, 1655, & 1663, tandem iterum Lugdun. Batav. apud Francisc. Hackium, 1669, & 1673, in 8. Et cum Operibus Adriani Spigelii, ex recensione Johan. Antonidæ van der Linden, Med. Doct. & Profess. editis. Amstelodami, apud Johan. Blaeu, 1645, in fol.

Methodus Medendi brevissima, ad Circulationem Sanguinis adorna-ta, ac, in Academia, quæ Lugduni Batavorum est, studiose Juventuti privatim prælecta. Ulmæ, apud Balthas. Kühnium, 1660, in 12. nunc vero præterea Georg. Hieronym. Velschii Animadversionibus illustrata. Augustæ Vindelic. apud Theophilum Göbelium, 1679, in 12.

Medica omnia, (quæ hæc tenus inveniri potuere) ad Chyli & Sanguinis Circulationem eleganter con-cinnata. In quibus multa nova, plu-

tima renovata, utilia verò universa, non minus perspicuè, quam breviter proponuntur; atque adeo quicquid vel in Institutione nervosum, vel in Praxi salubre desiderari possit, solidè hic & sincerè explicatur; edita à C. Jervino. Londini, apud T. Davies & T. Sadler, 1660, in 8.

JOHANNES WEIDNE-RUS

De Arte Chymica, ejusque Culto; ribus. Budiss. 1619, in 4.

JOHANNES WEPFERRUS

Observatio, de Liene magno. Extat Ephemerid. Academ. Nat. Cur, Germ. Ann. I. Num. 2.

JOHANNES WERNERUS,
Hannoveranus

Therapeutica, hoc est, Sanitatis restituenda ratio artificiosa, Libris duobus proposita; & Commentariis illustrata. Francof. apud Petrum Kopfium, 1596, in 8.

JOHANNES WESTER-BURGIUS

Epistola de Prisci ævi diuturna Vi-ta. Extat cum DD. Virorum Episto-lis & Responsis tum Medicis, tum Philosophicis. Roterodami, ap. Rudolphum à Nuyssel, 1665, in 8.

JOHANNES WIDEMAN-NUS

De Lumbrico lato, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Mé-dicinal. singular. Lib. 1 v. prioribus. Ulmæ, apud Satrium, 1628, in 4. pag. 507. Tr. Tra.

Tractatus de Balneis Thermarum Ferinarum in Ducatu Würtenbergico. Extat cum Johannis Rudolphi Camerarii Disputationum Medicarum Decade Primâ in unum Volumen redactâ. Tubingæ, apud Theodoricum Werlinum. 1611, in 8.

JOHANNES WIDMAN,
dictus MEICHIN-
GER

Tractatus de Pestolis, quæ vulga-
to nomine dicuntur *Mal de Franzos*,
1497, in 4.

JOHANNES WIERUS

¶ Natus Gravie circa Mosam op-
pido ad Brabantie limites sito A. C.
1515, Patre Theodoro, Civie honesto:
familiaris Henrici Cornel. Agrippæ,
quem & Preceptorem, & herum su-
um venerandum vocat, & apud quem
se legisse, scribit, partem librorum
Stenographia Trithemii, eamq;, in-
scio illo, exscripsisse. Anno 1534.
Aureliae Doctor Medicinae creatus,
postea in Africam & Insulam Cretam
trajecit: unde redux cum Clivie Du-
cis Archiater per 20. vel 30 quasi an-
nos fuisse. obiit A. C. 1570.

Medicarum Observationum rara-
rum Lib. 1. De Scorbuto. De Quar-
tana. De Pestentiali Angina, Pleu-
ritide, & Peripnevmonia. De Cura-
tione Febris malignæ. In qua de
Pulsus intermittentis præsagio dis-
putatur. De Hydropis curatione. De
Leucophlegmatia à cerebri fluxione
orta, Hippocratis sententia Lib. de
Loc. in hom. De foeda morboi cor-
poris constitutione, ubi occultam

foveri Elephantiasin suspicio erat.
De Sarcinomate sinistri testiculi. De
Utero clauso. De extremitate colli
vesicæ. De Hymene. Colli matrictis
Phyma, ejusque Curatio. Gangra-
næ pudendi curatio. Clausæ Glandis
masculæ curatio. Clausi Ani cura-
tio. Deglutitarum Acicularum cu-
ratio. De curatione Meatum natu-
ralium clausorum, & quibusdam
aliis. Basileæ, apud Oporinum,
1567, in 4. Amstelodami, apud
Petrum Montanum, 1657, in 12.

Libellus de Iræ Morbo, & eius cu-
ratione Philosophicâ, Medicâ, &
Theologicâ. Basileæ, ap. Oporinum,
1577, in 8.

De Varenis, Morbo Endemio
Westphalorum permolesto, ex Ger-
manica Lingua Latio donatus operâ
Hentici Wieri. Extat Libr. IIII,
Epist. II, Miscellaneorum Henrici
Smetii.

¶ De Præstigiis Dæmonum, & In-
cantationibus ac Veneficiis Libri
quinque. Basileæ, apud Johannem
Oporinum, 1564, in 8.

¶ De Scorbuto, Epistolæ. Extant
cum Dan. Sennerti Tractatu de Scor-
buto. Vid. Dan. Sennert.

Opera omnia, Amstel. ap. Petrum
van den Berge, 1660, in 4.

- Elenchus Operum:
1. De Præstigiis Dæmonum, & In-
cantationibus ac Veneficiis Lib.
 - vi. ab Auctore sexies revisi.
 - II. Liber Apologeticus, & Pseudo-
monarchia Dæmonum.
 - III. De Lamiis Liber, & de com-
munijs Jejunijis.
 - IV. De

i. v. De Iræ morbo , ejusque Curatio-
ne Philosophicâ , Medicâ & Theo-
logicâ .

v. Observationes Medicæ rariores :
quibus accedit Lib. ii . ex Germa-
nico Idiomate in Latinum trans-
latus .

JOHANNES WIGAN- DUS

¶ Vera Historia de Succino Boros-
fico . De Alce Borussicâ : Et de Her-
bis in Borussia nascentibus . Item de
Sale , Creaturâ Dei saluberrimâ ,
Consideratio . In lucem edita à Joh.
Rosino . Jenæ , apud Tobiam Stein-
man , 1590 , in 8 .

JOHANNES WILLIS- SUS

De Memoria Naturali fovenda Li-
bellus : è variis doctissimorum Ope-
ribus sedulò collectus & in lucem e-
ditus . Extat cum Variorum de Arte
Memoriæ Tractatibus sex , Fran-
furti & Lipsiæ , apud Joh. Henricum
Ellingerum , 1578 , in 8 .

JOHANNES WITTICHIUS, *Boneſtavienſis*

Tractatus de Lapide Philosophi-
co . Extat in Harmoniæ Chymico-
Philosophicæ Decade prima , colle-
cta ab Herm. Condeſyano Fran-
furti , apud Conradum Eifridum ,
1625 , in 8 .

JOHANNES WITTICHIUS, *Vinariensis*

Methodus tum simplicium , tum
compositorum Medicamentorum ,
quaꝝ apud Recentiores sunt in usu :

omnibus Medicinam exercentibus
admodum utilis . Adjungitur & bre-
vis Enarratio de Chirurgicis Admi-
nistrationibus à Medico excellenti
Patavino Anno 1566 , Stud. Medic.
dictata . Accessit Parænesis de præ-
cipuis & maximè vulgaribus Dige-
stivis , Solutivis , Correctionibus Me-
dicinarum simplicium , Decoctioni-
bus minorativis & Alterantibus re-
mediis , cum certâ & limitatâ rei
mensurâ ac dosi , incerti Autoris .
Lipsiæ , apud Henningum Grossium ,
1596 , in 8 .

¶ Consilia , Observationes , atque
Epistolæ Medicæ nobilissimorum ac
doctissimorum Germaniæ Medico-
rum collecta . Addita est Methodus
Componendi Theriacam & Præpa-
randi Ambram factitiam Johannis
Pontani . Lipsiæ , apud Henningum
Grossium , 1604 , in 4 .

Processus , Curationes & Consilia
in curandis particularibus Morbis .
Helidei de Padoanis . Lipsiæ , apud
Nerlich , 1607 , in 4 .

JOHANNES WOL- FIUS

¶ Natus est in Oppido Ducatus Bi-
pontini , quod Tabernas montanas
vocant A. C. 1537 , Patre illius Civiti-
tatis Prætore : fuit Medicina Profes-
sor publ. in Academia Marpurgensi ,
ut & Principum Hassorum tum tem-
poris regentium Archiater , quo etiam
statu locog. obiit A. C. 1616 .

Exceritationes Semeioticæ . Hel-
mestadii , 1620 , in 4 .

De Acidis Wildungensibus , ea-
rum-

rumque mineris, naturā, viribus, ac usus ratione, brevis Explicatio. Marpurgi, apud August. Colbium, 1580, in 4.

Exercitationes Semeioticæ in Cl. Galeni de Locis affectis Libros vi. Disputationibus aliquot comprehensæ. Helmæstadii, apud Jac. Lucium, 1620, in 4.

Versio Latina x. Dialogorum Joh. Baptistæ de Gello, de Naturæ Humanæ Fabrica. Ambergæ, apud Michaelm Forsterum, 1609, in 12.

De Aqua vitæ Juniperinâ Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. i v. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4, pag. 411.

JOHANNES WOLFGANG DIENHEIM

Medicina universalis, seu, de generali Morborum omnium remedio, Liber. Quo veritas facilitasque Medicinæ cuiusdam Catholicæ, omnes omnino Morbos curantis, ostenditur, ad eandemque ad pescendam aditus aperitur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1610, in 8.

JOHANNES WOLFGANG KRAPTIUS, Mogun- tinus

De Vita prôducenda, & reparanda Juventute, Tractatus. Moguntiae, apud Balthas. Lippium, 1611, in 8.

JOHANNES WOLF- GANG MEOGLING Observatio, de Diabete per totam

vitam durante. Extat Ephem. Acad. Natur. Curios. German. Ann. II. Num. 175.

JOHANNES WOY- NA

Pharmacopœa Cracoviensis. Extat cum Danielis Menonis Matthiæ Experimentorum Medico-Chymicorum Decadibus III. Francofurti, apud Johannem Justum Erythrophilum, 1683, in 12.

JOHANNES WRAHO- ROSKIUS

Praxis Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES de ZANTU- LIE TE, Brabantinus

Tractatus de Diætis totius anni. Extat cum Regimine Sanitatis Magini. Lugduni, apud Jat. Myt, 1517, in 4.

JOHANNES ZECCHIUS, Bononiensis

De ratione curandi, præsertim Febres, ex putri ortas humore, à Medicis hæc tenus in urbe servata, Disputatio. Romæ, ap. Aloyium Zannettum, 1596, in 4.

Consultationes Medicinales. In quibus universa Praxis Medica exatetur. Andromachi Zecchii opera in lucem editæ. Venetiis, apud Johan. & Variscum Variscos, 1617, in 4. Romæ, apud Guilielmum Facciottum, 1601, in 4. M. du-plex

plex quaternio. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1650, in 8.
Huic Editioni accessit ejusdem Zecchii Tractatus de Pulsibus. Additis præterea Indicibus Rerum ac Verborum Copiosissimus.

De Urinis, brevis & pulcherrima Methodus. Cui de Laterali dolore, cum Febre putrida, nec non mali moris, Tractatus, & Consultatio accidunt. Herculis Zecchii operâ in lucem edita. Bononiæ, apud Hæredes Joh. Rossi, 1613, in 4.

De Aquarum Porrectanarum usu, atque præstantiâ, Tractatus, in septem capita divisus. Bononiæ, apud Joh. Rossium, 1576, in 4.

In primam D. Hipp. Aphor. Sect. dilucidissimæ Lectiones. Quibus accidunt Tractatus quatuor insignes, admirabili quâdam Methodo digesti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis missione, de Criticis diebus, ac de Morbo Gallico. A Scipione ex Mercuriis summâ diligentia ab ore Autoris excepti. Ejusd. Scip. Merc. Scholia in singulas Lectiones : Tomus primus. Bononiæ, apud Johan. Rossium, 1586, in 4.

JOHANNES ZEISOLDUS.

Liber de Natura Seminis, traduei non - traduei subiunctus. In quo illa potissimum Controversia, an Semen actu animatum sit, ventilatur, & negativa ex affirmantium hypothetibus atque concessis probatur, ad eorumq; objecta respondetur. Jenæ, apud Casp. Freyschmidum, 1649, in 8.

JOHANNES ZINC. KIUS

De Crisibus, Commentarius. In quo de natura, proprietate, differentiis, speciebus, utilitate, atque necessitate Criseon, & Dierum Criticorum; eorumque artificio, iudicio, calculo, atque prognostico, ex motu Lunæ, coelique aspectibus cognoscendo, agitur. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1609, in 12.

JOHANNES ZOME. RIUS

Consilia quædam. Extant de Arthritide eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592, in 8.

JOHANNES ZOZOME. NUS

Fragmentum. Galeni Comment. in 11. Lib. Epidem. Hippocratis Latine reddidit.

JOHANNES ZWELLE. RUS, Palatinus

¶ Animadversiones in Pharmacopœiam Augustanam : & annexam Ejus Mantissam, sive, Pharmacopœia Augustana reformata. In qua verâ & accuratâ Methodo Medicamentorum simplicium & compositorum præparations tam dextre traduntur, ac insuper Antiquorum errores deteguntur, ut inde servatis & exaltatis simplicium Medicamentorum facultatibus, Instrumenta multò aptiora Medico evadant, quibus citè & jucundè Affectus, humanum corpus infestantes, propulsari que-

ant. Cum Annexâ Appendix. Vienæ Austr. 1652, in fol. Goudæ, 1653, in 8. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1653, in 8. Noribergæ, apud Michael. & Joh. Fridericum Endterum, 1657, in fol. Ibidem, apud Eosdem, 1667, in fol. Dordrechti, 1672, in 4. Noribergæ, apud Michael. & Joh. Frideric. Endterum, 1675, in fol.

¶ Appendix ad Animadversiones in Pharmacopœiam Augustanam, Ejusque annexam Mantissam. In qua, quæ in illis aliquantò forsitan obscuriora & manca visa sunt, tanto dilucidius & enucleatius expanduntur, & perspicuis Notis illustrantur, ut non solum ad priorum exactiorem notitiam facere, sed novis insuper, secretoribusq; Remediis & Doctrinis affatim adaucta, Philiatrorum gratiæ esse possint. Extat cum Ejusdem Animadversionibus in Pharmacop, Augustan.

¶ Pharmacopœia Regia, seu, Dispensatorium novum locupletatum & absolutissimum. Annexâ etiam Mantissâ Spagyricâ. In quibus verâ & accuratâ Methodo selectissimorum Medicamentorum Compositiones & Præparationes traduntur; quæ cùm servatis suorum Ingredientium virtutibus, tum iisdem exaltatis, Medico, in profligandis hæmani corporis Ægritudinibus, ad votum servitura sunt. Extat ibidem cum plerisque Editionibus.

¶ Discursus Apologeticus adversus Hippocratem Chymicum Ottonis Tackenii Ejusque adulterini Sa-

lis Viperini novissimi fundamenta, ut ait, antiquissima. Cui accessere Ejusdem justissimæ Vindiciæ cor tra Franciscum Verny, Pharmacopœum Monspeliensem. Annexo etiam Apologemate Epistolico Anonymi. Extat ibidem, cum postremis Editiōnibus.

JOHANNIUS,

*Alias Humain Vid. Humain pag.
472.*

Galen, de motibus manifestis & obscuris, ex Græco in Arabicum transstulit: Item, de Clysteribus & Colica.

JODOCUS GREVERUS

Secretum, & Alani Philosophi Dicta de Lapide Philosophico. Item alia nonnulla ejusdem materiæ, pleraque jam primum edita à Justo à Balbian. Lugduni Batav. apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

JODOCUS HARCHIUS, *Montensis*

De Causis contemptæ Medicinæ, Lib. unus. Laodii, apud Gualtherum Morberium, 1567, in 8.

Enchiridion Medicum, simplicium Pharmacorum, quæ in usu sunt, nomenclaturam, historiam, facultatem, & usum eleganti Poëmate comprehendens. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

JODOCUS LOMMIUS, *Buranus*

Medicinalium Observationum Li-
bri

bri tres. Quibus notæ mōrborum omnium, & quæ de his possunt haberī præfigia, judiciaque, proponuntur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1560, apud Guil. Sylvium, 1563, in 8. Francofurti apud Joh. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

Commentarii de Sanitate tuenda, in primum Librum de Re Medica Aurelii Cornelii Celsi, Medicorum Romanorum longe principis. Lovaniæ, apud Anton. Mariam Bergagne, 1558, in 8.

De curandis Febribus continuis Liber. In quatuor divisus Sectio-nes: quarum singulae singulorum morbi temporum, quæ totidem quo-que sunt numero, remedia continent. Antverpiæ, apud Guilielum Sylvium, 1563, in 8.

JODOCUS WILLI- CHIUS

D Natus Rosellii in Borussia Episco-pat. Varmiens. A. C. 1501: creatusq; Francofurti ad Oder. Philosophia Ma-gister, paulo post Bucolica Virgilii enarrare cœpit, & Commentarios in ea edidit. Docuit etiam aliquandiu Erphordie; & A. C. 1524 Francofurti ad Oder. Professor Gracæ Lingua declaratus, demumq; 1541 eadem in Academia Medicina Doctor, & una ejusdem Professor salutatus est. Obiit A. C. 1552, atatis sua 51.

D Ars Magirica, hoc est, Coquina-ria, de Cibariis, Ferculis, Obsoniis, Alimentis & Potibus diversis par-andis, eorumque facultatibus, Liber; Medicis, Philologis, & sanitatis tuen-

dæ Studiosis omnibus apprime utilis. Huic accedit Jacobi Bifrontis, Rhæ-ti, de Operibus Lactariis Epistola. Tiguri, apud Jac. Gesnerum, 1563, in 8.

Urinarum probationes, illustra-tæ Scholiis Medicis Hieronymi Reus-neri, Leorini. In quibus principia so-lidae Uroscopiae, ad solidæ Philoso-phiæ fontes revocantur, multique Medicorum errores deteguntur. Cum variis matularum delineationi-bus, & remedii ex urina desuntis. Basileæ, apud Sebas[t]. Henric-Petri, 1582, in 8.

Observationes Medicæ in Libellum Lactantii Firmiani, qui de Opificio Dei inscribitur. Item Hippocratis Li-bellas de Genitura, Jod. Willichio interprete. Francofurti ad Oderam, 1542, in 8.

Problemata de Ebriorum Affecto-nibus, & moribus. Francof. apud Joh. Hanaw, 1543, in 8.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wit-tichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

Commentarius Anatomicus, seu, diligens omnium Partium Corporis humani Enumeratio. Item, Dialogus, de Locustis. Argentorati, apud Cratonem Mylium, 1544, in 8.

Collectanea decerpta ex magno Opere absconditorum Sapientiæ Jo-sephi del Medici Cretensis. Francof. apud Schleich, 1636, in 4.

De Locustis Dialogus. Ibidem, 1544, in 8.

© JOEL LANGELOT-
TUS

Epistola ad Præcellentissimos Naturæ Curiosos , de quibusdam in Chymia prætermisis, quorum occasione Secreta haut exigui momenti, proque Non Entibus haetenus habita, candidè deteguntur & demonstrantur. Hamburgi , apud Gottofredum Schultzium, 1673, in 8. Extat etiam Misc. Medic. Physic. Cur. Germ. Ann. III. Obs. 59. Lipsiæ & Francofurti , apud Hæredes Schutri - Götzianorum & Johannis Fritschii, 1673, in 4.

Observatio , de Menstruis ultra consuetum naturæ terminum salutariter fluentibus. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. An. VI. & VII. N. 5.

de gravi Ventriculi affectu, falso pulmonibus adscripto. Ib. Ann. eod. N. 6.

de miribili calculi vesicæ cura. Ib. An. eod. N. 7.

de singulari Solis cum Cephalalgia consensu. Ibid. Ann. eodem. Num. 8.

de magno Hirudinum usu in cephalalgia. Ibid. Ann. eodem. Num. 9.

de sudore atro & sanguineo. Ibid. Ann. eod. N. 10.

de Epilepsia transplantata in caniculam. Ibid. Ann. eod. Num. 11.

de copiosissimo liquoris limpidi ex Aure sinistrâ profluxu. Ibid. Ann. eod. N. 12.

Observatio , de foetu mortuo felicitè educto. Ibid. Ann. eodem, Num. 13.

de mirando Antipathiæ exemplo. Ibid. Ann. eod. N. 14.

de suffocatione submersorum. Ibid. Ann. eod. N. 20.

de Cervi cornutâ. Ibid. An. IX. & X. Num. 88.

J O L A H I E R O , Taran-
tinus

Epiphanius, de xi i Gemmis , quæ extant in Veste Aaronis , Latinè exposuit.

© JONAS ZELATOR

Theatri Alchymistico-Medici breve & jucundum speculum, agentibus binis in Scena Personis : Medico in humilitate Curioso , & Alchimistâ in curiositate fastuoso ; desecata passionis sapientibus communicatum, sine loco , & nomine ejus, apud quem prostet, 1681, in 3.

J O S E P H U S de AROMATA-
RIIS , Affinis

Disputatio de Rabie contagiosa. Cui præposita est Epistola de Generatione Plantarum ex Seminibus. Quâ detegitur, in vocatis Seminibus contineri Plantas verè confirmatas, ut dicunt, actu. Venetiis , apud Jac. Sarcinam, 1625, in 4. Francofurti , apud Wolphangum Hofmannum, 1626, in 4.

J O S E P H U S B U A
Tripus Delphicus. Neapoli, apud Scorrigium, 1635, in 4.

JOSEPHUS

JOSEPHUS CASTALIO

De Frigido & Calido Potu, Romæ, 1607, in 4.

JOSEPHUS à COSTA

De Rebus novi Orbis. Matrii, 1610, in 4.

JOSEPHUS DONZELLIO

Medicus Neapolitanus

Liber de Opopbalsamo. Additio Apologetica ad suam de Opopbalsamo Orientali Synopsin. Neapoli, 1640.

JOSEPHUS GALARTUS

Systema Renovatum Physiologiæ Medicæ. Parisis, 1671, in 12.

JOSEPHUS GRUNBECKIUS

Medicuse⁹ Secretarius Regis, magni pretii. Vixit A.C. 1503. Justus in Chronol. Medic.

De Mentulagra, seu, Morbo Regio, Liber. Venetiis, apud Scotum. 1503, in 4.

JOSEPHUS LAUTENBACHIUS

Consilia Medicinalia: cum mixtum Præstantissimorum Italiae Medicorum; tum seorsim Antonii Marli Venusti, Tergestinorum Med. de gravissimis humani corporis Malis curandis; una cum Julii Cæsarini Claudi, Bononiensis, brevibus quidem, sed summe utilibus aliquot Tractatibus, (quos vide sub titulo Jul. Cæsar. Claudi,) collegit, digestit, polivit ac edidit, Francofurti, apud

Johannem Sartorium, 1605, in 4.

○ Julii Cæsarini Claudi Paradoxa Medica, sive, Tractatus de Natura & Usu Thermarum: Lutorum: Fovearum &c. simul collegit, & cum aliis edidit. Francofurti, apud Johannem Sartorium 1605, in 4. Ibidem, apud Christophorum Gerlauchium & Simonem Beckenstein, 1660, in 4.

JOSEPHUS MICHELIUS;

Lucensis

Apologia Chymica, adversus inventivas Andreæ Libavii calumnias. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1497, in 8.

JOSEPHUS MILIUS;

Voltolinus

De Hortorum Cultura, Libri tres. Brixiae, apud Vincentium Sabium, 1574, in 8.

JOSEPHUS PANDOLPHINUS, à Monte Martiano

Tractatus, de Ventositatis Spinæfævissimo Morbo; de quo nihil ferè Græci, & paucissima Arabes, Latini, conscripsere: Firmi in Italia, 1614, primum editus: deinde revisus, correctus, & Annotationibus, novisque cùm propriis, tum alienis observationibus, & variorum Authorum monumentis erutis, illustratus, & ad hodierna Medicinæ principia accommodatus à Georg. Abraham. Mercklino. Noribergæ, apud Johannis Andreæ & Wolfgangi Endteri, Junioris, Hæredes, 1674, in 12.

JOSEPHUS PETRUCIUS

De Capsulis Renalibus, earumque usu. Romæ, 1676, in 8.

JOSEPHUS PHAVORINUS à CLAVARIIS,

Fabrianensis

Medicarum Exercitationum Liber.
In quo φυσιολογίη, παθολογίη, ac θεραπευτική, inter alias summas Medicinæ Partes explanantur; Res scil. naturales, & præter naturam: unà cum rectâ, eisdem occurrenti, Methodo, juxta Principum Medicorum sententiam, enodatâ veritate discutitur. Camerini, apud Franc. Jojo-
sum, 1599, in 4.

Synopsis de Hominis excellentiâ, variâ, & multiplice doctrinâ, lectio-
ne, & eruditione referta, Philosophica, Medica, & Christiana. Pars pri-
ma. In qua explicantur quatuor Na-
turæ gradus eorum, quæ sunt, vege-
tant, sentiunt, & intelligunt; eorum
demque cum homine factâ compara-
tione decernitur in essentia, vitâ, sen-
su, & intellectu, solum hominem ex-
cellentissimum esse, nihilque in La-
pidibus, Plantis, Animalibus, &
Mundo reperiri, quod in eo non sit
præstantius, sublimius, excellentius.
Perusiae, apud Petruccios, 1606,
1607, in fol.

JOSEPHUS POMIUS,
Siculus

De curandis Febribus putridis, Ars
Medica. Panormi, apud Joh. Anton.
Franciscum, 1603, in 4.

Quando in Febribus putridis medi-
candum, Quæstio Medica ad Hipp.
& Galeni mentem examinata. Ibid.
1505, in 4.

JOSEPHUS QUERCETANUS, *Armeniacus*

¶ De Priscorum Philosophorum veræ Medicinæ materia, præparatio-
nis modo, atque in curandis Morbis præstantiâ: deque simplicium, &
rerum signaturis tum externis, tum internis, seu, specificis, à priscis &
Hermeticis Philosophis multâ curâ,
singularique industriâ comparatis,
atq; introductis, duo Tractatus. His
accesserunt de Dogmaticorum Me-
dicorum legitima, & restituta Medi-
camentorum præparatione, Libri
duo. Itemque selecta quædam Con-
silia Medica. ¶ De Arthritide & mor-
bo ei affini, Calculo. ¶ De Nephri-
tide. ¶ De Lue Venerea. ¶ Pro
Virgine morbo in immensum com-
plicato laborante. S. Gervasio, apud
Hæredes Eustachii Vignon, 1603,
in 8. Genevæ, apud Johan. Vignon,
1609, in 8.

¶ Tetras gravissimorum totius ca-
pitis affectuum: ex doctiss. Medico-
rum, tum Dogmaticorum, tum Her-
meticorum, assiduis vigiliis, & accu-
ratâ Theoriæ & Praxis observatione
elucubrata. Adjectus est in eorun-
dem Morborum curatione, præter
vulgarem Medendi Methodum, in-
gens selectissimorum Medicamento-
rum numerus, quæ magno cum fru-
cta addisci & administrari possunt.
Marpurgi, apud Paulum Egenol-
phum,

phum, 1606, in 8. 1608, 1609; 1617, in 8.

Pestis Alexicacus, sive, Luis Pestiferæ fuga, auxiliari bus selectorum utriusque Medicinæ remediorum copiis procurata. Parisiis, apud Claud. Morellum, 1608. Ibidem, 1624, in 4. Lipsiæ, apud Barthol. Voight, 1609, & 1615, in 8.

Sclopetarius, sive, de curandis Vulneribus, quæ Sclopetorum & simillium Tormentorum ictibus acciderunt, Liber. Lugduni, apud Joh. Lertout, 1576, 1600, in 8.

Pharmacopœa Dogmaticorum restituta, pretiosis selectisque Hermeticorum floribus illustrata. Giesse Hassorum, 1607, in 8. Parisiis, apud Claudio Morellum, eodem anno in 4. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Francofurti, apud Johan. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4. Venetiis, apud Jacob. de Franciscis, 1614, in 4. Ad dicta est huic editioni de Spagyrica Mineralium, Animalium, & Vegetabilium, præparatione, & usu Tractatio. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1628, in 8. Extat etiam cum Johannis Renodæi Dispensatorio Galeno-Cymico per Petrum Uffenbachium reviso, & saluberrimorum Medicamentorum ac experimentorum descriptionibus ex manu scriptis & Secretis doctorum Virorum locupletato. Hanoviæ, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4.

Diæteticon Polyhistoricon. Opus utique varium, magnæ utilitatis, ac delectationis, quod multa Histo-

rica, Philosophica, & Medica, tam conservandæ sanitati, quam variis curandis morbis valde necessaria contineat. Parisiis, 1606, in 8. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Ibidem, 1615, in 8. Francof. apud Joh. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4.

Ad Jacobi Auberti, *Vindonis*, de Ortu & Causis Metallorum, contra Chymicos, Explicationem, brevis Responsio. Ejusdem de Exquisita Mineralium, Animalium & Vegetabilium Medicamentorum Spagyricâ præparatione & usu, perspicua Tractatio. Lugduni, apud Johan. Lerottium, 1575, in 8. 1600, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemicæ, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ad veritatem Hermeticæ Medicinae ex Hippocratis, veterumque decretis ac Therapevsi, nec non vivæ rerum Anatomiae Exegesi, ipsiusque naturæ luce stabilendam, adversus cuiusdam Anonymi Phantasmata, Responsio. Lutetiæ, apud Claudio Morellum, 1603, 1604, in 8. Francof. apud Conradum Nebenium, 1605, in 8.

Ad brevem Riolani excusum, brevis Incurcio. Marpurgi. ap. Paulum Egenolphum, 1605, in 8.

Opera Medica: scilicet, ad Jac. Auberti, *Vindonis*, de Ortu & Causis Metallorum, contra Chymicos, Explicationem, brevis Responsio. De exquisita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium Medicamentorum Spagyricâ præparatione & usu, per-

spicua Tractatio. Sclopetarius, sive, de curandis Vulnerib⁹, quæ Sclopetorum & similiū Tormentorū i&tib⁹ acciderunt. Lugd.apud Joh.Lertout, 1600,in 8. Francofur.ad Mœnum, ap. Laurentium Alberti, Bibliopol. Lubecens, 1602, in 8. Lipsiæ, apud Thom. Schurerum, 1614, in 8.

JOSEPHUS SCALIGER,
Jul. Cef. Fil.

Castigationum , in Hippocratis Libellum de Vulneribus Capitis, Explicatio. Extat cum Franc. Vertuanii Commentario in Eundem. Lutetiae, apud Mamertum Patissonium, 1578, in 8.

Astramplyschi , Oneirocriticon, sive, Somniorum Interpretatio, digestum & castigatum, Græcē & Latinē. Parisiis, 1599 , in 8.

JOSEPHUS STRUTHIUS,

○ Natus A.C. 1510: primū Medicinam Patavii docuit, ubi propter editum Librum de Pulsibus adeo ab illis Professoribus laudatus est, ut ejus Libri uno die 800 Exemplaria diffusa sint: deinde reversus in Poloniam, Sigismundi Augusti , Regis Poloniae Medicus declaratus est. Obiit A.C. 1568, etatis sua 58.

Ars Sphygmica , seu Pulsuum doctrina supra M C C annos perdita , & desiderata , omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximâque utilitate facere volentibus, summe necessaria, Lib, v.conscripta. Basileæ, apud Oporium, 1540, in 8, apud Ludovicum König, 1602, in 8.

Huic accessit Hier. Capivacci de Pulsibus , elegans Tractatus: & Caspari Bauhini Introductio Pulsuum Synopsin continens.

Galeni Lib. 111. de Crisibus interpretatus est.

JOSEPHUS STUBENDORFIIUS

Observationes ad Librum de Scorbuto Severini Eugaleni. Lipsiæ apud Conradum Voigtum, 1604, in 8. Jenæ, 1624, in 8.

JOSEPHUS TECTANDER,
Cracoviensis

Galeni adversus Erasistratum, & Erasistrateos , qui Romæ degebant, Libros Latine interpretatus est.

JOSEPHUS VALDANIUS,
Veronensis

○ Quæstiones duæ : I. utrum in Lienis affectibus secunda sit vene, quæ est ad animalarem digitum sinistræ matris: II. an in morborum initiis solum cum materia turget, purgantibus medicamentis uti liceat? Patavii, 1567, in 8.

De Theriacæ usu in Febribus Pestilentibus, Libellus. Brixiaæ, apud Vinc. Sabiensem, 1570, in 4.

De Theriacæ usu in Febribus Pestilentibus , Liber secundus. Brixiaæ, apud Vincentium Sabium, 1571, in 8.

De Mistione , Dialogi duo. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Duæ Quæstiones Medicæ. Patavii, 1567, in 8.

○ JOSE-

O JOSEPHUS du VERNEY

Tractatus de Organo Auditū, cōtinens structuram, usum, & morbos omnium Auris partium. E Gallico in Latinum versus. Noribergæ, ap. Joh. Ziegerum, 1684, in 4. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Johan. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

O JOSEPHUS ZAMBEC-CARUS

Experimenta: circa diversa è variis Animalibus viventibus exsecta Viscera. Extant cum Daniel. le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

JOSIAS SIMLERUS

Vita Clariss. Phil. ac Med. Conradi Gesneri, *Tigurini*. Item Epistola Gesneri de Libris à se editis. Et Carmina complura, in obitum Ejus conscripta. His accessit Casparis Wolphii Hypothesis, sive, de Conr. Gesneri Stirpium Historiâ, ad Johan. Cratonem S. Cæs. Maj. Med. Pollicitatio. Tiguri, apud Froshoverum, 1566, in 4.

Vocabula Rei Nummariaæ, Ponderum, & Mensurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diversis Authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum disposita. Extant cum Dom. Massarii de Ponderibus & Mensuris medicinalibus Libris, à Caspary Wolphio editis. Tiguri, apud Froshoverum, 1584, in 8.

Epitome Bibliothecæ Conradi Gesneri, conscripta primum ab Conrado Lycosthene, nunc denuo recognita & plus quam bis mille Authorum accessionibus locupletata. Tiguri, 1555, in fol.

JOSTERIUS de JOSTERIUS, Bassanensis

Admirations Medicæ: Doctrina Galeni, nec non & aliorum Auctorum; scilicet de Usu Vesicantium promiscue in morbis omnibus: de Cucurbitulis affigendis importune: de Venæfectionis omissione: de Purgatione incongruâ: de Victus ratione monstrosâ. Venetiis, apud Altobellum Salicatum, 1596, in 4.

JOSUEL ABRECH,

Hunepens

'Overporpli, & Liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibusque iis, qui præsertim Medicinæ vel Philosophiæ, adeoque ipsi sapientiæ Theologicæ, vel saltem pietati ac timori Dei, ipsiusque cognitioni student, perquam utilis. In quo videlicet, omne genus imagines cerebro dormientium conceptæ evolvuntur, haudquaquam futili, sed genuinâ ac verâ, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus haustâ, partim verò ex veterum probatissimorumq; Medicorum vel Pholosophorum Scriptis de promptâ, partim denique sagaci atque omnino fidâ ipsius Autoris Exegesi. Cum præfixa Instructio ne de variis Somniorum generibus, eorundemque definitionibus, causis ac circumstantiis, simulque de le-

gitima ipsa Interpretationum ratione. Tremoniae, apud Arnoldum Westhovium, 1607, in 8.

JOVITA RAPITIUS

De Balneis, seu, Thermis, quæ ad Timavi ostia sunt. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 307.

IRENAEUS AGNO-

STUS

Vindiciæ Rhodostauroticæ. 1619, in 8.

ISAAC

Iraelita, Salomonii Arabia Regis Filius adoptivus. Vixit A. C. 660. Moreau de V.S. in Pleurit. Secundum Justum in Chronol. Medic. vixit A. C. circiter 158.

Omnia Opera in hoc Volumine contenta: cum quibusdam aliis Opusculis: scilicet;

Lib. de Definitionibus.

Lib. de Elementis.

Lib. Diætarum universalium: cum Commento Petri Hispani.

Lib. Diætarum particularium: cum Commento Ejusdem.

Lib. de Urinis: cum Commento E. iusdæm.

Lib. de Febribus.

Pantechni decem Lib. Theorices: & decem Practices: cum Tractatu de Gradibus Medicinarum Constantini.

Viatum Isaac, quod Constantinus sibi attribuit.

Lib. de Oculis Constantini.

Lib. de Stomacho Constantini.

Lib. Virtutum de Simplici Medicina Constantini.

Compendium Megatechni Galeni à Constantino compositum.

Lib. de Oblivione Constantini. Cum Tabula & Repertorio omnium Operum & Quæstionum in Comenius contentarum. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1515, in fol.

De Diætis universalibus & particularibus Libri 11, hoc est, de victus salubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. Superiori sæculo ex Arabica Lingua in Latinam conversi; nunc verò opera Johannis Posthii, Germersheimii, sedulo castigati, & in lucem editi. Bafileæ, ap. Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4. 1577, in 8. Antverpiæ, ap. Bellermi, 1607, 1608, in 8.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 130.

ISAACUS BARROW

Lectiones Opticorum Phænomenorum. Londini, 1669, in 4.

ISAACUS CATTIER, Parisiensis

De Rheumatismo, Dissertatio. De ejus naturâ & curatione. Simulque, ex occasione, de naturâ Doloris intricatissimâ, perspicue enodantur, novisque Observationibus illustrantur. Parisiis, apud Viduam Petit, 1653, in 8.

Observationes Medicinales rarae. Extant cum Petri Borelli Historiis & Observationibus Medico-Physicalis. Castris, 1653, in 12. Parisiis, apud Johan. Billaine & Viduam Mathurini,

thurini Dupuis, 1656, in 8. Francofurti, apud Laurent. Sigismund. Cörnerum, 1670, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 8.

◎ ISAACUS HOLLANDUS

De Lepide Philosophico. Francofurti, 1669, in 8.

ISAACUS JOUBERTUS

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco : cum Figuris Instrumentorum Chirurgicorum, in ejus Opere memoratorum : mutatis ut plurimum ex Operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à Patre Laur. Jouberto restituta. Lugd.apud Symph. Beraud, & Steph. Michaelem, 1585, in 8.

◎ ISAACUS ROET

Pestis adumbrata, seu, Aphorismi de Peste. Londini, 1666, in 8. Amstelodami, 1667, in 12.

ISAACUS SCHALLE-RUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Francofurti, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & in illo Volumine, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Curationum, Observation, & Consultation, Med. Tomi IV. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consilio. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kue-

nium, 1676, in 4. itemque cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ibidem, apud Eundem anno & formâ eâdem.

◎ ISAACUS SCHOOCKIUS

I. Dissertatio Physica, de Nive cum rarissimis adhærentibus Quæstionibus, de Meteoris Aqueis.

II. Centuria rariorū Problematum Historico-Medico-Physicorum.

III. Disputatio Philosophica inaugralis, de Honore, cum Mantissa Positionum ex universa Philosophia selectarum.

IV. Oratio singularis, de Admiratione, cum annexa Gratiarum actione.

V. Oratiuncula, quâ ornatissimos Juvenes à Beanismo absolvit. Sumptibus Eichornianis, 1673, in 4.

ISBRANDUS de DIEMER-BROECK, Montfurto

Trajectinus

De Peste, Libri quatuor. Trunculentissimi Morbi Historiam ratione & experientiâ confirmatam exhibentes. Arenaci, apud Joh. Jacobi, 1646, in 4. Amstelodami, apud Joannem Blaeu, 1665, in 4. quæ Editio ab Auctore emendata, plurimisq; in locis adiecta est.

◎ Disputationum Practicarum Pars prima & secunda, de Morbis Capitis & Thoracis. Trajecti ad Rheenum, apud Theodorum ab Ackersdyck, 1664, in 12.

◎ Anatome Corporis Humani, pluri-

plurimis novis Inventis instructa, variisque Observationibus, & Paradoxis, cum Medicis, tum Physiologicis adornata. Ultrajecti, apud Meinardum à Dreunen, 1672, in 4. Genevæ, apud Samuelem de Tournes, 1679, in 4. Lugduni, 1679, in 4. Hæ duæ postremæ Editiones innumeris nœvis, quibus prior scatet, sedulò repurgatæ & multis Figuris æneis de novo emendatis ditatae sunt.

ISMAEL BULLIALDUS, *Juliodumensis*

De Natura Lucis. Parisiis, apud Ludov. de Heuqueville, 1638, in 8.

ISOARDUS GUIGO- NIUS

Autopsiomma: cum ejusdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud FF. de Cavaleriis, 1629, in 4.

ISRAEL CONRA- DUS

Dissertatio Medico-Physica de Friboris Natura & Effectibus. Gedani, typis & sumptibus Monasterii Olivensis S. Ord. Cist. 1677, in 12.

ISRAEL HARVETUS, *Aurelianensis*

Defensio Chymicæ: adversus Apologiam & Censuram Scholæ Medicorum Parisenium. Et in easdem Guilielmi Baucyneti, Medici Aurelianensis, Notationes. Parisiis, apud Guilielmum Avvray, 1604, in 8.

Demonstratio veritatis doctrinæ Chymicæ: adversus Johan. Riolani Comparisonem veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cuin Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica.

Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1605, in 8.

ISRAEL SPACHIUS, *Argentinensis*

Nomenclator Scriptorum Graecorum, Arabum, Latinorum veterum & recentium Medicorum, hoc est, Elenchus eorum, qui Artem Medicam suis Scriptis illustrarunt, secundum locos communes ipsius Medicinæ. Francof. apud Nicol. Bassum, 1591, in 8. Cum Imaginibus necessariis. Argentinæ, ap. Lazarum Zetznerum, 1597, in fol.

Gynæciorum Libri. Additis, de iisdem, aliorum, quotquot extant, Libris. Denuo recogniti, emendati, necessariis Imaginibus exornati, & optimorum Scriptorum auctoritatibus illustrati. Argentinæ, apud Lazar. Zetznerum, 1597, in fol.

Continentur autem sequentes
Autores:

1. Felicis Plateri, de Mulierum Partibus Generationi dicatis.
2. Moschionis, de Passixnibus Mulieribus.
3. Cleopatrae Moschionis Prisciani, & incerti cuiusdam Muliebrium Libri, in unam Harmoniam redacti per Casparum Wolffum.
4. Trotulæ, seu, Protis Medici Liberti Julie Liber.
5. Nicolai Rochei, de Morbis Mulierum curandis.
6. Ludovici Bonaccioli Enneas Muliebris.
7. Jac. Sylvii, de Mensibus Muliebribus.
8. Joh.

8. Joh. Ruffi, de Conceptu & Generatione Hominis.
 9. Hieron. Mercurialis de Morbis Muliebribus.
 10. Johan. Baptist. Montani, de Affectibus uterinis.
 11. Viët. Trincavellii Consilia Muliebria.
 12. Alberti Bottoni, de Morbis Muliebribus.
 13. Johan. le Bon Therapia Puerarum.
 14. Ambros. Parzi de Hominis Generatione.
 15. Albucasis de Morbis Muliebribus.
 16. Francisci Rousetti de Partu Cæsario.
 17. Lithopedii Senonensis Icon.
 18. Caspar. Bauhini de Partu Cæsario.
 19. Mauric. Cordæi Commentarii, in Lib. priorem Hippocr. de Muliebribus.
 20. Martini Akakiæ de Morbis Muliebribus.
 21. Ludov. Mercati Gynæciorum Lib. iv.
- ¶ Johannis Fragosi Historiam Aromatum, Fructuum, & Simplicium aliquot Medicamentorum ex India utrâque, Orientali & Occidentali, in Europam delatorum, ex Hispanico in Latinum transtulit: & additis Notis marginalibus atque Indice edit. Argentinæ, apud Jacob. Martinum, 1600, in 8.
- Themata Medica de Animæ Facultatibus. Argentorati, 1591, in 4.

JULIUS ab ÆTSEMA,

Frisius

Tractatus de Peste Hanoviæ, 1611, in 8.

JULIUS ALEXANDRINUS

¶ Natus est circa A.C. 1506: cognominatus à Neustein: fuit Archistar aliquot Imperatorum Roman. interg. Eos præcipue Maximiliani II. cui Principi valetudinario Charißimus fuit; & à quo amplis honoribus donatus est, quos etiam in Filios, licet naturales, tanti Imperatoris indulgentiâ transcripsit: tandem Tridentio obiit A.C. 1590, atatis sua 84.

De Medicina, & Medico, Dialogus, Libris quinque distinctus. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1557, in 4.

Salubrium, sive, de Sanitate tenuenda, Libri triginta tres. Coloniæ, apud Gervinum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua Scripta, Annotationes, quæ Commentariorum loco esse possunt. Accessit trita illa de Theriaca Quæstio. Basileæ, ap. Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia, Carmine. Tiguri, apud Froshoverum, 1559, in 8.

Ant - Argenterica pro Galeno. Venetiis, opud Zalberium, 1552, in 4.

Ant-Argentericorum suorum adversus Galeni Calumniatores Defensio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epistola Apologetica ad Remb. Donæ:

Uuu u

donæum. Francof. apud Wechelos, 1584, in 8.

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum de Animadversionibus quibusdam in Galenum: De expurgatione Vomicæ pulmonis: De Autore Libri de Theriaca ad Pisonem, Extat Lib. r. Epist. Matth. pag. 20.

Epistola ad Andream Camutium. Quā agitur de quatuor dubiis : i, an in intermittente tertiana alterā die sanguis mittendus? ii, an sanguis in bilioso maxime abundet? iii, an in declinatione, ratione imminentis alterius morbi, mori quis possit? iv, an piper ad jecur perveniat? Extant cum Andr. Camutii Excusione præcipui morbi, nempe Cordis Palpitationis Maximiliani II, Cæsar. Florentiae, apud Georg. Marescottonum, 1580, in 4.

Enantiomaton sexaginta quatuor Galeni Liber. Item Galeni Encomium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Interpretatio Actuarii Johannis, de Affectionibus, & Actionibus Spiritus Animalis. Extat cum Ejusdem Lib. vi Methodi Medendi, quos edit Conr. Henr. Matthiasius. Venetiis, 1554, in 4.

JULIUS CÆSAR ARANTIIUS

O Natus est Bononie: quā in Academia Doctoris Medicinae impetrato

titulo, mox in eādem Medicina, Chirurgia & Anatomie Professōr declaratus, eam Spartam per annos 32 ornavit, donec nempe obiit A. C. 1589.

De Humano Fœtu Liber. Ejusdem Anatomicarum Observationum Liber. Ac de Tumoribus secundum locos affectos Liber. Venetiis, apud Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Jac. Brechtanum, 1587, in 4. Basileæ, apud Sebas. Henric. Petri, 1579, in 8.

De Humano Fœtu Liber, operā Laur. Scholzii seorsim prodit. Extat etiam cum Francisci Plazzoni Libr. de Partibus Generationis. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, 1664, id 12.

In Hippocratis Librum de Vulneribus Capitis Commentarius brevis, ex ejusdem Lectionibus collectus, per Claudiū Porralium, Lugdunensem, unde cum Ejusdem Annotationibus marginalibus. Lugduni, apud Ludov. Cloquemini 1580, in 8. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1639, in 12. & 1641, in 12.

Consilia & Epistolæ Medicae. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. ap. Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

JULIUS CÆSAR BARCELLUS, à S. Marco

De Hydroposa Naturā, sive Sudore humani corporis Libri quatuor. In quibus non solum de origine, differentiis, & præfigio, verū atque de usū, apparatu, & curatione Sudorum

xupi differitur. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis, sive, Arcationum valde admirabilem tam in Arte Medica, quam reliquâ Philosophiâ, Compendium: Curiosis Naturæ scrutatoribus lectu tam utile, quam jucundum. Colonia, ap. Matth. Smits, 1620, in 12. Geneva, apud Philipum Albert, 1620, in 16. Huic editioni accessit Arnoldi Freitagii Liber de Esculentorum Potulentorumque Facultatibus.

De Laetis, Seri, & Butyri facultatibus & usu, Opuscula cum jucundatum utilia. In quibus pleraque, praeter Medicorum communium opinionem, notatu digna examinantur. Accessit in fine de Chymico Butyro non inutilis Conventus. Neapoli, ap. Lazarum Scoriggium, 1603, 1623, in 4.

JULIUS CÆSAR BENEDICTUS, à Guelfalone, Aquilanus

De Pepasmo, seu, Coctione Quæstiones, ad mentem Hippocratis. Aquila, apud Franc. Marinum, 1636, in 8.

Consultationum Medicinalium Opus utile, jucundum, necessarium, Medicorum principum tutelâ. Dogmatum varietate, & ordinata morborum omnium curatione refertum. Venetiis, apud Bertanos, 1650, in 4.

Epistolarum Medicinalium Libri decem, reconditâ Hippocratis doctrinâ singularique eruditio referuntur. Opus non minus Theorizæ, quam

Praxinecessarium. Romæ, ap. Andr. Phæum, 1649, in 4.

De loco in Pleure cide. Romæ, 1644, in 8.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS

De Conviviis Libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Prost, 1627, in 8.

De Pictura, Plasticæ, Statuaria. Lugduni, 1627, in 8.

De Ludis privatis ac domesticis Veterum. Ibidem, 1627, in 8.

JULIUS CÆSAR CLAUDIUS, Bononiensis

Quæstio de Sede facultatum principum. Basileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1617, in 4. Parisiis, apud Casp. Meturas, 1647, in 4. cum Augusti Buccii Disput. de Princ. Part. & iurisprudentia Casp. Hoffmanni.

De Ingressu ad Infirmos, Libri duo. In quibus Medicus omne ex tempore Medicinam facturi munus, sive, per se curet, sive, cum aliis de curando consultet, accuratissimè, tanquam in Tabula, delineatum continetur. Accessit Appendix de Remediis generosioribus: nempe I. de Natura & usu Aquarum naturalium, tum simplicium, tum medicatarum; ubi de Lutis quoque & Vaporariis. II. de Natura & usu Chalybis ac Medicamentorum chalybeatorum. III. de Natura & usu Radicum Salsæparilla, Chinæ, Saponariæ, Cannarum vulgarium, item Lignorum Gvajacini, Sassafras, Juniperini, Tamariascini, Lentiscini, Visci quercenti, Fraxinei,

xinei, Santalini. IV. de Natura & Usu Aquæ Hordei, & Pisanæ. V. de Natura & Usu Vinorum medicatorum. VI. de Natura & Usu Medicamentorum ex Viperis. VII. de Natura & usu Juris Galli veteris, Pulli, & Columbi. VIII. de Natura & usu Lactis. IX. de Natura & usu Séri. X. de Natura & usu Balneorum. XI. de Natura & recto usu Stillicidiorum. Adjecta est Coronidis loco Quæstio Philosophico - Medica de Sede principum facultatum. Bononiæ, ap. Joh. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4. Basileæ, apud Johannem Jacobum Genathium, 1616, in 8. Et addito Tractatu de Crisibus & Diebus criticis, Venetiis, apud Donatum Pasquardum, 1628, in 4. Basileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1641, in 8. Venetiis, 1663, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Albertum Ottонem Fabri, 1675, in 8.

¶ Paradoxa Medica, sive, Tractatus de Natura & usu Thermarum: Lutorum: Fovearum: Stuffarum: Guajaci ligni: Sassafras: Salsaparillæ: Chinæ radicis: Vini medicati: Chalybis: Stillicidiorum: Balnei aquæ dulcis tepidi: Medicamentorum ex Viperis: Lacte & Sero &c. Colligit hos Josephus Lautenbachius, editidque cum Consiliis Medicinalibus præstantiss. Italiæ Medicorum, & Antonii Mariæ Venusti. Francofurti, ap. Wolfgangum Richterum, 1605, in 4. Ibidem, apud Christ. Gerlachium & Sim. Beckenstein, 1660, in 4.

Responsionum & Consultationum

Operum Didacticorum Pars I, II, III, IV: Continentes I, Institutiones Medicinæ. sive, Methodum ad Hippocratis, Galeni, aliorumque veterum Scripta rectè intelligenda. II, Libros de Humani corporis Fabrica. II, Medicamentorum omnium preparandi, componendi, miscendique rationem, ac modum legitimum, & è nativis fontibus petitum. IV, Omnia membrorum à capite ad calcem usq; medelam. V, Paradoxorum Medicinæ Synopsin. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol.

Epitome, de Humani Corporis Fabrica, ex Galeni, & Andreæ Vesalii Libris concinnata. Partes duæ. Tbingæ, per Ulricum Morhardum, 1551, in 8.

De Compositione Medicamentorum Libri IV. Lugduni, 1563, in 12.

De Medendi Methodo Libri quatuor. Hippocratis Coi de Medicamentis Purgantibus Libellus, jam recens in lucem editus. Parisiis, apud Conrad. Neobarium, 1539, in 8.

D) Medendi methodus, seu, ratio compendiaria pervenienti ad veram solidamque Medicinam: ad Hippocratis & Galeni Scripta rectè intelligenda mirè utilis. Item de usitata hujus temporis componendorum miscendorumque Medicamentorum ratione Lib. II. Iis, qui Praxin Medicam exercent, maximè necessarii. Basileæ, apud Isingrinium, 1541, in fol. Lugduni, 1541, in 8. Parisiis, apud Jacobum Dupuys, 1550, in 8. Hæc Editio tot in locis aucta & emendata est, ut quasi de novo, postremùm tamen edita esse videatur.

De Sanandis totius humani corporis ejusdemque partium tam externis, quàm internis Malis Lib. V. Basileæ apud Joh. Oporinum, 1542, 1568, in 8. Luggd. apud Frellonium, 1547, in 16.

Ad quinque priores suos Libros de curandi ratione, seu, de sanandis totius humani corporis ejusdemque partium tam internis, quàm externis Malis, Appendix jam recens edita. In qua Chirurgica maximè tranctantur. Lugduni, apud Frellonium, 1548, in 16.

Tabulæ aliquot universæ Medicinæ sum-

na summam & divisionem compendio complectentes. Basileæ, ap. Robertum Winter, 1538, in 4.

Institutionum Medicinæ, ad Hippocratis, Galeni, aliorumque veterum Scripta recte intelligenda mire utiles, Libri quinque. Basileæ, apud Paulum Quecum, 1567, in 8. apud Oporinum, 1572, 1583, in 8. apud Gemuseum, 1594, in 8. apud Conradum Waldkirch, 1605, in 8. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1618, in 8. Operâ & studio Emmanuelis Stupani ab innumeris penè repurgati erroribus, plurimisque in locis auctiores redditи.

¶ Paradoxorum Medicorum Libri tres. In quibus multa à nemine hac tenus prodita, Arabum, etatisque nostra Medicorum errata non tantum indicantur, sed & probatissimorum Authorum Scriptis, firmissimisque rationibus ac argumentis confutantur. Obiter denique Sebast. Montuo, Medico Rivoriensi, respondetur, ejusque Annotatiuncula velut omnium frigidissimæ prorsus exploduntur. Basileæ, apud Johannem Bebelium, 1535, in fol. Parisiis, apud Carol. Guillard, 1555, in 8. ap. Martinum juvenem, 1555, in 8.

Apologiae tres. Quarum prima adversus Guil. Puteanum docet, Aloen aperire ora Venarum : Secunda adversus Sebas. Montuum nonnulla Paradoxorum capita defendit : Tertia adversus Jeremiam Thriverium, in internis Inflammationibus, Pleuritide præsertim, è directo partis affecta sanguinem mittendum esse: item

explicationes aliquot Paradoxorum, continet. Basileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 4.

De Historia Stirpium, Commentarii insignes: adjectis earundem vivis, plus quam quingentis Imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificiosius effectis, & expressis. Accessit iis succincta admodum Vocum difficultum & obscurum passim in eo Opere occurrentium Explicatio. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1542, in fol. Lugduni, apud Balthas. Arnolletum, 1551, 1596, in 8.

¶ Primi de Stirpium Historia Commentariorum Tomi vivæ Imagines, in exiguum angustioremque formam contractæ, ac, quam fieri potest, artificiosissimè expresse, ut quicunque reifferbaria radicibus cognoscendæ desiderio tenentur, eas vel deambulantes, vel peregrinantes in sinu commodius gestare, adque nativas herbas conferre queant. Basileæ, apud Michaelem Isingrinium, 1549, in 8.

Errata recentiorum Medicorum, lx. numero: adiectis earundem confutationibus. Hagenoæ, apud Johan. Seckerium, 1530, in 4.

Libritres difficultum aliquot Quæstionum, & hodie passim controversarum Explications continent. Basileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 4.

An morbisca aliqua sit, de Gale ni sententia, causa continens? Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1557, in 8.

Apologia Quâ criminacionibus ac calumniis Johan. Placotomi respondeat. Francof. apud Sigism. Feyrabendum, 1566, in 8. cum Opere de Componendis Medicamentis, addito, ut vocant, Dispensatorio.

Adversus Christ. Egenolphi, Typographi Francofurtenis, calumnias Responsio. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, 1535, in 8.

Cornarius furens. Bafileæ, apud Erasmus Xylotectum, 1533, in 8.

Apologia adversus Gualtherum Ryffium. Basileæ, apud Eundem, 1536, in 8.

Hippocratis Epidemiarum Liber sextus Latinitate donatus, & luculentissimâ Enatratione illustratus. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, & Mich. Singinum, 1537, in fol.

Hippocratis Aphorismorum Sectiones septem, Latinitate donata, & luculentissimis Commentariis illustratae: adjectis Annotationibus, in quibus, quotquot sunt in Galeni Commentariis loci difficiles, ad unguem explicantur. Basileæ, ap. Joh. Oporinum, 1544, in 4. Lugd. apud Hæredes Jac. Juntæ, 1558, in 8.

Claudii Galeni, Pergameni, aliquot Opera, Latinitate donata, & Commentariis illustrata. De Iniquali intemperie Liber unus. De Differentiis & Causis Morborum, Symptomatumque Libri sex. De Judiciis Libri tres. Decuratione per Sanguinis missionem Liber unus. Parisiis, ap. Jac. du Puys, 1549, in fol.

De Temperamentis Libri tres. De Differentiis Febrium Libri duo Lat-

nitate donati, & Commentariis illustrati. Tomus secundus. Parisiis, ap. Eundem, 1554, in fol.

De Laborantium Locorum notitiae Libri sex, Latinitate donati, & Commentariis illustrati. Tomus tertius. Ibidem, apud Eundem, 1554, in fol.

De Balneis Excerpta. Extant pag. 272 Operis Veneti de Balneis.

Nicolai Myrepfi Medicamentorum Opus, in Latinum a se conversum, Annotationibus luculentissimis illustravit. De componendorum miscendorumque Medicamentorum ratione Libri quatuor. Lugduni, 1563, in 12.

**LEONHARDUS JACCHI-
NIUS**

Emporiensis. Floruit A. C. 1545. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iustum in Chronol. Medic. Floruit Medicus primò Florentinus, postea Pisæ, in Italia, in summo prelio habitus, A. C. 1538.

De numero, & entitate Indicationum, Liber. Lugd. apud Gryphium, 1537, in 8.

Adversus Avicennam, Mesuen, & vulgares Medicos omnes, Tractatus. Lugd. apud Gryphium, 1540, in 8. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam, 1533, in 4. Cum nova Academia Florentina Opusculis.

Galeni de Purgatione Libellus, in Latinum conversus, & Commentario explanatus. Lugduni, apud Gryphium, 1542, in 8.

*Oratio Apologetica, præcognitio-
nem*

nem ex Medicina ut plurimum certam esse, si nihil delinquatur. Ibid.
1552, in 8.

Commentaria eruditissima in nonum Librum Rasis, de Partium morbis: operâ ac diligentia Hieronymi Donzellini emendata & perpolita. Basileæ, 1564, in 4. Lugduni, apud Carol. Pefnot, 1577, in 8. apud Anton. Pillehotte, 1622, in 4. Accessit Quæstionum naturalium Libellus.

Opuscula elegantissima: nempe Præcognoscendi Methodus. De rationali curandi Arte. De acutorum Morborum curatione. Quæstiones naturales. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1563, 1567, in 4. 1589, in 8. Lugduni, apud Antonium Pillehotte, 1622, in 4.

Methodus curandarum Febrium, per Rodericum Fonsecam in lucem edita. Cui accessere ejusdem Fonsecæ, quæ ad Operis de Febribus ab solutionem desiderabantur. Pifis, apud Joh. Fontanum, 1615, in 4. Basileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1625, in 8.

Galeni de præcognitione Libellus conversus & explanatus. Lugduni, 1540, in 4.

Acutorum Morborum curatio, Quæst. nat. Lugd. 1540, in 4.

○ LEONHARDUS J. BL. MIUS

Pestis ad vivum delineata & curata. Leodici Eburonum, apud Guilielnum Henricum Strel, 1671, in 8.

LEONHARDUS LE. GIUS

Papiensis Patritius, & Medicus. Præctica ordinaria interpres doctissimus. Vixit A. C. 1520. Justus in Chronol. Medic.

Propositiones, seu, Flosculi ex Galeri Libris diligentissime collectæ. Cum Tabula, ad eas faciliter invenendas secundum ordinem Alphabeti, addita. Ejusdem ex Expositione Capituli aurei Avicennæ Introductoriū Medicorum. Ejusdem complurum ex antiquis Medicis Medicinam ad varias ægritudines Compendiaria Summa, ad ordinem Alphabeti redacta. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1523, in fol.

LEONHARDUS LES. SIUS

○ Hygiasticon, seu, vera ratio Valetudinis bonæ, & vitæ: unā cum Sensuum, Judicii, & Memoriae integritate ad extremam senectutem conservandæ. Sub jungitur Tractatus Ludovici Cornari, Veneti, eodem pertinens, ex Italico in Latinum sermonem ab ipso Lessio translatus. Antverpiæ, apud Baltas Moretum, 1614, 1623, in 8. Molshemii, 1670, in 12.

LEONHARDUS RAU. WOLFIUS

○ Natus est Augusta Vindelic. factusq; in patria Medicina Præticus, felicissimus. Sed cum rei Botanica amore incredibili teneretur, A. C. 1573 Senatus permisso in Orienta-

les regiones iter instituit, Syriam, Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam & Armeniam peragravit, ibi non solum mores ac religiones incolarum observavit, sed & herbas ac alia ad rem Medicam facientia collegit, exportavit et fideliter descripsit. A.C. 1576 ad suos recessus loco pristino Medicinam facere perrexit, Tandem 1588 religionis ergo Lixicum commigravit, ibi, Poliatri & Archiducum Austriae Medici officio functus est.

Itinerarium Orientis in Syriam, Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam & Armeniam, in sex partes distinctum. In quibus plurima rara, de omni materia Medica, traduntur: additis variis Plantarum, Animantium, aliarumque rerum Iconibus. Lausingæ, 1583, in 4.

LEONHARDUS SCHMAUS

Lucubratiuncula de Morbo Gallico, & cura ejus noviter repertâ cum Ligno Indico. Augustæ, apud Sigismundum Grim, 1518, in 4, & Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 331.

LEONHARDUS THURNEISERUS, Basiliensis

Historia, sive, Descriptio Plantarum omnium tam domesticarum, quam exoticarum: earundem cum virtutes Influentiales, Elementares, & Naturales, tum subtilitates, nec non Icônes etiam veras, ad vivum artificiose expressas proponens: at-

que unâ cum his, partium omnium corporis humani ut externarum, ita internarum Picturas, Instrumentorum Extractioni Chymicæ servientium delineationem usumque, ac Methodos denique Pharmaceuticas quasvis, ad curam valetudinis dextre tractandam necessarias complectens. Berolini, apud Michaelem Hentzske, 1578, in fol.

Onomasticon Polyglosson, multa pro Medicis & Chymicis continens. Berolini, apud Michaelem Hentzske, 1574, in 8.

LEONHARDUS VAIRUS, Beneventanus

De Fascino Libri tres. In quibus omnes Fascini species & causæ describuntur, & ex Philosophorum sententiis scitè & eleganter explicantur: nec non contra præstigias, imposturas, illusionesque Dæmonum, Cautiones & Amuleta præscribuntur: ac denique nugæ, quæ de iisdem narrari solent, dilucidè confutantur. Parisiis, apud Nicolaum Chesneau, 1583, in 4.

LEONELLUS FAVENTIUS de VICTORIIS

Apud Feldenses Practicus ordinarius & famosissimus Medicus. Vixit A.C. circiter 1530. Justus in Chronol. Medic.

De Ægritudinibus Infantium Tractatus, operâ Georgii Kufneri lucidatus. Adjecto Autoris de Febribus Fragmento: & de Hystericis affectionibus Tractatu, cum Ejusdem Appendix.

Pendiculâ. Ingolstadii , apud Alex. Weissenhorn , 1544. in 8. Lugduni , apud Johan. Frellonium , 1546. in 8. 1547 , in 16. apud Anton. de Harfy , 1574 , in 16.

Practica Medicinalis, sive, de Mendis Morbis membrorum omnium totius corporis humani Liber , cum Scholiis Johannis Kufneri. Ingolstadii , apud Alex. Weissenhorn , 1545 , in 4. Lugduni , apud Frellonios FFR. 1546 , in 8. Ibidem , apud Anton. de Harfy , 1574 , 1593 , in 12. addito de Ægritudinibus Infantium Tractatu: item , Appendix ad Eundem per Georgium Kufnerum , Juniores.

LEONIDA

Vixit A. C. 413. Justus in Chronol. Medic.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum : scilicet ,

De Hydrocephalo , aquosa Capitis affectione , Tetrab. 2 , Serm. 2 , Cap. i.

De prolabentis Sedis perustione , Abscessibus Sedis , Fistulis Ani , Thy- mis , & Rimis in pudendis , Hernia aquosa , Hernia intestinorum , Tetrab. 4 , Serm. 2 , Cap. 8, 9, 11, 13, 14, 22, 23.

De Brachiorum ac Crurum Dracunculis , ibid. cap. ult.

De Strumis , pultacei ac mellei hu- moris Tumoribus , Tetrab. 4 , Serm. 3 , Cap. 5, 7.

De Mammatum Fistulis , Cancris , Mammis induratis , Tetrab. 4 , Serm. 4 , Cap. 40, 43, 45, 50.

LEO ROGANUS, Cajetanus

D In Galeni Libellum de Pulsibus ad Tyrones , Commentarius , sive , ut postrema habet Editio ? Traetatus absolutissimus. In quo omnia , quæ Galenus xv i Libris de Pulsuum Diferentiis , Dignotione , Causis , deq; Præfigitione præscripsit , per quam doctè & methodice tractantur. Romæ , apud Salvianum , 1560 , in 8. Venetiis , apud Jac. Anellum de Maria , 1575 , in 8. Ibid , apud Hæredes Melchioris Seffæ , 1597 , in 8.

D De Urinis Libri tres : ex Hippocrate & Galeno collecti. Quorum primus de Urinarum differentiis est : Secundus de Urinarum causis : Tertiū de Providentia ex Ultinis. Venetiis , apud Jacobum Ariellum de Maria , 1575 , in 8. Ibid. apud Hæredes Melchioris Seffæ , 1597 , in 8.

LEO SUAVIUS

Theophrasti Paracelsi Philosophia & Medicinæ utriusq; universæ Compendium , ex optimis quibusque ejus Libris. Cum Scholiis in Libros quatuor Ejusdem de Vita longa , plenos mysteriorum , perabolarum , ænigmatum . Vita Paracelsi. Catalogus Operum & Librorum Basileæ , ap. Petr. Pernam , 1568 , in 8.

LEONTINUS

De Re rustica Fragmenta aliquot. Extant in *rewesinw* , seu , de Re rustica selectorum Lib. xx. Græcis , Constantino quidem Cæsari nunciatis. Johan. Alex. Brassicanus operâ in lucem editis , Basileæ , apud Ro- bertum

bertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

◎ LEPIDUS PACIFICUS, Saxoferratensis

Responsio ad Epistolam Bibliopolæ Leydensis Græco-Latini, de Exilio Medicorum Romanorum, & de absurdis Libellis Drelencurtianis; quibus honor nimius antiquis assertur Medicastris; Clarissimi autem Medici, ipsique Medicorum Principes, præsertim Batavi maximis injuriis atque contumeliis afficiuntur. Lugd. Batav. apud Petrum Gavium, 1681, in 12.

LESCHUS MICHAEL SEN-DIVOGIUS, Polonus

De Lapide Philosophico Tractatus duodecim. Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ænigma Philosophicum ad Filios Veritatis. Extat ibidem.

LEVINUS BATTUS

◎ Natus est Rostochii A.C. 1545, Patre Bartholom. Betto: Whiteberge 1559 Philosophia Magister renunciatus, paulo post in Academia Rostochiensi Matheisin publicè docuit, donec 1565 bello & peste expulsus in Italiam secessit, & Venetiis demum Doctoris in Medicina gradum assumpsit, ubi ad suos reversus, Medicina Professor publ. in Universitate patria designatus, eoque munere per annos 25

feliciter functus est. Obiit Rostochii A.C. 1591, etatis sua 46, relicto Filio Conrado Batto, Medico Celebri.

Epistolæ aliquot, Medica tractantes. Extant inter Miscellanea Henrici Smetii, Francofurti, apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

LEVINUS LEMNIUS

◎ Natus est Zirizæ, Seelandie Oppido, A.C. 1505: natus in Medicina Doctoris gradum, in patriam rediit, & Medicinam apud suos feliciter exercuit. Mortuus Uxore Sacra initiatuſ Canonicorum in patria Collegio adscriptus, ibidem senex obiit. Medicus fuit excellenti ingenio, formaque egregia, ut vel aspectu suo & eloquentia agros recrearit. Floruit circa A.C. 1560.

Libri tres. Quorum primus de Astrologia. Jenæ, 1587, in 8. Quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falsique habeat, & quatenus artifit habenda fides, præter jucunda quædam alia: Secundus, de præfixo statutoque vitæ termino. Lugduni, 1638, in 12. Tertius, de honesto Animi & Corporis Oblectamento, & quæ Exercitatio homini libero conveniat potissimum: simul ac de frugalitate, victusque temperantia, & vitæ rusticæ dignitate. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1554, in 8.

◎ De occultis Naturæ Miraculis, ac variis rerum documentis, Libri quatuor, multiplici eruditione elegantes. Antverpiæ, ap. Plantinum, 1564, in 8. Gandavi, apud Giffenium Mani-

Manilium, 1571, in 8. Coloniæ, 1573, 1581, in 8. Jenæ, apud Steinmannum, 1588, in 8. Francof. apud Wechelos, 1591, in 16. apud Jonam Rhodium, 1604, in 12. ap. Joh. Saur, 1611, in 12. Lugduni-Batavorum, 1666, in 12.

De occultis Miraculis Liber, aliquot Capitibus auctus, & illustratus: cui accessit de Vitate cum animi & corporis incolumitate recte instituenda. Francofurti, apud Johan. Wechelum, 1593, in 8. Ibidem, 1598, in 12.

» Similitudinum ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex Herbis atque Arboribus desumuntur, dilucida Explicatio. In qua narratione singula loca explanantur, quibus Prophetæ, observatæ stirpium naturâ, Conciones suas illustrant, divinaq; oracula fulciunt. Antverpiæ, apud Guil. Simonem, 1569, in 8. Ephordiæ, apud Esaiam Mechlerum, 1581, in 8. Francofurti, 1596, in 12. Extat etiam cum Francisci Vallesii Philosophia Sacra, Lugduni, apud Antonium Soubron, 1622, in 8. Ibidem, 1652, in 8. Accessit Francisci Ruei, de Gemmis aliquot, iis præsertim, quarum D. Johannes Apostolus, in sua Apocalypsi meminit. De aliis quoque, quarum usus hoc ævi apud omnes percrebuit. Item, Lemnii Liber 1, de Astrologia. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1608, in 12.

» De habitu & constitutione Corporis, quem Græci $\gamma\sigma\tau\omega$, Triviales complexioneum vocant, Libri duo. Omnibus, quibus secunda valetudo

curæ est, apprimè necessarii. Ex quibus cuique proclive erit, corporis sui conditionem, animique motus, ac totius conservandæ sanitatis rationem ad amissim cognoscere. Antverpiæ, apud Guil. Simonem, 1561, in 8. Ephordiæ, apud Esaiam Mechlerum, 1582, in 8. Francofurti, apud Zach. Palthenium, 1596, in 16. apud Jonam Rhodium, 1604, in 12. apud Nicol. Hoffmannum, 1619, in 12.

LIBERALIS CREMA, Tarvifinus

» Adriani Spigelii, de Formato Foetu, Librum singularem æneis Figuris exornatum: Item Ejusdem Epistolas duas Anatomicas: nec non Tractatû de Arthritide, Opera postuma edidit. Patavii, apud Johan. Baptistarum de Martinis Livium Passquatum, 1626, in fol. reg. Francofurti, apud Matth. Merianum, 1631, in 4.

LIBERATUS de LIBERATIS

» Podagræ Politica, seu, Tractatus Podagricus, civili compositus doctrinâ, variâ lectione, & Politicis sententiis refertus. Medicis apprime utilis, necnon sanitatis Studiosis lectu jucundus pergratusque futurus. Cum Appendix, quâ examinatur: an frigidæ affusio Podagricis succurrat doloribus? & an Cydno, percelibri Ciliciæ fluvio eosdem sopiendi subsit facultas? itemque de Lotione ac Natatione nonnulla. Addita præterea sunt ejusdem Authoris Consilia quatuor, & quidem I, de Arthriti-

de. II. de Dolore Coxendico. III. de Sanguinis Mictu ab asperiori Renum Calculo pro Illustrissimo Sexagenario. IV. de Podagrico Colicis Dolribus vicissim afflito. Romæ, apud Jacobum Facciottum, 1637, in 8. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1655, in 12.

LIBERIUS BENEDI-

CTUS

Nucleus Sophicus, seu, Explanatio in Tincturam Physicorum Theophrasti Paracelsi. In qua vera ac genuina materia, sive, subjectum Philosophorum Catholicum, tum etiam totius operis, tam veterum Philosophorum, quam Theophrasti nova correcta, vera ac propria præparatio demonstratur. Cui adjunctus est Tractatus brevis de Lapide Philosophorum, more Cabalistico scriptus, & in verorum Chymicæ Studiosorum gratiam luci datus, publicique juris factus. Francof. apud Lucam Jenni-
num, 1625, in 8.

LILIUS GREGORIUS GY-

RALDUS, Ferræ-

rienfis

Simeonis Sethi Syntagma de Cibariorum Facultate interpretatus est.

LISSETUS BENAN-

CIUS

Declaratio Fraudum & Errorum apud Pharmacopeos commissorium, Latinitate donata & edita à Thom. Bartholino. Accessit ejusdem Argumenti Dialogus Johan. Anton. Loddetti, Francofurti, apud Justum Rächerum, 1667, in 8.

LITORIUS, Beneven-

tanus

De Mulomedicina, Capita aliquot, Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem, Basileæ, ap. Johan. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johan. Ruelli, Parisiis, ap. Sim. Colinæum, 1530, in fol.

LIVIUS RECTO-

RIUS

Tractatus de Lapide Renum & Vesicæ, Florentia, 1666, in 4.

LONGINUS CÆ-

SAR

○ Trinum Magicum, sive, Secretorum Naturalium, Cœlestium, Infernali. Opus admirandum ac planè novum: continens I. Marci Antonii Zimaræ Conclusiones Physicas, Metaphysicas, Elementales, Cœlestes, Infernales, Morales ac Doctrinales. II. Alexandri Aphrodisei Quæstiones & Solutiones Physico-Mathematicas. III. Alberti Magni Tractatus tres de Virtutibus Herbarum, Lapidum & Animalium, ex Magicæ Disciplina fundamentis erutos. Accessere Ejusdem Alberti Libelli de Mirabilibus Mundi & Secretis Muli-
rum, ut & Averrois ac Aristotelis Propositiones ac Solutiones Physicæ. Francof. ap. Antonium Hummum, 1609, in 8.

○ Trinum Magicum, sive, Sécretorum Magicorum Opus: continens I, de Magia naturali, artificiosa, & superstitionis Disquisitiones axiomaticas. II, Theatrum naturæ, præter curam

curam Magneticam, sive, Unguentum Armarium, & Veterum Sophorum Sigilla, & Imagines Magicas, etiam Conclusiones Physicas, Elementales, Cælestes, & Infernales exhibens. 111, Oracula Zoroastri, & Mysteria mysticæ Philosophiæ Hæbræorum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Arabum, Persarum, Græcorum, Orphicorum, Pythagoriconrum, & Latinorum. Accessere nonnulla Secreta secretorum, & Mirabilia Mundi. Offenbachii, apud Antonium Hummum, 1611, in 12. Ibid. ap. Eund. 1614, in 12. Francof. ap. Conr. Eifridum, 1630, in 12. Addito Tractatu de proprii cuiusque Nati dæmonis Inquisitione. Ibidem, apud Jacobum Gottofredum Seylerum, 1673, in 12.

L U B E R T U S E S- T H I U S

◎ *Natus posthumus Argentorati A.C. 1569, Patre Luberto ab Esth ex familia nobili & splendidâ in Geldria orto: Basileæ Doctoris in Medicina gradu impetrato, paulò post Crucenaci Palat. Oppido Poliatrum egit, exactoq; quadriennio Haidelbergam commigravit, ubi in numerum Professorum Medic. cooptatus, in eadem statione Haidelbergæ obiit A.C. 1606, atatis sue 37.*

Dilucida, brevis, & Methodica Formularum Tractatio. In qua Medicamenta tam interna, quam externa digeruntur: ubi quoque ratio Ponderum & Mensurarum perspicue explicatur, & monstratur, qua ratione,

ordine, & quantitate, Medicamenta miscenda, quamdiu coquenda, & qua etiam dosi exhibenda. Hanovia, apud Claud. Marnium & Aubrii Hæredes, 1604, in 8.

L U C A S B Y L E R U S, *Augustianus*

De Ictero flavo, Disputatio. Extat Decade 11 Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1619, in 4.

L U C A S G A U R J C U S, *Neapolitanus*

De Conceptu natorum, & Septimestri Partu, ex Valente Antiocheno. Venetiis, 1533, in 4.

L U C A S G A U R I C U S, *Geoponensis*

Super Diebus Decretoriis (quos etiam Criticos vocant) Axiomata, sive, Aphorismi. Item Hippocratis & Galeni Theoremeta enucleata ab Eodem. Ejusdem Isagogicus Astrologiæ Tractatus, Medicis admodum opportunus. Romæ, apud Valerium Doricum & Ludovicum, Fratres Brixianos, 1546, in fol.

L U C A S G H I N U S, *Bononiensis*

Morbi Neapolitani curandi ratiō per brevis. Extat cum Practica Joh. Maruardi. Spiræ, apud Bernhardum Albinum, 1589, in 8. Francofurti, 1610, in 8.

◎ Experimenta in Praxi. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinali.

nal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar Kuenium, 1676, in 4.

LUCAS RODARGIRUS,
Eutopiensis

Pisces Zodiaci inferioris, vel, de Solutione Philosophica. Cum ænigmatica totius Lapidis Epitome, opera Joachimi Tanckii recusa Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1609, in 8. & Volumine quinto Theatri Chimici, editi Argentorati, ap. Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

◎ **LUCAS SCHACHT**

Oratio Funebris, in Obitum Francisci de le Boe Sylvii, habita Lugduni Batavorum, 1672. Extat cum Francisci de le Boe Sylvii Operibus Medicis. Amstelodami, apud Daniellem Elsevirium & Abraham. Wolfgang, 1679, in 4.

Epistolica Narratio de Morbo Epidemico tam hujus, quam superioris, Anni, id est, 1678, & 1679. Extat cum Ch. Love Morleyi, de eodem Morbo. Narratione. Londini, apud Joh. Gay, 1680, in 8.

Observatio, de Sputo cruento. Extat Act. Hafniens. Volum. III. N. 32.

◎ **LUCAS SCHROECKIUS, Senior**

Observatio, de Petechiis summè malignis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. III. Num. 76.

de Balsami Peruviani usu in Dysenteria. Ibid. Ann. eod. Num. 77.

de Juvene de impotentia suspecto feliciter defenso. Ibid. Ann. eod. N. 78.

de Uvula geminâ. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 228.

de Laconici Coriariorum Germ: Lohbad dicti, usq. Ibid. Ann. eod. N. 229.

de Aphonia improvisâ brevi curata. Ibid. Ann. IX. & X. Num. 89.

de Calculo per alvum excreto. Ib. Ann. eod. N. 90.

de Pulsu intermitente ac deficiente. Ibid. Ann. eod. N. 91.

de Gravidæ Symptomatibus singularibus, & Partu gemellorum monstroso. Ibid. Ann. eod. N. 161.

de Partu gemellorum, alterius vivi, alterius quatuor menses jam mortui. Ibid. Ann. eod. Num. 162.

de Partu difficulti, & pudēdis à granulo fœtu infectis. Ibid. Ann. eod. N. 163.

de Partu numeroſo. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 9.

◎ **LUCAS SCHROECKIUS,**
Luc. Fil.

Pharmacopœia Augustana restituta, five, Examen Animadversiōnum in Dispensatorium Augustantī, ejusdemq; Mantissam Hermeticam, Johannis Zwelferi, *Palatini*. August. Vindelicor. apud Theophilum Göbelium, 1673, in 4.

Pharmacopœia Augustana restituta ab ejus Autore, Lucā Schröckio,

ckio, Luc. Fil. suscepta Defensio. Quâ imprimis Friderici Hoffmanni argumentis, in Clave Pharmaceutica Schröderianâ, contra prædictum Dispensatorium, pro Zwelferi defensione, prolatis, respondetur; simulq; Cujusdam ficto nomine vocati Philonis Nasturtii Postscriptum, & hanc respiciens Schmuziana Antithesis, excutitur. Ibidem, apud Eundem, 1675, in 4.

Memoria Velschiana, sive, Historia Vitæ Viri Celeberrimi, Georgii Hieronym. Velschii, Augustani, in S. R. J. Societate Naturæ Curiosorum, dicti Nestoris. Ibidem, apud Eundem, 1678, in 4.

Johannis Helwigii Observatio-nes Physico-Medicas posthumas in lucem edidit, Scholiisque adauxit. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1680, in 4.

Historia Moschi, ad Normam Academiæ Naturæ Curiosorum conscripta. Ibidem, apud Eundem, 1682, in 4.

Higea Augustana, seu, Memoria Secularis Collegii Medici Augustani. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1682, in 4. Observatio, de Hippolithorum Hi-

storia. Extat Ephemer. Academ. Nat. Curios. Germ. Ann. IV. & V. N. 167.

de Calculis renum & vesicæ in Bo- bus. Ibid. An. eod. N. 168.

de raro Passerum Canarsensium colore. Ibid. Ann. VI. & VIII. N. 230.

de Aloe Augustana. Ibid. An. eod. N. 231.

Observatio, de Intestinis foetus extra naturalem locum pendulis. Ib. Ann. eod. N. 232.

de Animali Moschifero. Ibid. An. VIII. N. 53.

de Catechu. Ibid. Ann. eod. Num. 54.

de Calculo Vesicæ sponte dissolu-to. Ibid. An. IX. & X. N. 92.

ex Anatome Iliaci. Ibid. Ann. eod. N. 93.

de Enterocœlo, abscessu Inguinis spontaneo sanatâ. Ibid. An. eod. N. 164.

de Busone per alvum excreto. Ibid. An. eod. N. 165.

de Ischuria spuria 17. dierum le-

thalis, perlustrato cadavere, memorabili. Ibid. Ann. eod. N. 189.

de Pilis marinis. Ibid. Decur. II. An. I. N. 14.

de Ovis monstrosis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 16.

de hepate gallinæ enormis magnitudinis. Ibid. Ann. eod. in Scho-

liis ad Observ. N. 17.

de Corporibus sphæricis in ventri-culo humano repentis. Ibidem Ann. eod. in Scholiis ad Observ.

N. 18.

de calculo ingenti, canali à natura ex-cavato. Ibid. An. eod. in Scho-

liis ad Observ. N. 19.

de Globo scropetario juxta umbili-cum immisso, per alvum salu-tariter excreto. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. Num.

20.

de Caryophyllis aromaticis. Ibidem

Aaa a a 3.

Ann

de Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 21.
 de Vulneribus Ventriculi non semper lethalibus. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. Num. 26.
 de Vulneri superveniente Convulsione non lethali. Ibidem Ann. eodem in Scholiis ad Observat. N. 27.
 de Secundina in Utero retentâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 31.
 de Calculis in Rupicaprarum ventriculo & omento repertis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 32.
 de Muliere aliquot filiorum matre nunquam menses aut lochia passâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 41.
 de Hæmorrhoidum suppessione minus tutâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 42.
 de Purgantium externâ adhibitorum virtute internâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 43.
 de Ovis in Ovis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 44.
 de Utilitate ex Anatome Brutorum. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 46.
 de Anatome Noctuæ. Ibidem Ann. eod. in Scholiis ad Observat. N. 51.
 de Pediculi, ope Microscopii, accuratiore consideratione. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observat. N. 53.
 de Anatomia hominis & simiæ diffe-

rentiis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 61.
 de Muscarum oculis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. Num. 64.
 de dorsi ineffabilis pruritus causâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 68.
 de Canitie Juvenum. Ibidem Ann. eodem in Scholiis ad Observat. N. 69.
 de Idiosyncrasia. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 72.
 de noxio Ribium esu. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. Num. 73.
 de noxâ comestarum radicum aconi-
 ti. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 74.
 de Verme per meatum Urinarium
 excluso. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 77.
 de meatu ab intestino cœco ad Ves-
 cam. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 78.
 de Aqua hydropticæ cuiusdam ex hy-
 pochondriis fluente, morbum
 solvente. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 79.
 de Tympanitidis & Colicæ flatulen-
 tæ difficilis curationis causâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 80.
 de Usu stercorum. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 81.
 de Lochia aquosâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 82.
 de Aphonia rara. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 97.
 de Vermibus ex naribus excretis. Ibid. Ann.

- Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 99. de Virtute Salicis antiphthisicâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 121. de Ptyalismo symptomatico in quibusdam morbis nonnunquam salutari. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 122. de Usu Empl. de Meliloto cum Oleo chambomillæ in Angina. Ib. An. eod. in Scholiis ad Observat. N. 123. de Auribus serpentis alicujus monstrosis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 125. de fecibus alvinis & lumbricis per umbilicum excretis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. N. 126. de processu falcato antrorum craniio arte adhaerente. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. N. 127. de Pleurite Venæ sectione curata. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 128. de Vita animalium evulso corde superstite. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 132. de Vomitū infelicitē coērctō. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 137. de Epilepsia ex decocti hyoscyami fomentatione. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. Num. 138. de noxio Cucurbitarum succo. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 139.
- de injectione variarum materialium per incantationem. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. N. 140. de Uteri loco factus incautâ extractione. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 141. de flagri funiculo è vesica à Lithoto-mo extracto. Ibid. Ann. eodem in Scholiis ad Observat. Num. 142. de Elephantia Javæ nova. Ibid. De-cur. II. An. I. in Scholiis ad Observ. Num. 5. de Serpentibus magnis Indiæ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. Num. 7. de Nube Pyramidali in Oceano attractivâ. Ibid. in Scholiis ad Observ. N. 8. Observatio. de Pomis citriis monstrosis. Ibid. Ann. eod. N. 11. de Pomo aurantio citrato. Ib. An. eod. N. 12. ex Anatome Calculosi. Ib. An. eod. N. 13. de testiculo in inguine abscondito. Ibid. An. eod. N. 14. de difficultate respirandi & subsecu-ta suffocatione ab Sepate magno. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 15. de Epilepsia Puerperæ a partu originem & medelam habente. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. N. 32. de Sudore sanguineo Scorbuticorum. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 34. de Fomite Hæmorrhagia in carpo mede-

- medelā. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. N. 35. in 199
de Usu ossium humanorum præci-
puè in dysenteria. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 38. in 200
de Lapsu ex alto indemni. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 40.
de Nausea panis. Ibid. in Scholiis ad
Observ. N. 41.
de prodigijs lactis copiæ exemplis.
Ibid. An. eod. in Scholiis ad Ob-
serv. N. 43.
de Urticæ vi hæmostatica. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 45.
de Picæ & appetitus depravati cau-
sa. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad
Observ. N. 47.
de Pulsu deficiente. Ibid. Ann. eod. in
Scholiis ad Observ. N. 48.
de dentis evulsione lethali. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 49.
de Antipathia cum felibus. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 50.
de Lingua magna. Ibid. Ann. eod. in
Scholiis ad Observ. N. 51.
de fistula Linguæ. Ibid. Ann. eodem
in Scholiis ad Observat. Num.
52.
de Vini in febribus, præsertim arden-
tibus usu. Ibid. An. eod. in Scho-
liis ad Observ. N. 53.
de Aquæ fortis epotæ cura. Ibid. An.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 54.
de Vestimentis, linteis, chartisque
amiantinis. Ibid. Ann. eodem
in Scholiis ad Observat. Num.
61.
de Cerva cornuta. Ibid. Ann. eod. in
Scholiis ad Observ. N. 98.
de Menstruum per os ex euntium cura-
tione. Ibid. Ann. eod. in Scho-
liis ad Observ. N. 101.
de Constrictione fœminis Japponi-
cæ gravidis innoxia. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 102.
de Vermibus Nivalibus. Ibid. Ann.
eodem in Scholiis ad Observat.
N. 110.
de tumore fœtus supra os sacrum,
in utero materno contracto. Ib.
An. eod. in Scholiis ad Observ.
Num. 115. in 202.

LUCAS STENGLIUS

• Apologia adversus Stibii Spongiam,
non ita dudum à Michaelo Toxitain
lucem editam. Cui insuper adjuncta
est Quæstio: Num id ipsum ab ægris
citra ullum incommodum per os as-
sumi possit? Augustæ, apud Phil. Ul-
hardum, 1565, in 4. apud Matthæum
Francum, 1569, in 4.

Theses de natura, causis, & cura-
tione morbi Epidemici. Augustæ,
apud Viduam Phil. Ulhardi, 1580,
in 4.

Quæstiones 111, quarum prima
est: An Stimmi, sive, Antimonium
ægrotantibus citra noxam exhibeti
possit: secunda, an ratio curandæ Pe-
stis à missione sanguinis auspicanda
sit: tertia, an Pestem necessariò sub-
sequatur febris. Augustæ Vindelico-
rum, 1566, in 4.

◎ LUCAS TOZ.
ZUS

Medicinæ Pars Prior *Sewpñlñn*,
curiosa quæque tum ex Physiologi-
cis, tum Pathologicis deprompta
Veterum, Recentiorumq; Medendi,
Methodum complectens. Lugduni,
apud Anissonios, & Johan. Postuel,
1681, in 8.

*Continet autem hic Liber sequentes
Tractatus:*

- De Hominis Generatione.
- De Feminæ & Maris vi in Genera-
tione.
- De Fœtus Conceptione & Forma-
tione.
- De Vita & Nutricione Fœtus in
Utero.
- De Superfœtantibus & Multiparis.
- De Monstrosis & Maculosis Fœti-
bus.
- De Partu.
- De Vita.
- De Motu Cordis & Sanguinis.
- De Respiratione.
- De his, quæ vitam comitantur,
- De Vegetatione.
- De Sensibus.
- De Sensu, qui dicitur Tactus.
- De Sensu, qui dicitur Gustus.
- De Sensu, qui dicitur Olfactus.
- De Sensu, qui dicitur Auditus.
- De Sensu, qui dicitur Visus.
- De Somno & Vigilia.
- De Motibus tum Animi, tum Cor-
poris.
- De Vitæ Dissolutione, ejusque Cau-
sis.
- De Morbis.

- De Morborum Causis.
- De Mörbörum Symptomatis.
- De Signis adversæ Valetudinis.
- De Temporibus Morborum.
- De Crisibus & Diebus Criticis.
- De Methodo Medendi,
- De Methodo Galeni.
- De Methodo Paracelsi & Helmon-
tii.
- De Methodo Walæi.
- De Methodo, quâ reguntur nostris
temporibus, qui se Galenicos ja-
ctant,
- De Experientia, Ratione & Analo-
gismo.
- De Pharmacis & Emeticis.
- De Diureticis & Hydroticis.
- De Phlebotomia.
- De Diorrheoticis.

◎ LUCAS VERHO-
OFD

Aphotismos Hippocratis Græcè
& Latinè edidit. Interpretationem
novam adjecit, Loca Parallelæ pluri-
ma ex ipso Hippocrate coligit, &
Indicem locupletissimum subjunxit.
Lugduni Batavorum, apud Danielem
Gäsbreeck, sine anno, in 32.

LUCIANUS, *Samosa-
tensis*

Tragopodagra, seu, de Laudibus
Podagræ. Extat cum cæteris ejus
Operibus. Græcè. Venetiis, apud Al-
dum, 1503, in fol. Latinè, Johanne
Sinapio interprete, Francofurti,
apud Christ. Egenolphum Hadama-
rium, 1543, in fol. Wittebergæ,
1631, in 4.

**LUCIANUS BELUS de ROC-
CA CONTRADA**

Hunc ANTONIUM MARIAM
BETTUM esse dicit Hoffmannus V.
Instit. xxviii. 9.

De Prandio & Coena, Liber, ad-
versus Oddum de Oddis. Mediola-
ni, in 4.

**◎ LUCIDUS PAMPHI-
LUS**

Theatri Alchymistico Medici bre-
ve & jucundum Spectaculum, agen-
tibus binis in Scena Personis, Medico
in humilitate Curioso, & Alchimista
in curiositate fastuoso, descecatæ pas-
sionis Sapientibus communicatum.
Sine loco & nomine ejus, apud quem
prostet, 1681, in 8.

**LUCILLUS PHILAL-
THÆUS**

Methodus recitandi Curas, Spiræ,
1581, in 4.

Secundus Tomus Consiliorum de
gravissimis Morbis. Ejusdem Libel-
lus de Methodo recitandi Curas, ad
usum eorum, qui Laureâ Doctorali
in signiri cupiunt. Papiæ, apud Hie-
ronymum Bartholum, 1565, in 8.

**LUCIUS ANNÆUS
SENECA**

De Aquis: ex Libro tertio Natura-
lium Quæstionum excerpta. Extant
p. 230 Operis Veneti de Balneis.

LUCIUS APULEJUS

Madaurensis Aphor. Philosophus
Platonicus: claruit sub Constantino
Imperatore A.C. 252. Wolfgang. Justus
in Chronol. Medicorum.

De Virtutibus Herbarum, quæ à
Chirone Centauro, Präceptore
Achillis, & Æsculapio accepit Au-
tor, Liber, Basileæ, ap. Cratandrum
1528, in fol. Cum al. is de Re Medi-
ca Libris. Parisiis, apud Christ. We-
chelum, 1528, in fol. cum Gal. Lib.
de Plenitudine à Johanne Guinthe-
rio, Andernaco. converso. Venetiis,
apud Aldum, 1547, in fol. Cum Me-
diciis antiquis, p. 212.

De Ponderibus & Mensuris, ac sig-
nis cuiuscunque Ponderis, Liber: è
Græco Latinus factus per Johannem
Baptistam Nicolinum. Extat cum
Mesues Operum Supplemento.

**LUCIUS JUNIUS MODE-
RATUS COLU-
MELLA**

Insignis Philosophus. Vixit eo tem-
pore, quo Seneca, nempe sub Nerone
Imperatore, A.C. 57. Justus in Chro-
nol. Medic.

De Re Rustica Libri xii. Regii, apud Barthol. Brusciūm, 1482, in fol. cum Catonis, Varrionis, Palladii ejusdem argumenti Libris: & Junii Pomponii Fortunati ad Hortulum Columellæ Interpretatione. Regii, apud Franc. Mazalum, 1498, in fol. Lugd. apud Johan. Parvum & Galeotum à Prato, 1533, in fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1536, in 8. additis huic edit. priscarum Vocum in Libris de Re rustica Enarrationibus per Georg'um Alexandrinum. Philippi Beroaldi in Lib. xiiii. Columellæ Annotationibus. Parisiis, ap. Robertum Stephanum, 1543, in 8.

De Cultu Hortorum. Extat cum Cœna Baptista Fieriæ Argentorati, apud Christianum Egenolphum, in 8.
LUCIUS LÆLIUS FULGINAS

Consultatio de Sarmatica Luc. Ferrariæ, 1600, in fol.

LUCIUS SCARABEUS

Galeni omnium Operum dedit Synopsim, quæ breviter complectitur quidquid in unoquoque Libro, & in cujusque Libri singulis capitibus continetur, quod ad proposita rei argumentum spectat.

LUDOVICUS ARRIVABENUS, Mantuanus

Sylvius ocreatus. Extat cum Jacobi Sylvii Operibus. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chovet, 1630, in fol.

LUDOVICUS de AVILA

Regimen Sanitatis. Augustæ, ap. Henr. Steiner, 1531, in 4.

○ LUDOVICUS de BEAUFORT

Cosmopœia divina, seu, Fabrica Mundi explicata. Lugduni-Batavorum, 1656, in 12.

LUDOVICUS BELLISARIUS

Galeni Paraphrasæ Menodoti Filii Sualoriam ad Artes Orationem interpretatus est. Item, Ejusdem: Si quis optimus Medicus est, eundem esse Philosophum.

Item, Ejusdem: De Instrumento Odoratus.

○ LUDOVICUS de BILS, sive, BILSIUS

Responsio ad Admonitiones Jo- hannis ab Horne, ut & ad Animad- versiones Pauli Barbette in Anato- mia Bilsiana. Roterodami, ap. Arnol- dum Leers, 1661, in 4.

Specimina Anatomica: cum Clariss. Doctissimorumque Virorum E- pistolis aliquot & Testimonii: Inter- prete Gedeone Buenio. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem. Ibid. 1663, in 4.

Responsio ad Epistolam Tobiæ Andreæ, quâ ostenditur verus usus Va- forum hactenus pro lymphaticis ha- bitorum. Juncta simul & Historia memorabilis eorum, quæ Auctori, occasione Balsamationis sibi peculia- ris, in Brabantia, & potissimum Lovanii, evenerunt. Quæ excusa Ro- terodami, apud Arnoldum Leers, 1669, in 4. nunc recusa & à plurimis mendis repurgata est. Accedunt de- cum I. Tobiæ Andreæ ejusdem bre- ve Extractum actorum in Cadaveri- bus Bilsianâ methodo præparatis. II. Samuelis Andreæ Epistola ad Eun- dem T. Andreæ de Balsamationibus Veterum seu ritu cōdiendi Cadave- ra apud Veteres. Omnia cum Præfa- tione Johan. Jacobi Waldschmiedii. Marburgi Cattorum, ap. Salomonem Schadewitzium, 1678, in 4.

Epistolica Dissertatio, quâ verus Hepatis circa Chylum, & pariter Ductus Chyliferi hactenus dicti, usus docetur. Roterodami, apud Johan. Naranum, 1659, in 4.

Exemplar fusioris Codicilli. In quo agitur de vera Humani Corporis Anatomia. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

Epistola: ad omnes veræ Anatomes Studiosos. Ibidem, apud Eundem, 1660, in 4.

LUDOVICUS BONACIOLUS

Ferrariensis, Medicus illustris & magna autoritatis. Vixit A. C. circiter 1530. Justus in Chronolog. Medicorum.

De Uteri Partiumque ejus confectione. Ejusdem: quonam usu in absentibus etiamnum Venus citer. Quod, quale, undeque prolificum Semen: unde Menstrua? &c. Argentinæ, apud Henricum Sybold, 1537, in 8.

De Conceptionis indiciis, nec non maris fœmineique Partus significatione. Ejusdem: quæ utero gravidis accident? & eorum Medicinæ. Prognostica, causæque effluxionum, & abortuum, &c. Proceritatis, imoproceritatisque Partuum causæ. Argentinæ, apud Henricum Sybold, 1538, in 8. Utrumque autem Libellum inter Gynæciorum Libros reposuit Israel Spachius, titulo: Enneas Muliebris, pag. 109, in fol. Lugduni, 1639, in 12. Ibidem, 1641, & 1650, in 12. Ibid. 1660, in 12. Amstelodami, 1663, in 12. In his quinque postremis Editionibus cum Severini Pinæi Opusculo de Notis Virginitatis, &c. extantibus hic Bonacioli Tractatus hunc abbreviatum habet titulum:

Liber de Conformatio[n]e Fœtus.

○ LUDOVICUS de BOURGONGNE

Epistola ad Ludovicum Bilssium de nova Corporum Balsamatione. Extat cum Ludovici Bilssii Speciminibus Anatomicis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

LUDOVICUS BUCCAFEREA, Bononiensis

Oratio de Principatu partium corporis. Exstat in Apologia Franc. Putei pro Gal. contra Vesalius, Venetiis, apud Franc. de Portohariis, 1562, in 8.

In Opusculis Medicis Caspari Hofmanni, tum August. Bucei Disput. de eodem negotio, & empirico, Casp. Hofmanni. Lutetiae Paris. apud Caspar. Meturas, 1647, in 4.

○ LUDOVICUS du BUISSON

Omnibus Orbis Terrarum Mortalibus Hercules Chymicus, Morborum debellator, sive, Aurum Philosophorum potabile: curans omnes morbos radicaliter sine Vomitū, per insensibilem Transpirationem, penetrando omnes Corporis partes, & à singulis per proprietatem sympatheticam humores noxijs removendo, spiritumque vitæ renovando, Francofurti, apud Johan. Nicolaum Humium, 1661, in 4.

LUDOVICUS CHAREN SIIUS TOSETTUS,

Patavinus

Quæstio, de tribus doctrinis ordinariis

nariis

narii in universali, secundum Galeni sententiam. Venetiis, ap. Octavianum Scotum, 1517, in fol.

Introductorium in Artem Medicam Practicam. Venetiis, ap. Octav. Scotum, 1515, in fol.

LUDOVICUS CLUEY-RATS

Tractatus, de Vulneribus Capitis. Tolosæ, apud Arnoldum Colomérum, 1657, in 8.

LUDOVICUS COLLADO,

Valentinus

De Indicationibus Liber unus. Valentiæ, apud Davidem Perez, 1572, in 8.

In Galenum de Ossibus. Valentiæ, 1555, in 8.

Isagoge Medica ex Hippocrate & Galeno. Valentiæ, 1565, in 8.

LUDOVICUS COMBA-CHIUS

Tractatus de vero Sale secreto Philosophorum, & de Universali Mundi Spiritu, Gallicè primo conscriptus à Domino de Nysemento. Nunc simplicissimo stylo Latinè versus. Liber non minus curiosus, quam proficiens, utpote tractans de cognitione veræ Medicinæ Chemicæ. Cassellis, apud Jacobum Gentium, 1651, in 8. Lugduni-Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1672, in 12.

• LUDOVICUS de COMITIBUS

Clara fidelisque Admonitoria Disceptatio Practicæ Manualis, experientio veraciter comprobata, de

duabus Artis & Naturæ Miraculis; hoc est, de Liquore Alchaest : nec non Lapide Philosophico, atque amborum materiâ, operandi ratione, difficultate, viribus, ac intet se convenientiâ, & discrimine: de Sale quoque Tartari Volatili &c. Venetiis, 1661, in 4. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1664, in 12.

De Metallis, sive, Metallorum & Metallicorum Naturæ Operum Elucidatio : ex Orthophysicis Fundamentis. Coloniæ, 1665, in 8.

LUDOVICUS CORADO,

Mantuanus

Philotel Commentaria in Aphorismos Hippocratis è Græco in Latinum convertit.

LUDOVICUS CORNARUS,

Venetus

Tractatus de Vitæ sobriæ commodis. Extat cum Leonhardi Lessii Hygiastico, ex Italico in Latinum sermonem ab ipso Lessio translatus. Antverpiæ, apud Balthas. Moretum, 1622, in 8. Molshemii, 1670, in 12.

LUDOVICUS DURETUS

Natus est Segusi in ultima Burgundia A.C. 1527: primis statim etatis temporibus Parissios venit pauper & inops: sed Doctor Medicinæ promotus, & conjugio ditissimo beatius, ipse dives factus est: mox Regia Parisiis Professione & Praxi illustris, vitam docendo scribendo. & Praxi aulicâ transegit. Artem Hippocraticam barbare

barie sopitam inter primos resuscitavit, & locos Hippocratis ferè omnes memoriam tenuit. Fuit Caroli IX. & Henrici III. Regum Gallia Medicus cubicularis perpetuus, à quibus adeo dilectus est, ut, cùm Filiam elocaret, Rex Henricus à dextris, ipseq. à sinistris Filiam in Templum ad solemnia sponsaliorum deduxerint; ipseq. Rex presentiā suā nuptias cohonestans, omnem auream & argenteam supellecitem, quā ministrabatur, cuius pretium 40000 florinorum excedebat, Sponsa pro honorario donarit. Tantus enim Regis hujus erga Duretum fuit affectus, ut non nisi ipso adstante cibum sumpserit. Obiit tandem Lutetiae Paris, A. C. 1586, etatus sua 59.

¶ Hippocratis Magni Coacæ Praenotiones. Opus admirabile, in tres Libros tributum: Interpretate & enarratore L. Dureto. Parisiis, apud Jac. du Puys, 1588, in fol. Græco-Latinæ, apud Petrum Billaine, 1621, in fol. Argentinæ, apud Casparum Dietzelium, 1633, in 8. Lutetiae Paris, apud Casp. Meturas, 1658, in fol. Genevæ, 1665, in fol.

In Magni Hippocratis Librum de Humoribus purgandis. Et in Libros tres de Diæta acutorum, Commentarii, interpretatione & enarratione insignes. Editi sunt à Petro Girardo. Adjecta est ad calcem accurata Constitutionis primæ Liber 11. Epidemiæ ejusdem Autoris interpretatione. Parisiis, apud Johan. Jost, 1631, in 8.

Adversaria, sive, Scholia in Jacobi

Hollerii Libros de Morbis internis. Vide in Jac. Hollerio.

LUDOVICUS FARRANTUS, Biturix

Magni Hippocratis Coaca Praesagia, brevi enarratione illustrata, decerpta à Galeno, Hollerio, Dureto, Foesio, Jacotio, & aliis non inferiores notæ Viris. & in formam Enchiridii ad usum faciliorem composita. Lutetiae Paris, apud Johan. Pecquet, 1657, in 12.

◎ LUDOVICUS de la FORGE

Renati Des-Cartes Tractatum, de Homine, Notis perpetuis illustravit. Amstelodami, apud Daniëlem Elsevirium, 1677, in 4.

Tractatus de Mente Humana, ejus Facultatibus & Functionibus, nec non de ejusdem Unione cum Corporæ, secundum principia Renati Des-Cartes. Parisiis, apud Theodorum Gerhardum, 1666, in 4. Amstelodami, apud Eundem, 1669, in 4. Bremae, apud Johannem Wesselum, 1674, in 4. Hæc Editio, præter numeratam paragraphorum distinctionem, summaris marginalibus, atque rerum primiarumq; Quæstionum Philosophicarum Indicibus emendata & aucta est per J. F.

LUDOVICUS GARDI- NIUS

Medicamenta purgantia, simplicia & composita, selecta, usitata, & sufficientia. Accessit Ejusdem Remedium erroris in Ponderibus Medicis. Duaci,

Duaci, apud Petrum Auroy, 1631, in 12.

Hortensii Manuductio, per omnes Medicinæ Partes, seu, Institutiones Medicinæ. Duaci, apud Petrum Auroy, 1626, in 8.

Hortensii Manuductio ad Pathologiam, seu, Institutionum Medicinæ Pars altera. Duaci, apud Eundem, 1626, in 8.

Contra Pestem, sive, de Pestis natura, causis, signis, prognosticis, & curatione. Epitome Medica, per Conclusiones distributa, & ab Authore recognita. Accessit Ejusdem Remedium erroris in Ponderibus Medicis. Duaci, apud Eundem, 1631, in 12.

De Animatione Fœtus, Quæstio. In qua ostenditur, quod Anima rationalis ante organizationem non infundatur. Duaci, apud Eundem, 1623, in 8.

Anima rationalis restituta in integrum, sive, altera Refutatio opinonis, quæ sibi persuadet, animam rationalem ante omnem organizationem infundi in semen. Duaci, apud Eundem, 1629, in 8.

Circumstantiaz & tempora, de variis Venis, Pleuritidis ratione, secundis, inter varios Medicinæ processus litem dirimentia. Duaci, ap. Vid. Petri Auroy, 1632, in 4. Est in fine ejusdem Anticharis ad Analysis Cujusdam.

Institutionum Medicinæ Liber tertius, sive, subsidaria Medicina, vel de Rebus non naturalibus. Opus posthumum, operâ & studio Jacobi Brif-

fault, Medici Duacensis, nunc primū editum. Ibidem, 1638, in 4.

Remedium erroris. Duaci, 1630, in 12.

LUDOVICUS GRAVIUS

○ Natus Heidelbergæ A.C. 1547, Patre homonymo: Medicina vero Doctor 1571 in Academia patriâ renunciatus: biennio post ibidem Professor: tandemq[ue] etiam Elector. Palatin. Friderici IV Archiater constitutus est. Obiit Heidelbergæ A.C. 1615, atatis sue 68.

Theses de Peste. In quibus Pestiferæ Luis natura, præservatio & curatio methodice exponuntur: nonnullæque Quæstiones circa eam matteriam controversæ accurate discutiuntur. Heidelbergæ, apud Jac. Milium, 1583, in 4.

De Camphoræ qualitatibus, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. rv. posterioribus. Ulmæ Sueorum, ap. Saurium, 1628, in 4.

De Acidulis Schwabacensibus, Epistola. Extat cum Responsis Medicis, quæ edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, pag. 48.

○ LUDOVICUS von HAMMEN

De Herniis, Dissertatio Academica. Accedunt de Crocodilo, ac Vesicæ mendaci Calculo, Epistolæ & Responsiones, ad Virum Clariss. D. Carol. Drelincurtum. Lugd. Batav. ap. Cornelium Boutestein, 1681, in 12.

LUDO-

LUDOVICUS JUNGERMANNUS

○ Natus est Lipsia A. C. 1572, Patre Caspero Jungermanno, Jur. Doctore & Profess. Lips. publ. Doctor Medicinae creatus Giesse 1622, pri- mūmq; eādem Academiā, & triennio pōst in Universitate Altdorfinā Botanica Professor publicus constitutus, ei muneri per annos 28 prafuit. Obiit cœlebs Altdorfii A. C. 1653, atatis sua 81.

nova interpretatione Jani-Antonii
Saraceni, *Lugdunæ*. Addita sunt ad
calceum ejusdem interpretis Scholia,
in quibus variaz codicum variorum
lectiones examinantur, diversæ de
Medica Materia, seu priscorum, seu

etiam recentiorum sententia propon-
nuntur, ac interdum conciliantur:
ipsius denique Autoris corruptiora,
obscuriora, difficilioraque loco resti-
tuuntur, illustrantur, & explican-
tur. Francofurti, apud Claud. Mar-
nium & Johan. Aubrium, 1598,
in fol.

○ De Materia Medica Libri quinq;
Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1506,
in fol. Basileæ, apud Joh. Bebelium,
1529, in 4. Jano Cornario castiga-
tore. Græco-Latinè. Parisiis, apud
Viduam Arnoldi Birckmanni, 1549,
in 8. Libri sex Johanne Ruellio inter-
prete. Parisiis, 1537, in 8. cum ca-
stigationibus Jacobi Gouyli. Latine. Libri sex. Ex interpretatione
Marcelli Vergili, cum ejusdem Com-
mentationibus, ex secunda Inter-
pretis recognitione excusi. Cum In-
dice Latinè, & Græcè, super Auto-
rem, atque commentationes Inter-
pretis. Nec non de lethalibus Vene-
nis, eorumque præcautione & cura-
tione: de Cane Rabido: De que notis,
que morbus ictusve animalium vene-
num relinquunt sequuntur, de-
que eorum curatione Lib. un. Floren-
tiæ, ap. Hæred. Philippi Juntæ, 1523,
in fol. Coloniæ, apud Joh. Sotrem,
1529, in fol. Et Jani Cornarii, cum
Ejusdem Emblematis singulis capiti-
bus adjectis. Et Dioscoridæ de Bestiis
venenum ejaculantibus, & lethali-
bus Medicamentis, Libri duo, eodem
interprete: Cumque Ejusdem, in eos-
dem Libros, Expositionum Lib. II.
Innumeris locis ab Andrea Matthio-
lo emendati, ac restituti, Basileæ,
1557,

1557, in fol. Lugduni, apud Antonium Vincentium, 1554, in 16. Rursum interprete Jano Antonio Saraceno *Lugdunao*. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1598, in 16.

○ Andreas Lacuna Annotationes in Dioscoridem, *Anazarbeum*, juxta vetustissimorum Codicum fidem elaboratas addidit. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Euvocis ad Andromachum, hoc est, de Curationibus Morborum per Medicamenta paratu facilia, Libri II. Nunc primum & Græcè editi, & partim à Johanne Moibano, Med. Augustano, partim vero post hujus mortem à Conrado Gesnero in Lingam Latinam conversi: Adjectis ab utroque interprete Symphoniis Galeni aliorumque Græcorum Medicorum. Argentorati, apud Josiam Richelium, 1565, in 8.

Pharmacorum simplicium, Rei que Medicæ Libri octo. Ibid. 1529, in fol.

PELAGIUS

In Democritum Abderitam de Arte sacra, sive, de rebus naturalibus, & mysticis, Commentaria. Extant cum Antonii Mizaldi Memorabilium Centuriis ix. Coloniæ, apud Johan. Birckmannum, 1574, in 16.

PELAGONIUS

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Johannem Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Pa-

risiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Rustica Selectorum Lib. xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Joh. Alex. Brassicanus operâ in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

P E R E G R I N U S P I T O . R I U S

Opobalsami Romani Censura. Venetiis, 1642, in 8.

P E R S I U S T R E V U S i. e. P E - TR U S S E R V I U S

Ad Librum de Seri Lactis Stephani Roderici Castrensis, *Lustani*, Declamationes, seu, Privatae quedam, ac domesticæ Exercitationes. Parisiis, 1632. Romæ, apud Franciscum Corbellettum, 1634, in 8.

P E T R U S de ABBANO

Hippocratis Coi, de Medicorum Astrologia, Libellum in Latinum transtulit.

Tractatus de Venenis. Mantua, 1473, in 4.

P E T R U S A L O N S O , de Sandovai

De instauranda Æthiopum salute. Sevillæ, 1627, in 8.

P E T R U S de ALVER - NIA

Commentarii in Aristotelis Libros de Motibus Animalium. De Longitudine & Brevitate Vitæ, De Juven-

tute

tute & Senectute. De Respiratione.
De Vita & Morte. Venetiis, ap. Hæ-
redes Octav. Scoti, 1507, in fol.

P E T R U S A M E L U N G I U S ,
Stendalenſis

Tractatus nobilis primus. In quo Alchimia, seu, Chemicæ Artis antiquissimæ, nobilissimæ & jucundissimæ, cum inventio & progressio, obscuratio & instauratio, tum dignitas, utilitas, & necessitas, demonstratur; & simul convincitur, res naturales, ex quibus Morborum remedia defumuntur, impura & maligna qualitate non carere. Additâ dictæ labis rerum naturalium origine & causâ verissimam. Lipsiæ, apud Jacob. Apelium, 1607, in 8.

Tractatus nobilis secundus. Continenſ Apologiam, quæ maculam à D. Guilielmo Bokelio, Collensi, Stendaliæ Medico, antiquæ, nobili, & præstanti Hermeticæ, seu, Chemicæ Medicinæ, temerè aspersam abspergit, diluit, atque repurgat; atque ſimul arguit, quod, cum jam dicti Bokelii, non tantum Medendi Methodus sit irrationalis atque plane Empirica, verum etiam cum purgantia, tum alterantia remedia, quibus uti- tur, ſint venenata, deleteria, corroſiva, impura, &c. ſint maxima ex parte peregrina, nostris naturis ad- versa, corrupta, variè inter ſe confuſa, omittantur in illis Lapidès, Mine- ralia, & Metalla, neque legitima, quæ Chemica eſt, Arte præparata, nec iusta, quæ tamen omnium debe- bat eſſe exactiſſima, obſervetur do-

Pe
ſeos ratio, idque contra rationem, ex- perientiam, atque clarissimorum Me- dicorum Medendi leges, nec poſſit, nec debeat illis uti amplius. Cum ad- annexione Reſponſionis ſpecialioris ad prædictam, antiquiſſimæ, nobiliſſ., & præſtantiff. Arti Medicæ Hermetica ab antedicto Guil. Bokelio illatam in- famiam removendam. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg. 1608, in 8.

**P E T R U S A N D R E A S C A-
N O N H E R I U S**

In ſeptem Aphorismorum Hippo- cratis Libros, Medicæ, Politicæ, Mo- rales, ac Theologicæ Interpretatio- nes. Antverpiæ, apud Petrum & Joh. Belleros, 1617, in 4.

De Admirandis Vini virtutibus, Libri tres. Antverpiæ, apud Hieron. Verduſſium, 1627, in 8.

De Curiosa Doctrina, Libri quinq; Florentiæ, apud Volcmarium Ti- man, 1607, in 8.

**P E T R U S A N D R E A S
M A T T H I O L U S**

¶ Natus eſt Senis, nobili illâ He- truria Urbe A. C. 1500: factus deinde Archiater Cæſareus, & Medicus magni nominis, famosog; illo Botani- co opere toties recuso imprimis clarus. Tandem Tridenti, ubi ſedem fixerat, obiit A. C. 1577, atatis ſua 77.

Opera, quæ extant, omnia, hoc eſt, Commentarii in vi. Libros Peda- cii Diſcoridis, Anazarbei, de Medi- ca Materia: Adiectis in margine va- riis Græci Textus Lectionibus, ex antiquiſſimis Codicibus deſumtis, qui Diſcoridis depravatam lectionem reſtitu-

restituunt: nunc à Casparo Bauhino D. Botanico & Anatomico Basiliensi ordinario, post diversarum editio- num collocationem infinitis locis au- di: Synonymiis quoque Plantarum & Notis illustrati: Adjectis Planta- rum Iconibus, supra priores editio- nes plus quam trecentis (quarum quamplurimæ (scil. l. novæ, nec vi- sæ) nunc primum describuntur) ad vivum delineatis. De ratione destil- landi Aquas ex omnibus Plantis: & quomodo genuini odores in ipsis a- quis conservari possint. Item Apo- logia in Amatum Lusitanum, cum Censura in Ejusdem Enarrationes. Epistolarum Medicinalium Libri quinque. Dialogus de Morbo Galli- co. Francofurti, apud Nicol. Bas- fæum, 1598, in fol. Basileæ, 1674, in fol.

Commentarii in vi. Libros Peda- cii Dioscoridis, *Anazarbei*, de Medi- ca Materia, ab ipso Autore recogniti, & locis plus mille aucti. Adjectis magnis, ac novis Plantarum, ac Ani- malium Iconibus, supra priores edi- tiones longè pluribus, ad vivum de- lineatis. Accesserunt quoque ad mar- gines Græci contextus quamplurimi, ex antiquissimis Codicibus desumti, qui Dioscoridis ipsius depravatam lectionem restituunt. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1565, 1568, & 1583, majoribus Figuris, in fol. apud Vincentium Valgrisium, 1554, in fol. minoribus Iconibus.

Epistola ad Gabrielem Fallopium de Bulbo Castaneo, Oloconitide, Mamira, Trafo, Moly, Doronico,

Grano Zelin, Zedoaria, Zurumbeta, Carpesio. Pragæ, 1558, in 8.

De Plantis, Epitome utilissima, no- vis planè & ad vivum expressis Iconi- bus, descriptionibus, longe & pluri- bus & accuratiōribus, nunc primum diligenter aucta & locupletata à Johanne Camerario, Accessit Liber sin- gularis de itinere ab urbe Verona ad Baldum montem, Plantarum ad rem Medicam facientium, feracissimum, Auctore Franc. Calceolario. Francof. 1586, in 4.

Apologia adversus Amatum Lusi- tanum, cum Censura in Ejusdem Enar- ratiōnes. Venet. ap. Vincent. Valgrisium, 1558, in 8.

Epistolarum Medicinalium Libri quinque. Pragæ, apud Georgium Melantrichum ab Aventino, 1581, in fol. Lugduni, apud Cælarem Fa- rinam, 1564, in 8. Hujus editio- nis paginas passim in hoc Opere ci- tavimus, quoties aliorum ad Matthiolum Epistolarum mentionem fa- cimus.

De Simplicium Medicamentorum facultatibus, secundū locos & ge- nera, Opusculum. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1569, in 12. Lugduni, ap. Guil. Rovillium, 1571, in 12.

Disputatio adversus xx. Problema- ta Melchioris Guilandini. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1563, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Ope- re, quod Laurent. Scholz̄ius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Ha- redes, 1598, in fol.

PETRUS ANGELUS AGA-**THUS, Matheras**

Scholia marginalia, & nobiles quædam Exercitationes ad Gabrielis Fallopii, de Morbo Gallico, Librum. Extant cum hoc ipso, Patavii, apud Lucam Bertellum, 1564, in 4.

Arcanorum Liber. Extant cum Gabr. Fallopii Opusculis. Patavii, ap. Luc. Bertellum, 1566, in 4.

Hieron. Capivaccii Opusculum, de Doctrinarum Differentiis, seu de Methodis, edidit.

PETRUS ANGELIUS**BARGÆUS**

Cynegeticōn, leu, de Venatione, Libri vi, cum argumentis. Josephi Bocca, Ixeuticōn, vel, de Aucupio, Liber unus. Eclogē Venatoriæ iv, quæ in editione Florentinā Librum ejus Carminū quintū conficiunt. Florentiæ, apud Juntas, 1568, in 8. Romæ, ap. Frane. Zannettum, 1585, in 4. Omnia Latino Carmine eruditissimo, & utrobique cum reliquis ejusdem Autoris Poëmatiis.

PETUS ANTONIUS**RUSTICUS**

Placentinus, Vixit A. C. 1503. Justus in Chronol. Medic.

Expositiones in Avicennam. Tabula de Peste, Febri Pestilenti, Igne Persico, & Altoym. Papiae, apud Bernhardinum de Gataldis, 1521, in fol. cum Joha. Baverii de Imola Consiliis.

Memoriale Medicorum Canonicè practicantium. Papiae, apud Eund. 1517, in 8.

Continet autem

Canones communes Medicationem perficientes.

Canones pro curatione Febrium necessarios.

Canones ad usum Medicinarum requiritos.

Centum Ægritudinum ultimas curationes.

Quingentarum ægritudinum optimæ Medicamenta.

PETRUS de APONO

D. Natus est in Vice Abano, Urbi Patavinae vicino, A. C. 1250, Patre Constantio de Abano, Notario publico: fuit Medicina Professor Bononia, & Philosophus, nec non Medicus atq. Astrologus clarissimus, qui herbarum & lapidum virtute, certo cœli aspectu statusq; horis usus, fascinare homines credebat: unde etiam Magie suspectus, inq; jus vocatus, sed, pendente lite, mortuus est: nec tamen sic è manibus iudicium elapsus, in effigie supplicium tulit, quæ Patavii in foro, lectâ condemnationis sententiâ, flammis tradita: quia Philosophiam cum Medicina, & Astrologiam cum naturali Magia copulavit, ideo CONCILIATORIS nomen meruit. Narratur de eo, quod nunquam vocatus valetudinis curanda gratiâ ad agros extra Urbem prodierit, nisi constituto stipendio dietim 50. Coronatorum: & cum ad summum Pontificem, Honorium IV. aliquando agrotantem accerferetur, pactum prius esse singulis diebus sostrî loco

Pē
400 Coronatos. *Lac naturā sic abhorruit, ut nec illud comedentes, sine nausea, aspicere posset. Obiit A.C. 1316, atatis sua 66.*

Conciliator Differentiarum Philosophorum, & præcipue Medicorum. Papiae, apud Grabrialem de Grassis, 1490, in fol. Venetiis, apud Octavianum Schotum, 1496, 1504, in fol. ap. Juntas, 1565, in fol.

De Venenis, eorumque Remediis, Liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 8. Venetiis, apud Jo-han. Gryphium, 1550, in 8. postea etiam, hâc eâdem formâ, impressio-nis Autore, loco, tempore non ex-pressis. Cui quidem editioni addita sunt: *Consilium de Præservatione à Venenis Guilielmi Grataroli: Hermanni à Nuenare Comitis* 78 id potupets, id est, Sudatoria febre, item Curatio Sudoris Anglici in Ger-mania experta. Joachimus Schillerus de Peste Britannica, Commentario-lus. Omnia operâ Guil. Grataroli ex manuscriptis exemplaribus collata, aucta, atque illustrata.

Supplementum in Mesuem, de Cura-tione Morborum à membris Nu-tritionis ad Cor. Extat cum Operi-bus Mesuæ.

Expositio Problematum Aristote-lis, cum translatione duplice, anti-quâ scilicet, & eâ, quam Theodorus Gaza edidit. Addita his Tabula à Pe-tro de Tussignano confecta, quâ cun-cta notabilia, quæ in Petri Apponi expositionibus continentur, facilia inventu sunt. Adjunctis his præ-te-re Alexandri Aphrodiziæ, & Plutar-

chi Cheronæi Problematis, Vene-tiis, apud Octav. Schotum, 1519, in fol.

Quæstiones de Febribus. Extant Operis Veneti de Febribus, pag. 218.

Excerpta ex Conciliatore de Bal-neis. Extant pag. 222 Operis Ve-neti de Balneis.

PETRUS de ARGIL-LATA

Bononiensis Medicus & Chirurgus. Vixit A.C. 1490. Justus in Chronol. Medic.

Chirurgia Libri sex. Venetiis, ap. Benedictum Genuensem, 1480, in fol. apud Octav. Scotum, 1492, 1497, & 1499, in fol. Extant quoque MSS, in Bibliotheca nostra.

PETRUS ARLENSIS, de Scudalupis

Sympathia septem Metallorum, ac septem selectorum Lapidum ad Planetas. Parisiis, apud Davidem Gil-lium, 1610, in 8.

O PETRUS ASSELINÆUS,

Aurelianensis

Collectanea & Euporista Medica. Extant cum Georg. Hieronym. Vel-schii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kueniam, 1676, in 4.

Experimenta & Euporista. Extant cum Ejusdem Exotic, Curat. & Ob-servat. Medicinal. Chiliad. Ibid. ap. Eundem, anno & formâ eâdem,

PETRUS BARBA

Vera Praxis de Curatione Tertia-næ stabilitur, falsa impugnatur, libe-

rantur Hispani Medici à calumniis.
1642, in 4. Loco & Autore impres-
sionis omissis.

PETRUS de BAYRO

◎ Natus Taurini circa A.C. 1468:
magni nominis Medicus: erga paupe-
res imprimis beneficus, & ob Praxeos
felicitatem à Principibus & Magna-
tibus variis certatim requisitus, &
ab iis magni pretii præmis remune-
ratus est. Proto-Physici nomen ad-
eptus in patrio Gymnasio Medicinam
per plures annos docuit, salutatus si-
mul Sabaudie Ducus, Caroli II. Ar-
chiater. Obiit tandem in patria no-
nagenarius A.C. 1558.

De Pestilentia, ejusque curatione
per præservationum & curationum
regimen. Taurini, apud Franc. de
Sylva, 1507, in 4. Parisiis, ap. Ni-
colaum Roussel, 1513, in 8.

Lexipyretæ perpetuæ Quæstionis
& annexorum Solutio. De Nobilita-
te facultatis Medicæ: Utrum Medicina
& Philosophia sint nobiliores utroq;
Jure, scil. Civili, & Canonico. Et qui
Doctores earundem facultatum no-
biliores ac digniores existant, quo-
modo incedere, ac invicem præce-
dere debeant. Taurini, apud Franc. de
Sylva, 1512, in fol.

De Medendis humani corporis ma-
lis Enchiridion, quod vulgo Veni me-
cum vocant: Cui adjunximus ejus-
dem Authoris Tractatum de Peste.
Edidit Theodorus Zwingerus, Basileensis.
Basileæ, apud Petrum Per-
nam, 1563. 1578, in 8. Lugduni,
apud Sebast. Honoratum, 1561, in 12.

Francfurti, apud Johan. Saurium,
1612, in 12.

PETRUS BELLO.
NIUS

◎ Natus Cenomannus, sive, ex
Lombardia Lugdunensi Gallia Celti-
ca Provincia oriundus est, Medicus
non literis tantum & præclarâ erudi-
tione nobilis, sed & peregrinationibus
in remotas Orbis partes suscepit re-
rum exoticarum indagator solertissi-
mus. Claruit circa A.C. 1564.

De Admirabili Operum antiquo-
rum, & rerum suspiciendarum præ-
stantiâ, Liber primus. De Medicato
funere, seu cadavere condito, & lu-
gubri defunctorum ejulatione, Liber
secundus. De Medicamentis nonnullis,
servandi cadaveris vim obtinen-
tibus, Liber tertius. Parisiis, apud
Bened. Prevost, 1553, in 4.

Consiliorum Medicinalium To-
mus primus & secundus. Parisiis,
in fol.

Singularium & memorabilium re-
rum, per varias exterisque regiones
observatarum, Libri tres: Carolo
Clusio interprete. Extant cum Clu-
sii Exoticorum Libris. Antverpiæ,
1589, in 8. Lugd. Batav. apud Raphe-
lengium, 1605, in fol.

De Arboribus coniferis, resinate-
ris, aliisque sempiternâ fronde vi-
rentibus, cum earundem Iconibus
ad vivum expressis. Item de Melle
Cedrino, Cedria, Agarico, Resi-
nis, & iis, quæ ex coniferis profici-
euntur. Parisiis, apud Bened. Prevost,
1553, in 4. Et cum Clusii Exoticorum
Libris.

De neglecta Stirpium cultura, eārumque cognitione, Libellus : edocens, qua ratione sylvestres arbores cicurari, & mitescere queant: Carolo Clusio interprete. Antwerpiae, ap. Plantinum, 1589, in 8. 1605, in fol. & cum Clusii Exoticorum Libris.

De Aquatilibus Libri duo. Cum Iconibus ad vivam ipsorum effigiem, quoad ejus fieri potuit, expressis. Parisiis, ap. Carolum Stephanum, 1553, in 8. formā oblongā.

Observationum Libri i i. Antwerpiae, 1605, in fol.

○ PETRUS BERIGARDUS,
Florentinus

Hippocratis Aphorismi Rhythmi ci. Utini, apud Nicolaum Schirattum, 1645, in 8.

PETRUS BLANDINUS.

De ingenti Calculo, & aliis non nullis observatione dignis in cadavere repertis, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. i v. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, p. 106. 112. Francof. 1646, in fol.

Degravissima Commotione Cere bri, & exinde Visus deperditione sequutā, Epistola. Extat cū earundem Observ. Cent. v. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 29.

PETRUS BLONDELLUS,
Calexius

Divi Hippocratis Coi Prognosticā Latina Ecphrasis, ex mente Galeni, Parisiis, apud Mamerinum Patissolum, 1575, in 4.

PETRUS BOGANGELI-
NUS

De Peste, Liber. Matriti, ex offic. Imperatricis, 1618, in 4.

PETRUS BONUS LOMBAR-
DUS, *Ferrariensis*

Introduc̄tio in divinam Chemiæ Artem. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4. Montisbelligardi, 1602, in 8.

Margarita novella correctissima. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1603, in 8. Extat etiana Volu mine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetz nerum, 1622, in 8.

PETRUS BORELLUS,
Castrensis

Bibliotheca Chimica, seu, Catalogus Librorum Philosophorum Hermeticorum. In quo quatuor millia circiter Authorum Chemicorum vel de Transmutatione Metallorum, re Minerali, & Arcanis, tam Manuscriptorum, quam in lucem editorum, cum eorum editionibus, usque ad annum 1653 continentur. Cum ejusdem Bibliothecæ Appendix, & Corollario. Parisiis, apud Carolum de Mesnil, & Thom. Joly, 1654, in 12. Heidelbergæ, apud Samuelem Broun, 1656, in 12.

○ Historiarum & Observationum Medico-Physicarum Centuriæ iv., raræ, stupendæ & inauditæ. Accesserunt Isaaci Cattieri Observationes raræ, cum Vita Renati Cartesii. Casstris, 1653, in 12. Parisiis, apud Joh. Billaine & Viduam Mathurini. Du-

puis, 1656, in 8. Francofurti & Lipsiæ, apud Laurentium Sigismund. Cornerum, 1670, in 8. Ibidem, ap. Eundem, 1676, in 8. Huic Editioni præter Cattieri Observationes & Vitam Renati Cartesii prærerea accesserunt Joh. Rhodii Observationes: Arnoldi Bootii de Affectibus Omissis Tractatus: & Petr. Matthæi Rossi Consultationes & Observationes selectæ.

○ Hortus seu Armamentarium simplicium Plantarum & Animalium, ad Artem Medicam spectantium; cum brevi eorum etymologiam, descriptione, loco, tempore & viribus. Castris, 1667, in 8. Parisiis, 1667, in 8.

PETRUS BOURDELONIUS.

Hieron. Fabrit. ab Aquapendente Medicinam Practicam: cum Æmilii Campalongi Tractatu de Vermibus edi procuravit.

PETRUS BRISSOTUS

Gallus, Schola Parisiensis Doctor. A.C. 1514; Arabum desérteror Gracis addictus fuit. Renat. Moreau de V.S. in Pleurit. Clariuit sub Adriano VI, Clemente VII. Pontificibus, & Carolo V. Imperatore A.C. 1522. Justus in Chronol. Medic.

Liber, sive, Apologia de Incisione Venæ in Pleuritide Morbo. Basileæ, ap. Thomam Wolffium, 1529, in 8. Parisiis, apud Simonem Collinaeum, 1538, in 8. apud Abrah. Pocard, 1622, in 8. Editio nova illustrata à Renato Moreau, qui dicitur

ac̄t̄ de Missione Sanguinis in Pleuritide subjunxit.

PETRUS BAUHE-SIUS

De Thermarum Aquisgranensium viribus, causâ, ac legitimo usu, Epistola duæ, scriptæ anno M.D.L. In quibus etiam Acidarum Aquarium ultra Leodium existentium facultas & sumendi ratio explicatur. Antverpiæ, ap. Joh. Poëum, 1555, in 8.

Consilia quædam de Arthritide, Extant eo in Opere, quod Henricus Garetius editi, Francof. apud Johan. Wechelum, & Petrum Fischerum, 1592, in 8.

PETRUS BUTZIUS

Christoph. de Barziziis Introducitorium, cum Practica, Commentariorum in Nonum Razis emendavit.

PETRUS CAMANES, Villafranchensis

In duos Libros Artis curativæ Galeni ad Glauconem, Commentaria. In quibus omnes ferè materiæ, quæ ad Praxin Medicam, & Chirurgicam occurruunt, diligè explanantur, & subtiliter explicantur. Valentia, ap. Michaelem Sorolla, 1625, in 4.

PETRUS CANDIDUS DE CEMBRIUS

De Genitura Hominis, Liber, Romæ, in 8.

○ PETRUS CARENUS

De Sanguinis Profluvio ex sede, Consilium. Extat eo in Opere, quod Jolephus Lautenbachius collegit & edidit.

Pe
edidit. Francofurti, apud Johannem
Sartorium, 1605, in 4, p. 220.

PETRUS CARRARIUS,
de monte Silice.

Quæstio de Venenis ad terminatum.
Venetiis, apud Juntas, 1565, in fol.
cum Petri de Apono, Conciliato-
re.

Index omnium Medicorum, qui in hoc Opere memorantur.

A.

- Actuarius.
Acron.
Adrianus Junius.
Æmylius Macer.
Æsculapius.
Aëtius.
Albucasis.
Albutius.
Alexander Benedictus.
Alexander Massaria.
Alexander Trallianus.
Alexias.
Amatus Lusitanus.
Andreas.
Andreas Vesalius.
Andromachus.
Antonius Castor.
Antonius Cermissonus.
Antonius Galatheus.
Antonius Musa.
Apollo.
Apollodorus.
Appollonius Mys.
Archigenes.
Archagatus.
Aretæus.
Aristogenes.
Aristoteles.
Arnoldus Villanovanus.

PETRUS CASTELLANUS,
KρεωΦαγία, sive, de Esu Carnium,
Libri quatuor. Antverpiæ, apud
Hieron. Verduſſum, 1626, in 8.

Vitæ Illustrium Medicorum, qui
toto orbe ad hæc usque tempora flo-
ruerunt. Antverpiæ, apud Guil. à
Tongris, 1618, in 8.

Artorius.

Aruntius.

Asclepiades.

Athenæus.

Avenzoar.

Averrhoes.

Avicenna.

B.

Bacchus.

Bassianus Landus.

Bernhardus Paternus.

Bernhardus Gordonius.

Bertrucius.

C.

Cajus Valgius.

Carpitanus.

Cassius.

Cælius Aurelianus.

Charicles.

Charmis.

Chiron.

Chrysippus.

Cleombrotus.

Cleophantus.

Clidemus.

Constantinus.

Cornelius Celsus.

Cornelius Gemma.

Cratevas.

Critias.

Critobulus.

Ctesias.

D.

Democedes.

Democritus.

Dinus de Garbo.

Diocles Carystius.

Dioscorides.

Dracon.

E.

Empedocles.

Erasistratus.

Euax.

Eudamus.

Eudemus.

Eudemus Chius.

Eudemus Pharmacopola.

Euphorbus.

F.

Franciscus Vallesius.

G.

Gabriel Fallopius.

Galenus.

Gemma Frisius.

Gentilis Fulginas.

Guilielmus Rondeletius.

Guilielmus Copus.

H.

Hieronymus Capivaccius.

Hieronymus Mercurialis.

Hieronymus Thriverius.

Honoratus Castellanus.

Hugo Senensis.

Haly Abbas.

Hercules Saxonica.

Herophilus.

Hippocrates.

Horatius Augenius.

Johannes Arculanus.

Johannes Argenterius.

Johannes Sermoneta.

Johannes Tornamira.

Johannes Guinth. Andernaacus.

Johannes Thomas Minadous.

Johannes Bapt. Montanus.

Johannes Fernelius.

Johannes de S. Amando.

Johannes Manardus.

Johannes Ruellius.

Johannes Phil. Ingrassias.

Isaac.

Jacobus Carpensis.

Jacobus de Partibus.

Jacobus Forliviensis.

L.

Laurentius Joubertus.

Laurentius Laurentianus.

Leonhardus Fuchsius.

Levinus Lemnius.

Lupus,

Ludovicus Mercatus.

M.

Machaon.

Magnus.

Marcellus.

Marcellus Virgilius.

Marcus Nevianus.

Marcus Anton. Turrianus.

Marcus Cato.

Marsilius.

Marsilius Ficinus.

Matthæus Sylvaticus.

Matthæus de Gradi.

Melampus.

Melchior Guilandinus.

Menecrates.

Mesæ.

N. Nebrus.

N.

Nebrus.
Nicander.
Nicias.
Nicolaus Biefius.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Myrepfus.
Nicolus.
Nicomachus.

O.

Oribasius.

P.

Pæon.
Paulus.
Paulus Crasius.
Pausanias.
Periander.
Petron.
Petronius.
Petrus Hispanus.
Petrus Leonius.
Philippus Acarnan.
Philippus Cous.
Philistion.
Plinius.
Podalirius.
Pompejus Leneus.
Praxagoras.

Q.

Quintus Serenus.

R.

Rhases.
Rembertus Dodonæus.
Ruffus Ephesius.
Rubrius.

S.

Savonarola.
Scribonius Largus.
Serapis.
Serapion.

Soranus.

Symphorianus Campegius.

T.

Thadæus.

Themison.

Theon.

Theophrastus.

Thessalus Hipp. Fil.

Thessalus.

Thomas de Garbo.

Thomas Fienus.

Thomas Linacer.

Thrasias.

Turisanus.

V.

Valescus de Taranta.

Vectius Valens.

Vidus Vidius.

Victor Trincavellius.

X.

Xenophon.

Z.

Zeno.

PETRUS CASTELLUS.*Romanus*

Epistola Medicinales. Romæ, 1626, in 4.

Epistola ad Joh. Malephum & Aetium Cletum. In qua agitur, nomine Hellebori simpliciter prolati, tum apud Hippocratis, tum alios Auctores, intelligendum album: & ab hoc purgatas à Melampode Proeti Regis Argivorum furentes filias, atque ab Anticyreto sanatum Herculem insaniuentem. Romæ, apud Joh. Malcar- dum, 1622, 1628, in 4.

Epistola secunda de Helleboro. In qua confirmantur ea, quæ in priori-

Sss ss

real.

re allata fuerunt. Romæ, eodem anno & formâ.

Hortus Messanensis. Messanæ, 1640, in 4.

Evangelia. In qua Lectiones hoc año ab ipso habendæ in publico Gymnasio super primum Libri Aphorismi Hippocratis enumerantur. Mantua, 1646, in 12.

Chalcantinum dodecaporion, sive, duodecim Dubitationes in usu olei Vitrioli: cum Defensione Veterum, in Arsenici, atque Sandarachæ potu. Romæ, apud Jac. Mascardum, 1619, in 4.

De Abuso Phlebotomiæ. Romæ, ap. Franc. Corbelletti, 1628, in 8.

De Abuso, circa Dierum Criticorum enumerationem. Messanæ, apud Viduam de Bianeo, 1642, in 8.

Emetica. In qua agitur de Vomitu & Vomitorii. Opus Medicis omnibus utile & necessarium ad curandos omnes Morbos, Hippocraticam Diætam sequentibus, tum Galenicam, Paracelsicam & Empiricam: omnibus demonstratis ratione, auctoritate, & experimentis, Libri decem. Romæ, apud Jac. Mascardum, 1634, in fol.

De Visitatione Ægrotantium. Pro suis Auditoribus & Discipulis, ad Præsum instruendis. Romæ, apud Jac. Mascardum, 1630, in 12.

De Febre Tritæophyâ. Cosenzæ, apud Jac. Baptist. Ruslum, 1648, in 8.

In Hippocratis Aphorismos primi Libri Critica doctrina: per Puncta & Questiones. Ad faciliorem Tyro-

num, qui à Philosophica Auditione ad Medicam se transferunt intelligentiam. In qua omnium fere, qui Aphorismos exposuere, Opiniones referuntur, probantur, cimproban- tur, & vel optima eligitur, vel nova additur. Maceratæ, apud Petrum Salvi, 1648, in 4.

Opobalsamum examinatum, defensum, judicatum, absolutum, & laudatum. Messanæ, apud Viduam Joh. Franc. Bianeo, 1640, in 4.

Opobalsamum triumphans. Basileæ, apud Francisc. Pernam, 1640, in 4.

Optimus Medicus. In quo conditiones perfectissimi Medici exponuntur. Messanæ, apud Viduam Johan. Franc. Bianeo, 1637, in 4.

Præservatio Corporum sanorum ab imminente Lue, ex aëris intemperie hoc Anno 1648. Messanæ, apud Hæredes Pet. Breæ, 1648, in 4.

De Smilace aspera. Messanæ, 1652, in 4.

D Hyæna odorifera. Ibid. 1638, in 4. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 12. quæ Editio auctior & Figuris æneis adorna- ta est.

Tripus Delphicus. Neapoli, 1635, in 4.

Relatio de qualitatibus frumenti Messanensis. Ibid. 1637, in 4.

○ De Venæ Seilem - Phlebotome, Disputatiuncula. Extat cum Celeberrimorum Anatomicorum, Seve- rini &c. Opusculis variis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

○ De

○ De Effervescentiâ. Messanæ, 1652, in 4. scriptionem de Ponderibus, Mensuris & Nummis. Romæ, 1608, in 8.

PETRUS à CASTRO

○ Antonii Ponce Santacruz de Impedimentis magnorum auxilio- rum Libr. IIII, secundis curis emen- datiis edidit. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1651, in 12.

Pestis Neapolitana, Romana & Genuensis, Annorum 1656, & 1657, fidelis narratione delineata, & Com- mentariis illustrata. Veronæ, apud Rubeanos, 1657, in 12.

○ Febris maligna puncticularis, Aphoristicâ methodo delineata. Ibid. 1650, in 16. Norimbergæ, ex Offi- cina Endterorum Jun. 1652, in 12. Patavii, 1653, in 12.

Bibliotheca Medici eruditæ, Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 12.

○ Imber Aureus, seu, Chilias Aphorismorum, ex Libris Epidemion Hippocratis, eorumque Fran- cisci Vallesii Commentariis extra- cta. Ulmæ, 1661, in 12.

○ Scheda in forma patente de Oleo antipleuritico Petri à Castro, Ferraria, apud Alphonsum & Johan. Bap- tistam Maretos, 1669.

○ Observatio de Remedio anti pleu- ritico. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. German. Ann. I. Num. 10.

de Loquela mutis, & Auditu sur- dis restituto. Ibid. Ann. eod. N. 35.

PETRUS GIACONIUS

Opuscula, in columnæ rostratae in-

scriptionem de Ponderibus, Mensu- ris & Nummis. Romæ, 1608, in 8.

PETRUS CORTESIUS

Tractatus de Diebus Decretoriis. Panormi, 1642, in 8.

PETRUS COUDEN- BERGIUS

Valerii Cordi Dispensatoriū Phar- macorum omnium, quæ in usu po- tissimum sunt cum Scholiis correctio- ribus, & Auctariis edidit. Norimber- gæ, apud Lochnerum, 1592, in fol. Ibidem, apud Paulum Kauffmannum, 1598, & 1612, in fol. Lugduni Ba- tavorum, apud Johan. Maire, 1627, in 12. Et ibidem, apud Eudem, 1652, in 12.

PETRUS CRESCENTIUS

Bononiensis

De omnibus Agriculturae parti- bus, & de Plantarum, Animaliumq; naturâ & utilitate, Libri XII. Lova- nii, apud Joh. de Westphalia, 1473, in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1548, in fol.

PETRUS CRINITUS

De honesta Disciplina, Libri XXV. Parisiis, apud Jodocum Badium Af- censum, 1525, in fol. In quibus, quæ ad illustrandam Medicinam faciunt, Capita quædam sunt: videlicet

De Viribus atræ bilis: ac de Eurylo- cho, & Poëtâ Malacho, qui gravi- ter eo morbo ad insaniam vexat- rentur. Lib. 111, Cap. vi.

Quid Mulsum apud Veteres. Lib. IV. Cap. viii.

De Spatio humanae vitæ, & adno- tanda

tanda Observatio de Ponderi hu-
mani Cordis, quomodo crescat &
decrescat, ex Anatomica Ægyptiorum
Observatione, Lib. vii,
Cap. iv.

De Anatomicæ Disciplina, & Historia de Aristomene Messenio, qui hirsuto Corde fuerit: ac ibidem relata quædam ex Veteribus de humano Corde, Lib. xiiii. Cap. vii.

De Asclepiade, Medico, qui lectos ægrotos suspensiles primus excogitavit. Lib. xiv, Cap. xiv.

De Viribus & ægritudinē Amoris, ac de ejus remediis, copiosè relatū ex Arabum Commentariis. Lib. xv,
Cap. iv.

Quid sit Morbus Tonsillarum, in qua maximè parte corporis, quāliquè origine dicantur Tonsillæ. Lib. xvi,
Cap. xvi.

De Morbo Elephantiasi, & unde nomen acceperit: ac de Lichenis ibidem, & Gallicâ Scabie, contra quorundam inscitiam. Lib. xx. Cap. x.

Vinum esse remedio contra aconitum, &c. Lib. xxii, Cap. ix.

Qui maximè homines Comitiali Morbo vexarentur, & quibus argumentis agnoscantur. Lib. xxv,
Cap. i.

Quo nomine apud Veteres Manna diceretur: ac de illius usu & cognitione apud Medicos: tum de Manna Thuri non nihil. Lib. xxv,
Cap. vii.

PETRUS CRISPUS

In Aphorismorum Hippocratis

Librum primum, Commentaria. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1575, in 4.

○ PETRUS DAILÆUS

Traçtatus de Vulneribus ab Armis ignivomis inflictis. Parisiis, apud Andream Boutonne, 1668, in 12.

PETRUS DROETUS, Parisenſis

Consilium novum de Pestilentia. Parisiis, 1573, in 8. Argentorati, apud Bernhardinum Jobinum, 1576, in 8.

PETRUS FIRENS

Piscium vivi Icones in æs incisa.

PETRUS ESTANOVE, Monspeliensis

Observationes Medicæ. Extant cū Observationibus Laz. Riverii, Londoni, apud Milonem Flescher, 1646, in 8. pag. 425. aliisq; Ejusd. Editt.

PETRUS FERRIOLUS

Petri Garcia Carrero, Disputationes Medicæ, & Commentaria in Fen primam Libri quarti Avicennæ collectas edidit.

PETRUS FORESTUS

○ Natus est Alcmaria, ex nobili & antiqua familiâ A.C. 1522, Patre Jordano: creatus Medicina Doctor Bononie in Italia: primò omnium Lutetiae Praxin Medicam exercere cœpit, gratus Vido Vido & Jacobo Sylvio: postea Pythureas venit, quā in Urbe per annum Medicinam cum honore fecit. A.C. 1545 in Patriam reversus, per annos 12, Medicinam munere fun-

re functus, indeq; Delphos evocatus,
ibidem annos 40 Medici Spartam or-
navit. A.C. 1575 in Academiâ Lug-
dunensi Batav. tum introductâ inter
primos Medicinam profiteri cœpit,
primamq; in Medicina lectionem &
Orationem pro laude ejus habuit.
Mercatorem quendam diarrhoeâ diu-
turnâ laborantem curassè aliquando
fertur solis mesphilis, eumq; ipsi hono-
rarii loco 300 aureos numerasse. In
extrema senectute Alcmariam Urbem
patriam reversus, ibidem obiit A.C.
1597, atatis sua 75. in sepulchro H. Journe

Observat. & Curationum Medicinalium, Libri 2. Lugd. Batavorum, 1591.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 3,
4, & 5. Lugd. Bat. 1591.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 6.
& 7. Ibid. 1591.8 muncifl. vold 0

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 8,
9, & 10. Ibid. 1602.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. II,
12, 13, 14, & 15. Ibid. 1602.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 16,
& 17. Ibid. 1602.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 18.
Ibid. 1606.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 19,
& 20. Ibid. 1595.

Oblerv. & Curat. Medicin. Lib. 21,
22, & 23. Ibid. 1596.

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 24,
& 25. Ibid. 1596.

Oblerv. & Curat. Medicin. Lib. 26,
& 27. Ibid. 1597.

*Obser. & Curat. Medicin. Lib. 28,
Ibid. 1599.*

Serv. & Curat. Medicin. Lib. 29.
Ibid. 1603,

Observ. & Curat. Medicin. Lib. 30/
& 31. Ibid. 1606.

Observat. & Curat. Medicinal.
Lib. 32. Ibidem 1606. Omnes in
Octavo.

Observationum & Curation. Medicinalium, sive, Medicinæ Theoricae & Practicæ Libri xxvi. t. I. Quorum

1. De Febribus Ephemeris Synochis.
 - ii. De Febribus Continuis.
 - iii. De Febribus Intermittentibus.
 - iv. De Febribus Hecticis.
 - v. De Febribus Compositis.
 - vi. De Febribus publicè grassantibus:
cum Morbis Epidemii, deque
Febribus malignis, contagiosis,
pestilentibus, ac Pestē.
 - vii. De Februm Symptomatis.
 - viii. De Exterioribus Vitiis, & Mor-
bis Capitis.
 - ix. De variis Corporis Doloribus.
 - x. De universis Cerebri, & Menin-
gum ejusdem Symptomatis, &
Morbis.
 - xii. De Morbis Oculorum, & Palpe-
brarum.
 - xiii. De Aurium Morbis.
 - xiv. De Ægritudinibus Labiorum,
Gingivarum, Dentium, Oris,
ac Linguæ.
 - xv. De Faucim, Gutturis, Gulæ, &
Aspera arteria Affectibus.
 - xvi. De Pectoris, Pulmonisque Vi-
tiis, & Morbis.
 - xvii. De Cordis, ac quibusdam Mam-
millarum Affectibus.
 - xviii. De Stomachi & Ventriculi
Affectibus.

- xxix. De Hepatis Malis, ac Affectibus.
 xx. De Lienis Morbis, Vitiis, ac Affectibus, & de Scorbuto.
 xxi. De Mesenterii, & Intestinorum Affectibus, ac de Colicis & Iliacis doloribus : de Vermibus.
 xxii. De diversis Profluviorum Alvi generibus.
 xxiii. De Sedis, & Ani Vitiis & Affectibus.
 xxiv. De Renum Affectibus & Morbis.
 xxv. De Vesicæ Malis ac Affectibus,
 xxvi. De Penis ac Virgæ Vitiis.
 xxvii. De Scrotri ac Testiculorum Affectibus Vitiisque, ac de Ramicium diversis speciebus.
 xxviii. De Mulierum Morbis, & Infantis regimine agunt. In quibus eorundem causæ, signa, prognoses, & curationes graphicè depinguntur. Francofurt. apud Zach. Palthenium, 1602, in fol. 2 VOLL.

Observationum & Curationum Medicinalium, sive Medicinæ Theoricæ & Practicæ Lib. xxix. De Arthritide, & aliis affectibus partium externarum. In quo ejus causæ, signa, prognoses, & curationes graphicè depinguntur. Francof. ap. Palthenium, 1604, in fol. Operum Tomus tertius.

Observationum & Curationum Medicinalium, sive Medicinæ Theoricæ & Practicæ Libri xxx, xxxi, & xxxii, de Venenis, Fucis, & Lue Venerea. In quibus eorundem cau-

sæ, signa, prognosæ, & curationes graphicè depinguntur. Francof. ap. Palthenium, 1606, in fol. Operum Tomus quartus.

Observationum & Curationum Chirurgicarum Libri quinque. Quorum 1, de Tumoribus præter natum sanguineis: 11, Biliofis: 111, Pluitosis: 1v, Melancholicis: v, Mixtis, seu, Compositis. In quibus eorundem causæ, signa, prognoses, & curationes graphicè depinguntur, cum Scholiis. Lugduni Batavorum: apud Raphelengium, 1610, in 8. Francofurti, apud Palthenium, 1610, in fol. Huic editioni accesserunt Ejusdem Libri 111. de incerto ac fallaci Urinarum Judicio, adversus Uromantas, & Uroscopos. Operum Tomus quintus.

Observationum & Curationum Chirurgicarum Libri quatuor posteriores. Quorum primus de Plagis, seu Vulneribus cruentis, casu, offensione, percussione, contusione, & concussione. 11, Ulceribus. 111, Fracturis. 1v, Luxationibus, agit. In quibus eorundem causæ, signa, prognosæ, & curationes graphicè depinguntur. Francofurti, apud Palthenium, 1611, in fol. Operum Tomus sextus & ultimus. Ibidem, 1634, in fol.

Omnes autem hi Libri seorsim quoque singuli prodierunt. Lugduni Batavorum, apud Franc. Raghelen-
giūm ab anno 1589, usque ad annum
1610, in 8. Et Libri tres de incerto
Urinarum judicio, &c. Antverpiæ,
apud Christoph. Plantinum, 1583,
in 8.

in 8. Lügduni Batavorum, 1589,

in 8.

De Venenis & Fucis, Liber. 1606,

in 8.

Observationum & Curationum Medicinalium ac Chirurgicarum Opera omnia. In quibus omnium & singulorum Affectionum Corporis humani causæ, signa, prognoses & Curationes graphicè depinguntur: Cum universali Titulorum, Observationum, Morborum, Secretrum singularium, ac Rerum Memorablem Indice locupletissimo. Francof. 1623, in fol. Rothomagi, 1654, in fol. Francof. prostant ap. Joh. Andream, & Wolfgangi Endteri Junioris Hæredes, 1660, 1661, in fol.

PETRUS FRANCISCUS
PHRYGIUS, Ticinensis

Commentarii in Historias Epidemicas Hippocratis, in tres Partes digesti. Lügduni, apud Johan. Ant. Huguetan, 1644, in 4. Ibidem, 1657, in 4.

PETRUS FRANCISCUS
PAULUS

Florentinus Medicus, ex Secta Galenica. Clariuit in summo pretio & gratia, circa A. C. 1528. Justus in Chronol. Medic.

Adversus Avicennam de Venæsektione, Traetatus. Venet. apud Lucam Anton, Juntam, 1533, in 4. cum aliis novæ Academiæ Florentinæ Opusculis. Lügduni, ap. Gryphium, 1534, in 8.

PETRUS FURHMANNUS
De Consolidatione p. n. partium

genitalium, Epistola, Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. 1 v. priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 510.

PETRUS GALEA

De Pulsibus. Perusiae, 1597, in 4.

PETRUS GARCIAS CARRERO, Calaguricanus

Disputationes Medicæ, & Commentaria in Fen primam Libri quarti Avicennæ. In quibus non solum quæ pertinent ad Theoricam; sed etiam ad Praxin, locupletissimè repertuntur. Editæ operâ Petri Ferrioli, Autoris Discipuli. Burdigalæ, apud Guilielmum Millangium, 1628, in fol.

Disputationes Medicæ, & Commentaria in Fen primam Libri primi Avicennæ, Compluti, ex Offic. Academiarum, 1612, 1617, in fol.

Disputationes Medicæ, & Commentaria in omnes Libros Galeni de Locis affectis. Compluti, ex Offic. Academiarum, 1605, 1612, in fol.

PETRUS GASSEN-DUS

De Septo Cordis pervio, Observationes. Extant cum Sev. Pinæi Lib. de Notis Virginitatis. Lügd. Batav. apud Franciscos Hegerum & Hackium, 1639, in 12.

De Nutritione Animalium: ubi & de Venis lacteis: de Pulsu: & Respiratione: Item de Sanguinis Circulatione, agitur. Extat in Appendice Tom. tertii de Philosophia Epicuri. Lügd. apud Guil. Barbier, 1649, in fol.

PETRUS

PETRUS GILLIUS,
Albiensis

Elephantis nova Descriptio. Extat cum Aelianis de Historia Animalium Lib. xvi 1, à se è Græco in Latinum versis. Lugduni, apud Guiliel. Rovilijum, 1562, in 8. Hamburgi, ap. Michael. Hering, 1614, in 8.

Demetrii de Re Accipitraria Librū Græcè & Latinè reddidit. Vid. Demetrius.

¶ Claudi Aelianii Libros XVII cù Conrado Gesnero è Græco in Latinum vertit. Vid. Claud. Aelian.

PETRUS GIRARDE-TUS

Ludov. Dureti Commentarios, in Hippocr. Lib. de Humoribus purgandis: & De Diæta Acutorum, edidit. Addita, ad calcem, accuratâ Constitutionis primæ Lib. II. Epidemion interpretatione.

PETRUS GORRÆUS,
Bituricensis

Praxis Medicinæ, quovis illustriori inscribenda titulo, ad communem usum totius fere Europæ, in gratiam eorum, qui se à Theorice ad Practicam conferunt. Huic accessere cognata quædam alia ac propemodum necessaria Corn. Celsi Particula ex secundo de Natura ac proprietate cujusque rei, qua vescimur. Liber de Urinis ex optimis Auctoriibus. Dioclis Epistola ad Antigonum Règem, ex secundo Pauli de Præcognoscendis Ægritudinibus, hisq; impediendis, ne veniant: de tuenda Valetudine: de regimine vita per anni tempora. Ve-

netiis, apud Mapheum Pasinium, & Franc. Bindonium, 1545. Lutetiae, 1555, in 16. auctior.

Formulæ Remediorum, quib⁹ vulgo Medici utuntur. Lutetiae, apud Aegidium Gorbiham, 1560, in 16. Lugdani, apud Joh. Mareschallum, 1584, in 8. inter Opuscula Illustrium Medicorum de Dosibus. Coloniz Allobrogum, 1612, in 12.

PETRUS GREGORIUS,
Tholosanus

Syntaxeon Artis mirabilis Tomi duo, in Libros XL. digesti. Quorum xxvi. I. de Medicina agit. Coloniz, apud Lazarum Zetznerum, 1600, in 8. Lugduni, apud Antonium Gryphium, 1585, in 16.

PETRUS GUENEL-LON

Epistolica Dissertatio, de genuina Medicinam instituendi ratione, ad Johannem Munnicks, in Academia Ultrajectina Medicinæ Professorem. Amstelodami, apud Adrianum à Gaasbeek, 1680, in 12.

PETRUS GUICCHAR-DUS

Commentarius in Hippocratis Aphorismos. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

PETRUS GIFFARTUS,
Valonianus

Cor vindicatum, seu, Tractatus de Cordis officio. Opus, in qua rationi-

tionibus & Autoritatibus probatur, Cor ipsum Chylum immediate insanguinem convertere: vasaq; Chylum ad Cor usque deducentia, nuper Joh. Pecqueti labore reperta, plenius considerantur, & asseruntur. Ejusdem Exercitatio de proxima Laetis materia. Rothomagi, sumptibus Autoris, & apud Ludov. du Mesnil, 1652, in 4.

◎ PETRUS GUILSSONIUS,
Avenionensis

Dissertatio, de tribus Principiis Chemicis, & novâ Recentiorum Medendi Methodo. Extat cum Petri Poterii Operibus omnibus Medicis & Chemicis. Francofurti, apud Wilhelm. Richardum Stockium, 1666, in 8.

PETRUS HASSARDUS, *Armenterius Flander*

De Morbo Gallico, Tractatus. Lovanii, apud Bergagne, 1554. Extat etiam in Appendice ad Tomum I. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 72.

Saluberrima bonæ valetudinis tundæ præcepta Eobani Hessi, Poëtæ festivissimi, Elegiaco Carmine, ad imitationem Galeni, conscripta, novisque Commentariis illustrata. Francof. apud Christ. Egenolphum, 1568, in 8.

Clypeus Astrologicus, contra flagellum Astrologorum Francisci Rappardi, Brugensis Medici, cum Declaratione & Approbatione utilitatis Astrologiæ. Lovanii, apud Anton. Maria Bergagne, 1552, in 8.

PETRUS HISPANUS

Portugalensis (Hic postea ex Episcopo Tusculano factus est PAPA JOHANNES XXI.)

Commentarii in Isaacum de Diazis universalibus & particularibus. Et in ejusdem Isaaci de Urinis, Commentarii. Extant cum Operibus Isaaci. Lugduni, apud Barthol. Trot, 1515, in fol.

▷ Thesaurus Pauperum, seu, de Medendis humani corporis Morbis per experimenta, euporista simplicia & particularia, Liber empiricus, ex omni genere Auctorum, & experientiâ propriâ congestus. Lugd. ap. Jacobum Myt, 1525, cum Practica Joh. Serapionis. Parisiis, apud Jacobum du Puys, 1577, in 16, cum Thesauro Sanitatis Johannis Liebaultii, qui eum alterâ parte ferè auxit. Francof. apud Hæredes Christophori Egenolphi, 1576, in 8. Hanc Editionem Guilielmus Adolphus Scribonius, Marpurgensis, multis in locis castigata edidit.

PETRUS HOFMANUS

Epistolæ aliquot Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRUS HOLTZEMIUS,
Daventriensis

Prognosticon Vitæ & Mortis, Longitudinis & Brevitatis, Resolutionis & Permutationis Morbi, duobus Libris distincta. In quibus, quæ ab Hippocrate & Galeno confusæ & sine methodo

methodo ad hanc doctrinam allata sunt, commodo ordine traduntur, prius quidem versu rhythmico, dein ad singulos versus succincta, aperta, & doctra exegesi comprehensa. Coloniæ, apud Grevenbruch, 1605, in 8.

Descriptio Fontis Medicati S. Antonii, vulgo Tillerborn dicti, prope Andernacum, Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1620, in 8.

Essentia Hellebori rediviva, secundò extracta, sive, rectificata, & aucta, in gratiam novorum hujus patris, & saeculi Medicorum, non minus faceta, quam necessaria. Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1623, in 8.

Pharmacopœa, sive, Dispensatorium Colonense; iussu & autoritate S. P. Q. Agrippinensis revisum, & auctum. Cui adjunxit Examen simplicium Medicamentorum carmine rhythmico: Nomenclaturam item Chymicorum & abstrusorum Vocabulorum, cum Notis Chymicis. Coloniæ, apud Birckmannum, 1627, in fol.

De admiranda curatione Scroti, post Gangrenam delapsi, Epistola. Extat Cent. V. Observ. Chirurg. Guil. Fabr. Hildani. Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 250.

PETRUS HORDANUS

Meatus in sinistrum Cordis Ventriculum desinens, æri incisus.

PETRUS van der HOWEN

De Sympathia, seu, affectu per

consensum, brevis Tractatus. Roteredami, apud Johan. Waebergium, 1621, in 8.

PETRUS JACOBUS ESTEVE

In Hippocratis Librum secundum etiopathos, seu, Popularium Morborum, Commentarius. Valentia, ap. Casparum Furtado, 1582, in fol.

PETRUS JACOBUS STEVE

O. Natus Valentie in Hispania: Medicus non solum Medicinam exercendo, sed & docendo clarissimus: Commentarius ejus in Epidem. Hippocratis adeo eruditus, & à Viris doctis tanti habitus est, ut vel amuli, invidiâ judice, Galeni compilasse scripta, cujus in hos Libros labor temporum iniuria intercidisset, jactarint.

Commentarii in Hippocratem Lib. II. Epidem. Valentia, 1551, in fol.

PETRUS JACOBUS TOLETUS, Neapolitanus

De Methodo Opus ad Galeni, ceterorumque Medicorum & Philologorum Libros (veluti Clavis) aperiendos, & omnino ad disciplinarum vias noscendas, apprimè necessarium. Neapoli, apud Matthiam Caenrum, 1558, in 8.

Opusculum recens natum, de Morbis Puerorum, cum Appendixibus Toleti, Lugd. 1538, in 8.

PETRUS JACOBUS ZOVELLUS, Carmignensis

Commentarius de Pestilenti statu. In

Pe

tu. In quo, quidquid ad Pestem cu-
randam attinet, clarissimè contine-
tur. Venetiis, apud Franc. Portona-
rium, 1557, in 8.

PETRUS JANICHIUS,
Dantiscanus

Joh. Várandæi Tractatum, de Af-
feciis Renum & Vesicæ publici
juris fecit. Item Ejusdem Formulas
Remediorum, internorum & exter-
norum.

PETRUS JOHANNES FA-
BER, *Castrinovidarensis*

Panchymici, seu, Anatomiae to-
tius Universi Opus. In quo de omni-
bus, quæ in Cœlo, & sub Cœlo sunt,
Spagyricè tractatur; & Author Re-
rum omnium Deus perquiritur, lau-
datur, glorificatur ac benedicitur.
Tolosæ, apud Petrum Bosc, 1646, in 8.
Francofurti ad Mœnum, apud Joh.
Beyerum, 1651, in 4. Panchymici
Tomus tertius sive ultimus. Tolosæ,
1655, in 8. Constat autem hoc Opus
Libris quinque. In I. agitur, quid sit
Natura & ejus Lumen. In II. Chymicè
indagatur & perquiritur, quicquid
in toto Cœli spatio continetur, quid
sit, & quibus constituatur. In III.
Chymicè indagatur & perquiritur,
quicquid in toto Aeris spatio conti-
netur, quid sit, quibusque constet.
In IV. Chymicè indagatur, quicquid
in intimis Aquæ visceribus coer-
etur, quid sit, & quibus constet. In V.
& ultimo de his omnibus, quæ super
terram reperiuntur, Chymicè tra-
ctatur, & ipsa terræ natura indaga-
tur. Sub finem accessit Propugnacu-

lum Alchymiaæ adversus quosdam
Misochymicos.

Opera reliqua Volumine po-
steriore comprehensa continent Tra-
ctatus sequentes:

Propugnac.

Herculem Piochymicum

Hydrographium Spagyricum

Pædagogum Christianum

Secreta Chymica

Myrothecium Spagyricum

Palladium Spagyricum

Chyrurgiam Spagyricam. Franco-
furti, apud Johan. Beyerum, 1656,
in 4.

Seorsim autem etiam extant:

Alchymista Christianus. Tolosæ,
1632, in 8.

Thesaurus utriusque Medicinæ.
Ibid, in 8.

Hydrographum Spagyricum. In
quo de mira Fontium Essentiâ, Ori-
gine, & Virtute tractatur. Ibidem,
1639, in 8.

Palladium Spagyricum. Alchy-
mista Christianus. Hydrographia
Spagyrica. Chirurgia Spagyrica. To-
losæ, 1629, in 8.

Myrothecium Spagyricum, sive,
Pharmacopœa Chymica, occultis
naturæ arcanis, ex Hermeticorum
Medicorum Scriniis depromptis, ab-
unde illustrata. Tolosæ Tectosagum,
apud Petrum Bosc, 1628, in 8.

Insignes Curationes variorum
Morborum, quos Medicamentis Chy-
micis jucundissimâ methodo curavit
idem Autor. Tolosæ, apud Petrum
Bosc, 1627, in 8.

Palladium Spagyricum. Tolosæ, apud Petrum Bosc, 1624, in 8.

Alchymista Christianus. In quo Deus rerum Auctor omnium, & quamplurima Fidei Christianæ mysteria, per Analogias Chymicas & Figuras explicantur, Christianorumque orthodoxa doctrina, vita & probitas nō oscitanter, ex arte Chymicâ, demonstrantur. Tolosæ, ap. Petrum Bosc, 1632, in 8.

Chirurgia Spagyrica. In qua de Morbis cutaneis omnibus Spagyricè & Methódicè agitur, & cūratio eorum cīta, tuta, & jucunda tractatur. Tolosæ, apud Petrum Bosc, 1626, in 8. Hi quatuor Tractatus deinde simul editi sunt, Argentorati, ap. Hæred. Laz. Zetzneri, 1632, in 8.

D Sapientia universalis, i v Libris comprehensa. I. de Mediis ad sapientiam perveniendi. II. de Cognitione hominis. III. de Medendis Morbis hominum. IV. de Metallis meliorandis. Tolosæ, apud Raymundum Bosc, 1654, in 8. Francof. ap. Joh. Beyerum, 1656, in 4.

Hercules Piochymicus. In quo penitissimè, tum moralis Philosophiæ, tum Chymicæ Artis arcana, laboribus Herculeis, apud Antiquos, tanquam velamine obscuro obruta, deteguntur. Tolosæ, apud Petr. Bosc, 1634, in 8.

D Propugnaculum Alchemiæ, adversus Misochymicos quosdam, Philosophos umbratiles, Naturæ humanae Larvas, qui se Philosophos profiteri audent, dum Chymiam stulte vident, nec tamen brutorum genia

tenent. Ubi, an sit Lapis Philosophorum, quid sit, & quā methodo, & viā ipsum habuerint Antiqui, clarissimè tractatur, & authoritate, ratione & experientiâ probatur, adversus Misochymicos illos, ut tandem resipiscant & veritatem noscant. Tolosæ, apud Eundem, 1645, in 8.

◎ Opera Chymica, duobus Voluminibus comprehensa. Francofurti, 1652, in 4. Posteriore continentur Opera reliqua: nempe I. Propugnaculum Alchymiae: II. Hercules Piochymicus: III. Hydrographum Spagyricum: IV. Pædagogus seu Alchymista Christianus: V. Compendium Secretorum Chymicorum, sive Secretorum Chymicorum Libri v. VI. Myrothecium Spagyricum, seu Pharmacopœa Chymica: VII. Insignes Curationes variorum Mörborum: VIII. Palladium Spagyricum: IX. Chirurgia Spagyrica. Ibidem, apud Johannem Beyerum, 1656, in 4.

P E T R U S J O H A N N E S W I B U R G I U S

Epistolæ plurimæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Norib. apud Simonem Halbmayrem, 1625, in 4.

◎ PETRUS KILLING
Observatio de plantis quibusdam raris, & Unguento Euporisto. Exstat Act. Hafniens. Volum. II. N. 130.

P E T R U S K I R S T E N I U S

◎ Natus Uratislavie A. C. 1577,
Patre homonymo, istius Urbis Civis ac
Merco-

Mercatore primario: impetrata Witteberge in Philosophia, & Basilea in Medicina supremâ dignitate, confitâg per universam penè Europam itineribus, in patria Rector Gymnasi & ceterarum Scholarum Inspector salutatus est, humaniorum quippe & Orientalium linguarum, imprimis vero Arabica incomparabilis tantusq; cultor, ut præcipios Arabicos Scriptores Medicos suâ lingua legerit, & Arabicam Typographiam Uratislavia pro Libris illius lingua edendis adornaverit: nihilominus ibidem Praxin Medicam unâ feliciter exercuit: posthac aliquandiu Erphordensi in Academia Medicinam docuit, donec A. C. 1626 Medicus Regius & in Academia Svecia Upsaliensi Professor Medicina publicus constituetur; quo in munere obiit Upsalia A. C. 1640, atatis sua 63.

De vero usu & abusu Medicinæ, Liber, Breslæ, 1610, in 8.

♪ Avicennæ Librum secundum Canonis Arabic. Latin. cum Versione & Notis edidit. Uratishay, in fol.

P E T R U S L A U R E M B E R G I U S, Rostochiensis

Porticus Æsculapii, seu, generalis Artis Medicæ constitutio. In qua de Medicinæ Genere, Subjecto, Fine, Definitione, Divisione, Controversiæ pleræque omnes examinantur. Errores multi, à multis haec tenus custoditi, ostenduntur. Veræ de singulis sententiaz feruntur & demonstrantur. Rostochii, apud Joh. Pedanum, 1630, in 4.

Proœstria Anatomica. In quibus proponuntur pleraque, quæ ad generalem Anatomiæ & Partium contemplationem attinent: quædam etiam infimi véntris membra explicantur; & Andreæ Laurentii Historia Anatomica multis locis castigatur & corrigitur. Hamburgi, apud Paulum Langium, 1619, in 4.

Isagoges Anatomicæ Græce Interpretatio Latina. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1618, in 4.

Cornelii Drebbelii Tractatus duos: 1. de Natura Elementorum, & 2. de Quinta Essentia: additâ Epistolâ, de Perpetui Mobilis Inventione, è Belgico in Latinum transtulit. Vid. Cornel. Drebbel.

♪ Anatomia Corporis humani, seu, Collegium Anatomicum xxi. Disputationibus comprehensum, & in Rostochiensium Academia propositum. Rostochii, apud Hæredes Richelianos, 1636, in 4. Francofurti, 1665, in 12.

Laurus Delphica, seu, Consilium, quo decribitur Methodus perfacilis ad Medicinam. Lugd. Bat. ap. Johan. Maire, 1621, in 12. Wittebergæ, 1623, cum Georgii Laurembergii de Calculo, in 12.

♪ Apparatus Plantarius primus: tributus in duos Libros. 1, de Plantis bulbosis. 11, de Plantis tuberosis. Quibus exhibentur, præter nomenclaturas, multiplices earum differentiaz & species, vires, usus tam culinarius, quam Medicus: Cultura, sive ratio eas plantandi, conservandi, propagandi. Itemque quæ Poetæ,

Philologi, Philosophi, Sacræ literæ, &c. de iis memoratu digna annotarunt. Adjunctæ sunt Plantarum quarundam novarum novæ Ichnographiæ, & Descriptiones. Francof. ap. Matthæum Merianum, 1632, in 4. Ibid, 1654, in 4.

¶ Pacificompsæ nova, id est, accurata & curiosa Delineatio Pulchritudinis. Lipsiæ, 1634, in 4. Ibidem, 1672, in 4.

¶ Horti cultura, Libris 11. comprehensa, huic nostro cœlo & solo accommodata: Regulis, Observatiōnibus, Experimentis, & Figuris novis instructa. In qua quidquid ad hortum proficie colendum, & eleganter instruendum facit, explicatur. Francof. ap. Matth. Merianum, 1632, in 4. Ibidem, 1654, in 4.

¶ In Synopsin Aphorismorum Chymiatricorum Angeli Salæ, Vincentini, Notæ & Animadversiones. Quibus super Parasitaster aliquis opposuit Responsionem. Sine nominatione loci, ubi, & apud quem prostet, 1624, in 4.

Commentationes, in cuiusdam Anonymi Isagogen Anatomicam. Lugduni Batav. 1618, in 4.

¶ Proloquiū in Mnemonica Ciceronis. Extat cum Miscellan. Curiosive Ephemerid. Medico-Physicar. German. Anno Tertio. Lipsiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri-Görtzianos & Johan. Fritschium, 1673, in 4.

PETRUS LEO, Spoletanus
De Urinis, Tractatus. Extat cum Ägidii de Urinis & Pulsibus, Libris.

Venetiis, ap. Octavianum Scotum, 1514, in fol.

PETRUS LOPIUS, Portalegrensis Lusitanus

De sex rebus Non-naturalibus Liber, eleganti pœmata conscriptus. Conimbricæ, apud Nic. Carvalho, 1618, in 4. Flocculus Medicinæ, tribus Libris comprehensus, & totidem rebus, quas humanum corpus continet. Malacæ, apud Johan. Serratum de Vargas, 1635, in 4. Ibidem, in 4. Olyssiponæ, apud Petrum Crasbeet, 1620, in 8.

PETRUS de MARCHETTIS

¶ Observationum Medico-Chirurgicarum rariorū Sylloge. Cum Tractatibus tribus. I. de Ulceribus & Fistulis Ani. II. de Ulceribus & Fistulis Urethræ. III. de Spina Ventoso. Patavii, apud Matthæum de Cadornis, 1644, in 8. Amstelodami, apud Petrum le Grand, 1665, in 12.

PETRUS MARIA CANE, PARIUS, Cremonensis

De Atramentis cujuscunque generis. Opus sanè novum hæcenus à nemine promulgatum, in sex Descriptiones digestum. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum, 1619, 1629, in 4. Londini, apud Johan. Martin, 1660, in 4.

PETRUS MARIA CASTELLIONIUS

Responsio, ad Ludovici Septalii Judicium. Mediolani, 1618, in 4.

PETRUS MARTYR TRONUS, Novarianus

De Ulceribus, & Vulneribus Capitis,

P^e
piris, Libri quatuor. Ticini, 1584,
in 4.
PETRUS MATTHÆUS
PINUS, Urbinus

Compendium, instar Indicis in Hippocratis Coi Opera omnia, res quasque distinctissimè ac uberrimè complectens, summo studio collectum in Studiosorum rei Medicæ commodum & utilitatem. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1597, in fol.

Annotationes in Opuscula Anatomica Bartholomæi Eustachii, ex Hippocrate, Aristotele, Galeno, alisque Authoribus collectæ. Extant cum iisdem. Venetiis, apud Vincentium Luchinum, 1563, in 8.

PETRUS MATTHÆUS ROSSIUS

Observationes Medicæ, Chirurgicæ & Practicæ, hoc est, de Consultandi, sive, ut vulgo dicitur, Collegandi Arte, in Morbis omnibus, ac quibuslibet particularibus, ad Chirurgiam pertinentibus, Tractatus: adjectis Consultationibus & Observationibus selectis, pro Morbis ad eandem facultatem Chirurgicam & Physicam spectantibus, ritè & ordine curandis.

Consultationes & Observatio-nes selectæ, pro Morbis ad facultatem Chirurgicam & Physicam spectan-tibus, ritè & ordine curandis. Nunc primum à Victorio, Filio editæ, Fran-cofurti, apud Theobald. Schönwer-terum, 1608, in 8. Extant etiam cum Petri Borelli Historiarum & Obser-

vationum Centuriis IV. Francofurti & Lipsiæ, apud Laurent. Sigismundum Cörnerum, 1676, in 8.

PETRUS MAYNARDUS, *Veronensis*

De Morbo Gallico, Tractatus duo. Extant Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 336, 340.

PETRUS MEMMIUS, *Herendalius*

De recto Medicinæ usu, Liber unus. Delphis, apud Hermannum Schinckelium, 1564, in 8.

Hippocratis Coi Jusjurandum, Commentario recenter illustratum. Cui accessit altera Pars, quâ ratione Medicorum Vita & Ars sanctè conservetur, declarans. Rostochii, apud Augustum Ferberum, 1577, in 8.

PETRUS MERCADO

De Februm, differentiis, earumque causis, signis, medelâ: tam in universalî, quam in particulari, ex antiquorum & juniorum, tum Græcorum, tum Arabum autoritate. Granatæ, apud Anton. Nebrissem, 1583, in 4. apud Viduam Joh. Gallindi, 1592, in 4.

O PETRUS de MERCEN- NE

Epistola, ad Johann. Pecquetum; de Chyli Receptaculo. Extat cum Siboldi Hemsterhuys Messe Aureâ. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyna-gärden, 1659, in 8.

O PETRUS MICHAEL de *HEREDIA, Complutensis*

Operum Medicinalium Tomus I.
In quo

In quo juxta Hippocratis, Galeni, & Avicennæ mentem, de Febribus, tam in genere, quam in specie, de eârundem essentiâ, differentiis, causis, signis, præfigiis, curationibus: nec non de Coctione & Putredine perfectè & absolutè tractatur. Lugduni, apud Philipp. Borde, 1665, in fol.

Operum Medicinalium Tomus I. Quo continentur Historiæ Epidemiacæ, seu Commentaria in Hippocratem, de Morbis popularibus. Ibid. ap. Eund. anno & formâ eâdem.

Operum Medicinalium Tom. III. In quo completere tractatur de Morbis acutis totius Corporis humani. Adjiciuntur in fine Ejusdem de Somno & Vigilia, nec non de Natura Delirii & ejus Causis, Tractatus. Ibid. ap. Eund. anno & formâ eâdem.

Operum Medicinalium Tomus IV. in duos Libros partitus; quorum primus Affectuum particularium Tractatus aliquot perlustrat; alter de Morbis Mulierum & Utero gerentium accurate differit. Ibid. ap. Eund. anno & formâ eâdem.

PETRUS MONAVIUS

○ Natus Uratislavia Siles. ex Partia familia, A.C. 1551: creatusq; 1578 Basilea Doctor Medicina, in patriam reversus, Medicinam tanto cum successu exercuit, ut in Aulam Cesaream evocato, Rudolphi II. Imperatoris valetudo & cura corporis concredita fuerit. Obiit Prague in ipso atatus flore A.C. 1588, etatus 37.

Consilia & Epistola Medicæ. Ex-

tant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

○ PETRUS MONEDULATUS,

Lascovius Ungarus

De Homine, magno illo in Rerum Natura Miraculo, & Partibus ejus essentialibus, Libri II. Wittebergæ, apud Hæredes Johannis Cratonis, 1585, in 8.

○ PETRUS MONTANUS

De Morborum generibus, Carmen. Extat cum Cœna Baptista Fieræ. Argentorati, apud Christ. Egenolphum, 1564, in 8.

○ PETRUS MORELLUS

○ Methodus, Præscribendi Formulas Remediorum elegantissima, quæ antehac aliquoties immutata & mutilata prodiit: nunc vero, consensu Autoris, Praxi Medicæ novissime initiatorum in gratiam, & commodum publicum, studio Johannis Jacobi à Brunn genuinam lucem adspicit. Cum annexo Systemate Materiæ Medicæ, Methodo Medendi, & Formulis Medicamentorum præscribendis, accommodato, Basileæ, apud Johan. Jacobum Genathium, 1630, in 8. Genevæ, ap. Petrum Chovet, 1639. Lipsiæ, apud Andr. Kühnen, 1645, in 8. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1647, in 12. Lipsiæ, apud Tobiam Riesium, 1654, in 8. Amstel, apud Ægid. Jansson. Valckenier, 1659, in 12. 1665, in 12. Amstelodami & Hagæ, apud Hearicum & Theodorum Boom, 1680, in 12. Hætres postremæ Editiones auctæ variisque

riisque modis illustratae sunt à Gerhardo Leon. Blasio. Addito insuper Indice eorum, quæ in Systemate Materiæ Medicæ continentur absolutissimo.

Systema Paralcevasticum ad Praxin, Materiæ Medicæ Sylvam complectens: & rationem Præscribendi ipsam in Formulas, secundum leges Pharmaciarum & normam Practicandi Montpelii usitatam. Aureliopolis, ap. Jacobum Chovet, 1628, in 8. Amstelodami, cum Notis Blasii, 1659, in 12.

De Febre purpuratâ, epidemiam, pestilenti. De Pestilentium natura, causis, signis, curatione. Lugduni, 1641, in 8.

PETRUS MORESTEL.
LUS

Encyclopædia seu artificiosa ratio circularis, ad Artem magnam Raimundi Lullii, in Collegio Salicetano, 1646, in 8.

PETRUS MORNIUS

Arcana totius naturæ secretissima, nechactenus unquam detecta, è Collegio Roseano in lucem producta. Lugd. Batav, 1630, in 12.

PETRUS à NAALDWYCK,
Batavus

Libri duo Philippicorum, sive, de Equorum Natura, Electione, Educatione, Disciplinâ, & Curatione, Lugduni Bat. apud Andr. Cloucquium, 1631, in 4.

○ PETRUS NATUS

Observationes de Malo Limoneo,

Citrio, Aurantio, Florentia, 1674, in 4.

PETRUS OLAUS,
Aarhusiensis

De Febribus pestilentibus, earumque causis & symptomatibus, Oratio. Herbornæ, apud Christoph. Corvinum, 1594, in 4.

PETRUS PACHEQUUS,
Lunellensis

Observationes Medicæ. Extant cum Observationibus Lazari Rivery. Londini, apud Milonem Fleischer, 1646, in 8.

PETRUS PADUANUS

Dioscorides, in septuaginta septemdecim Capita digestus, & Annotationculis brevibus illustratus: addito Tractatu exiguo de Aquarium naturis; sunt autem Aquæ non destillatae, sed ex diversis simplicibus compositæ ad Morbos quosdam. Lugd. 1512, in 4.

PETRUS PAW

○ Natus Amstelodami A.C. 1564: Rostochii 1587, anno etatis sua 23, Medicinae Doctor creatus, ibidem Anatomiam publicè docere caput; abhinc in Academiam Lugdunensem rediit. Anatomie & Botanices publicam Professionem 1589 nactus, quam Spartam per annos 28 ornavit. Ipse Amphitheatum Anatomicum undique humanis & brutorum variis Sceletis atque Instrumentis Anatomicis adornavit. Obiit A.C. 1617, etatis sua 54.

Primitiae Anatomicæ de Humani corporis Ossibus. Lugduni Batavorum,

Uuu uu

rum, apud Justum à Colster, 1615, in 4.

Succenturiatus Anatomicus. Continenſ Commentaria in Hippocratem de Capitis Vulnerib⁹. Additæ in aliquot Capita Libri VIII. C. Celsi Explicationes. Lugduni Batavorum, apud Jodocum à Colster, 1616, in 4.

Andreae Vesalii Epitome Anatomica. Opus redivivum. Cui accessere Notæ ac Commentaria P. Paaw. Lugd. Batav. apud Jodoc. à Colster, 1616, in 4.

De Valvula Intestini, Epistolæ duæ. Extant Cent. I. Epist. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, ap. Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 423, & seqq.

De Peste, Tractatus. Cum Henrici Florentii ad singula ejusdem Tractatus Capita Additamentis. Lugd. Batav. apud Abrah. Commelinum, 1636, in 12.

Methodus Anatomica. Extat MSS. in Clariss. V. D. Francis. de Vick, Med. Amstelredamensis Bibliotheca.

Hortus publicus Academiz. Lugduno Batav. Lugduni Batavorum, 1629, in 8.

Observationes Anatomicæ Selectiores editæ à Thoma Bartholino. Extant cum ejusdem Thomæ Bartholini Historiarum Anatomicarum & Medicarum rariorum Certur. III. & IV. Haffniæ, ap. Petr. Hauboldum, 1657, in 8.

PETRUS PALMA-
RIUS

Lapis Philosophicus Dogmatico.

rum. Quo Paracelista Libavius restituitur, Scholæ Medicæ Parisiensis Judicium de Chymicis declaratur. Censura in adulteria & fraudes Parachymicorum defenditur, asserto veræ Alchemiæ honore. Adjecta est Historia Leprosæ mulieris persona. tæ. Paris. apud Davidem Doulceur, 1609, in 8.

Laurus Palmaria, fugans ventaneum fulmen Cyclopum aliquot, fallo Scholæ Parisiensis nomine evulgatum in Librum Petri Palmarii. Luteiæ, 1609, in 8.

PETRUS PASCHA-
LIS

Praxis Medicinæ de Fribribus. In qua, methodo facilimâ dilucidissimâ que, omnium Febrium cognitio & curatio traditur. Lugd. Batav. ap. Joh. Maire, 1631, in 8.

PETRUS PAULUS GALEO,

Perninus

De Pulsibus. Perusia, 1597, in 4.

PETRUS PAULUS PARA-
VICINUS, Novoco-
mensis

De Masinensium & Burmensium Thermarum hactenus incognitarum situ, naturâ, & miraculis, Epistola. Mediolani, apud Johan. Anton. Castillioneum, 1545, in 4. Et Operis Veneti de Balneis, pag. 195.

PETRUS PAULUS PERE-
DA, *Setabensis*

In Michaelis Johannis Pascha-
lii Me-

lli Methodum curandi, Scholia, exercentibus medicinam maximè utilia. Additâ sub finem ejusdem Authoris Disputatione Medicâ brevi: An Cannabis & Aqua, in qua mollicitur, possint aerem inficere? Lugduni, ex Officina Juntarum & Pauli Guittii, 1585, in 8. Venetis, apud Ciottum, & Lugduni, apud Horat. Cardon, 1602, in 8. Barcinonæ, 1579, in 8. Lugd. 1600, in 8. Venetis, apud Societatem, 1603, in 4. Lugd. apud Jacob. Cardon, 1630, in 8. Lugduni, 1664, in 8.

Commentaria sex in Lib. Cl. Galeni de Differentiis Morborum: de Causis Morborum: de Differentiis Symptomatum: de Symptomatum Causis.

Commentaria in primum & secundum Lib. Gal. de Differentiis Februm.

De Signis & causis Morborum internorum ferè omnium, Disputatio utilissima. Extant omnia hæc mss. in Bibliotheca nostra.

PETRUS PAULUS SIMONETA

Compendium totius Medicinæ. Venetiis, apud Robertum Mejetum, 1594, in 8. Francof. apud Wecheli Hæredes, 1598, in 8.

PETRUS PENA

Nova Stirpium adversaria, perfacilis veltigatio, luculentaque accessio, ad Priscorum, præsertim Dioscoridis, & Recentiorum, Materiam medicam. Additis Gulielmi Rondeletii aliquot Remediorum Formulis. Lon-

dini, apud Thorn. Purfootium, 1571, in fol. Antv. apud Christoph. Plantinum, 1570, 1576, in fol.

PETRUS de PERAMATO

Dé Elementis, Lib. unus. De Temperamentis Lib. unus. De Spiritibus. De Facultatibus nostrum corpus dispensantibus Lib. unus. De Semine Lib. unus. De Generatione Lib. unus. De Conceptu in Partum Lib. unus. De Astrologia: an sit Medico necessaria, Lib. unus. Conjectim. San Lucas de Barramede, apud Petrum Idiasquo, 1576, 1590, in fol. apud Ferdinandum Diaz, 1596, in fol.

De Vacuandi ratione Libri duo. Ibidem, tempore & formâ iisdem.

PETRUS PETITUS, Medicus Parisiensis

De Motu Animalium spontaneo, Liber unus. In quo partim Aristotelis, de hujus Motus principio, sententia illustratur, partim nova Musculorum motus ratio indagatur. Paris. ap. Claud. Cramoisy, 1660, in 4.

De Lachrymis, Libri tres. Parisiis, 1660, in 4.

Miscellanearum Observacionum Libri IV. nunquam antehac editi. Trajecti ad Rhenum, ap. Rudolphum à Zyll, 1683, in 4.

Archilei Carcani de Acutorum & diuturnorum Morborum Causis & Signis Libros Editionis postremæ Græco-Latinæ, Parisiis in 4, emissæ Annotationibus auxit.

PETRUS PHILIPPUS
MELCHIODUS

De Profluvio Sanguinis ex alvo,
Consilium. Extat eo in Operे, quod
Josephus Lautenbachius collegit &
edidit. Francof. apud Joh. Sartorium,
1605, in 4, pag. 222.

PETRUS PICHOT,

Andegavus

De Rheumatisino, Catrharo, va-
riisque à cerebro Destillationibus, &
horum curatione. Libellus. Burdigal-
lae, apud S. Millangium, 1577, in 8.

PETRUS PIGRAEUS

Chirurgia : cum aliis Medicinæ
Partibus juncta. Parisiis, 1609,
in 8.

Epitome Praeceptorum Medicinæ
Chirurgicæ, cum ampla singulis
Morbis convenientium Remedio-
rum expositione. Paris, ap. Viduam
Marci Orry, 1612, in 8.

PETRUS PINTOR

Valentinus, Hispanus. Medicus
Alexandri VI. Pontificis. Vixit A.
C. 1492. Justus in Chronolog. Medi-
corum.

Libellus, Aggregator Sententia-
rum Doctorum omnium de Praeser-
vatione & Curatione Pestilentia, in-
titulatus. Romæ, apud Eucharium
Silber, 1499, in fol.

PETRUS POTERIUS,

Andegavensis

Opera omnia Medica & Chymi-
ca. Lugd. apud Joh. Ant. Huguetan,
1645, in 8. Lugduni, 1653, in 8.
Francfurti, apud Wilhelm. Richar-

dum Stockium, 1666, in 8. cui Edi-
tio adjecta est Doctissima Disserta-
tio Petri Guissonii, Avenionensis,
de tribus Principiis Chemicis, &
novâ Recentiorum Medendi Me-
thodo.

Pharmacopœa Spagyrica, id est,
nova & inaudita, rariora & effica-
cissima, ad gravissimos quosque Mor-
bos, Remedia conficiendi ratio. Una
cum duabus Centuriis Curationum
mirabilium, & Observationum insig-
nium, &c. Coloniæ, apud Matthæum
Smitz, 1624, in 12. Bononiæ,
apud Jacobum de Monte, & Caro-
lum Zenerum, 1622, in 8. 1635, in 4.
tertiâ parte aucta.

Insignes Curationes, & singula-
res Observationes centum. In quibus
varia Morborum genera, eorum e-
gregia propriaque Remedia Thera-
pevticaque ratio explicantur. Vene-
tiis, apud Johan. Baptist. Ciottum,
1615, in 8. Coloniæ Agrippinæ, ap.
Matthæum Smitzum, 1622, in 12.
Ibidem, apud Eundem, 1625, in 12.
Binis his Coloniensibus Editionibus
accesserunt Henr. Cornelii Agrippæ
contra Pestem Antidotum haud vul-
gare. Itemque Consilium contra
Diarrhœam Clarissimi cuiusdam o-
lim & Electoris Colonensis, & Prin-
cipis Juliacensis Medici, Taroni cui-
dam datum.

De Febribus Lib. 11, cum tribus
Centuriis insignium Curationum: &
Pharmacopœa Spagyrica. Bononiæ,
1643, in 4.

Insignium Curationum, & sin-
gularum Observationum Centuria
secun-

secunda. Bononiæ, apud Nicol. Theobaldum, 1622, in 8. Coloniae Agripinæ, apud Matthæum Smitz, 1623, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1624, in 12.

PETRUS RAVENNAS

Phoenix, seu, Artificio memoria. Vicentia, apud Petrum Bartellum, 1600, in 4.

PETRUS REIDANUS,

Daventriensis

Querela Medicinæ Dogmaticæ. Extat cum Jacobi Curionis inscripto Hermotimi nomine Dialogo, Basileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 4.

PETRUS ROBINUS

De Linguæ Ulcere, Observatio rara. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obser. Chirurg. Cent. i v. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 44.

O PETRUS ROMME.

L I U S

Discursus Physico-Medicus, de Fœtibus Leporinis, extra Uterum repertis; aliisque tam de Leporibus, quam etiam de Conceptione extrauterina raris & curiosis. Ulmæ, apud Hæred. Christian. Balthasar. Kühnii, 1680, in 4.

Observatio de Aphonie rara. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. German. Decur. II. An. I. N. 97.

PETRUS SALIUS DIVERSUS, Faventinus

De Febre Pestilenti Tractatus: & Curationes quorundam particula-

rium Morborum, quorum Tractatio ab Ordinariis Practicis non habetur: atque Annotationes in Artem Medicam de Medendis humani corporis Malis, à Donato Antonio ab Altomari, Neapolitano, conditam. Bononiæ, apud Johan. Rossium, 1584, in 4. Francof. apud Hæredes Andri. Wecheli, 1586, in 8. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 8. Amstelodami, apud Henricum & Viduam Theodori Boom, 1681, in 8. quæ postrema editio emendator sub titulo Opusculorum Medicorum exstat.

Commentaria, in Hippocratis Libros quatuor de Morbis, luculentissima. Quibus non solum difficilima Artis Medicæ capita explicantur, sed Hippocratis quoque obscuriora loca quamplurima ita enarrantur, ut, his delibatis, ad reliqua etiam Ejusdem Scripta facilis Lectori pateat aditus. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1602, in fol. apud Johan. Treudelium, 1612, in fol. apud Johan. Davidem Zunne, 1646, in fol.

○ In Avicennæ Librum III. de Morbis Particularibus Corporis Humanæ & eorum Curatione. Patavii, 1673, in fol.

PETRUS SCHOTANUS

Speculum Luis Pestiferæ. In quo causæ, signa, accidentia, & curatio tam præservativa, quam curativa oculos ponuntur. Holmiae, ap. Christoph. Reulnetum, 1621, in 8.

Compendium ex Galeni Libris, de Locis affectis conscriptum. Franekeræ, apud Uldericum Dominicum Balck, 1616, in 16.

P E T R U S S C R I V E R I U S

De Saturnalibus, sive, de usu atque abuso Tabaci. Harlemi, 1628, in 8. Extat etiam cum Johannis de Mediolano Schola Salernitana, in 12.

P E T R U S S E R V I U S, S p o l e t i n u s

Institutionum, quibus Tyrones ad Medicinam informantur, Libri tres. Ejusdem Prolusiones duæ, ad instruendos inflammandosque ad Artem Tyrones accommodatae. Romæ, apud Bernhardum Tanum, 1638, in 12.

Dissertatio, de Unguento armario, sive, de Naturæ Artisque miraculis. Romæ, apud Dominicum Marciam, 1642, 1643, in 8. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolfgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Dissertatio, de Odoribus. Romæ, apud Franc. Caballum, 1641, in 8.

Prolusio Jatro-Philologica, an Juvenis esse possit absolutus Medicus, & ad faciendam Medicinam plane idoneus? Romæ.

De Facultatib⁹ Medico necessariis, utilibus, commodis. Ibidem.

Ad Librum de Seri Lactis Stephani Roderici Castrensis, Lusitani, Declamationes, seu privatæ quædam ac domesticæ Exercitationes. Pari-

sii, 1634, in 12. Romæ, ap. Francisc. Corbelletum, 1634, in 8.

P E T R U S S E V E R I N U S

○ Natus Ripis Cimbrorum A. C. 1542, Patre Severino Jesso, Civitatis illius Senator: anno etatis sue non nisi 20 Hafnia Professor Poësos salutatus est: sed quâ mox iterum relictâ, in Galliam & Italiam, exercenda Praxeos & acquirenda natura- lium rerum experientia gratiâ, peregrinationem suscepit, post quam Hafniam reversus, Regis Danie, Frederici II. Archiater, nacto paulo ante in Gallia Doctoris Medicina titulo, constitutus est. Obiit tandem peste Hafnia A. C. 1602, etatis sua 62.

Idea Medicinæ Philosophicæ, fundamenta continens totius doctrinæ Paracelsicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ, Basileæ, ap Sixtum Henric. Petri, 1571, in 4. Erfurti, apud Johannem Epilcop. 1616, in 8. Hagæ-Comitis, apud Adrianum Ullacq., 1660, in 4. Ibidem & Roterodami, 1668, in 4. quæ duæ postremæ Editiones cum Commentario Guilielmi Davidsonii in eandem Severini Idem prostant.

Epistola scripta Theophrasto Paracelso. In qua ratio ordinis & nominum, adeoq; totius Philosophiae adeptæ Methodus compendiosè & eruditè ostenditur. Basileæ, 1572, in 8.

P E T R U S S I B Y L L E N U S

De Peste, Liber absolutissimus. Quo

Pe
Quo natura, causæ, signa, & qua-
tio, insertis multorum Excellentium
Medicorum Remediis, proponuntur.
Pragæ, apud Georg. Melantrichium
ab Aventino, 1564, in 4.

Concilia Medica. Extant eo in O-
pere, quod Laurent. Scholzius edi-
dit. Francof. apud Andr. Wecheli
Hæredes, 1598, in fol.

P E T R U S de SILEN-
TIO. Opus Chimicum. Extat Volumi-
ne quarto Theatri Chemicæ, editi
Argentorati, apud Lazarum Zetzne-
rum, 1613, in 8.

O P E T R U S SPECHT
Observatio, de quib[us]dam Experimentis
Chymicis. Extat Ephemerid.
Acad. Natur. Curios. An. V I. &
VII. N. 24.

de rara repentinæ Mortis causa,
Ibid, Ann. eod. N. 25.

P E T R U S de SPINA

O Natus est Aquigrani, A. C. 1563, Patre homonymo, itidem Me-
dico: Basileæ verò 1586 Medicina
creatus Doctor: in patria primum
Praxin Medicam exercuit, simul
postea nactus Senatoriam spartam:
inde autem 1599 propter motus belli-
cos Heidelbergam secessit, declaratus
Electoris, Friderici IV. Medicus in-
timus, tandemq[ue] Aulae pertæsus, in
eadem Universitate 1617 Medicina
Professor primarius. Obiit Heidelber-
ga A.C. 1622, etatis sue 59.

Hieron. Mercurialis Medicinæ Pra-
cticæ Libros v. edidit.

P E T R U S S T R O M A IE-
R U S

Epistolæ quædam Medicæ. Extant
cum Cista Medica Johannis Hornungii
Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

P E T R U S T ALPA, Stellinc-
vvervius Friesius

Empiricus, sive, Indoctus Medi-
cus, Dialogus. Exilium Empirico-
rum brevi Elegiæ Satyricæ Sale con-
dicta descriptum. Leovardiæ, 1579,
in 8.

P E T R U S TRAPOLINUS,
Patavinus

De Morbo Gallico. Tractatus. Ex-
tat Tomo II. Operis Veneti de Mor-
bo Gallico, pag. 44.

P E T R U S TOLETUS

Medicus Domus Hospitalitatis Lug-
dunensis in Gallia. Vixit A.C. circi-
ter 1534. Justus in Chronolog. Me-
dicorum.

Appendices ad Opusculum Pauli
Bagellardi de Morbis Puerorum.
Lugduni, apud Germanum Rose,
1538, in 8.

P E T R U S TUSSIGNANUS

Compositiones & Remedia adple-
rosque omnes affectus & morbos fa-
nandos. Lugd. 1587, in 12.

Liber de Balneis Burmi. In quo non
solum Aquarium vires, & Medicinæ,
sed earum quoq[ue] exhibendarum Ca-
nones explicantur. Extat Operis Ve-
neti de Balneis, pag. 194.

Receptæ super Nonū Almanoris.
Extant cum Sillani Expositione Al-
man-

mansiis. Venetiis, apud Otinum Papiensem de Luna, 1497, in fol.

Index super Expositionem Petri de Apono, Problematum Aristotelis. Vid. Autorem de Apono cum Auctario Joach. Camerarii. Exposita eodem metro versum Latinorum à Gregorio Bersmanno, Annabergensi, apud Hieron. Commelinum, 1596, in 8. Extant eodem modo.

Traictatus de Regimine Sanitatis. Parisiis, apud Johannem Bignon, 1539, in 16. Parisiis, apud Petrum Sergant, 1540, in 12.

P E T R U S V A E Z I U S,

Lusitanus

De Epidemia pestilenti, Liber unus. Valentiae, apud Petrum Patri-tium Mey, 1601, in 8.

Commentarius Medicus multa rei Medicæ subobscura lucidans, & à plurimis Neotericorum calumniis probatæ doctrinæ Auctores defensens. Accedit etiam Medicamentorum Compendium, primatum obtinentium, ad varias affectiones, ex classicis Auctoribus. Mantua Carpentariae, apud Alphonsum Gomesium, 1576, in 4.

Apologia contra Praxin Donati Antonii ab Altomari. Mantua Carpentariae, apud Didacum Lopes, 1582, in 8.

De Scopis Mittendi sanguinem, Liber unus. Valentiae, apud Petrum Patri-tium Mey, 1601, in 8.

P E T R U S V A L E R I U S

De incolumitate diu servandâ, & de humanæ mentis immortalitate. Venetiis, 1627, in 8.

P E T R U S V A S C U S C A S T E L L U S

Lusitanus, Philosophus & Medicus.
Floruit circa A.C. 1616. Renatus Mo-
rean de V.S. in Pleurit.

Exercitationes Medicinales ad omnes Thoracis affectus, decem Tra-ctatibus absolutæ. Quorum primus, de Angina. Secundus, de Tussi. Ter-tius, de Althmate. Quartus, de San-guinis sputo. Quintus, de Pleuriti-de. Sextus, de Peripneumonia. Sep-timus, de Empyevmatè. Octavus, de Phthisi. Nonus, de Cordis palpi-tatione. Decimus, de Syncope. Qui-bus, perquam multæ novæ difficul-tates Medicæ, ac Physicæ, tam Theo-ricæ, quam Practicæ discutiuntur, & pene innumera Hippocratis, Galeni, aliorumque Medicinæ Procerum lo-ca pugnantia conciliantur, difficilia explanantur, & ad usus Medicos re-ducuntur. Tolosæ, apud Joh. Petr. Charlot, 1616, in 4.

P E T R U S de V E G E, *Gratianopolitanus*

¶ Pax fidissima, & probatissima Methodicorum, seu, Galeniorum cum Spagyricis, de Medicinæ pura ve-ritate. Huic accessit Gemmula de Epilepsiaz, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione: cum Medicamen-torum descriptione. Lugduni, apud Barthol. Vincentum, 1619, in 8. Ibidem, apud Eudem, 1620, in 12. Huic editioni accessit Conrad. Ges-neri Thesaurus Evonymi, de Remediis secretis nunc in lucem editus di-ligentia Caspar. Wolffii: adjectis in-geniosis

geniosis Fornacum Figuris. Genevæ, apud Johannem de Tournes, 1628, in 12. Hac postremâ Editione Tratus duo: I. Pestis præcavendæ & curandæ Methodus certissima: II. Pax Dogmaticorum cum Spagyricis, simul conjuncti sunt. Omissa Gemulâ de Epilepsia, Podagrâ, Hydro-pis, & Lepræ curatione; itemque Conradi Gesneri Thelauro Evonymi, de Remediis Secretis, resecto.

PETRUS VERDERIUS,
Venetus

De Morborum ac Symptomatum occultis manifestisve causis, Disputatio. Venetiis, apud Robertum Mgettum, 1600, in 4.

PETRUS UFFENBACHIUS

Thesaurus Chirurgicus continens præstantissimorum Autorum Opera Chirurgica. Nempe Ambrosii Paræi, Parisiensis. Johannis Tagaultii, Ambiani Vimatii.

Jacobi Hollerii, Stempani. Marianii Sancti Barolitani. Angeli Bolegnini. Michaelis Angeli Blondi. Alphonsi Ferri Neapolitani. Jacobi Dondi. Fabritii Hildani.

In quo perfectissima, Tumores pre-ter naturam, Vulnera, Ulcera, Luxationes & Fracturas, curandi ratio traditur, cum humani corporis, singulariumque partium exactissimâ Anatome, & aliorum Affectuum curationibus, raris Observationibus &

variis Medicamentis Chirurgicis. Francofurti, apud Jacobum Fischerum, 1590, in fol. Ibidem, 1610, in fol.

D Dispensatorium Galeno-Chy- micum, continens i. Johannis Renodæi Institutionum Pharmaceuticarum Lib. v. De Materia Medica Lib. 111. Et Antidotarium varium & absolutissimum: ii. Josephi Quercetani Pharmacopœam Dogmaticorum restitutam, preriosis selectisque Hermeticorum floribus abunde illastratam. Revisum, & saluberrimorum Medicamentorum ac Experimentorum descriptionibus ex manuscriptis & secretis doctorum Virom locupletatum edidit. Hanoviz, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4.

Barth. Montagnanæ selectiora Ope- ra revisit, re legit, locupletavit. Vid. Barth. Montagnana.

Bened. Victorii Præticam magnâ emaculavit & revisit.

Bernhardini Gomesii Lib. iv. de Sale Philosophico, Empirico, Medico, Geniali, Mysticâ, revisit, & in certa Capita distinxit.

Ferdin. Roder. Cardosi Libellum, de sex Rebus Non-naturalibus eme- datiorem edidit.

Gabr. Ferrarae Sylvam Chirurgiæ, ex Italico in Latinum vertit.

Herculis Saxonæ Pantheum Me- dicinæ selectum edidit. Francuf. apud Palthenium, 1603, in fol.

Epistolæ binæ de Acidulis Schwal- bacensibus. Extant cum Responsis Medicis, quæ edidit Helvicus Diete-

ricus.

ricus. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, p. 46.

Disp. binæ de Generatione & Intervitu. Argentorati, 1591, in 4.

○ Johannis Baptista Birelli Alchymiam novam edidit. Francofurti, 1603.

PETRUS VIETOR

Epistola de Acidulis Schwalbacenibus, & Historia sectionis corporis muliebris, sine Intestinis inventi. Extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 42.

PETRUS VICTORIUS

Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam, de Re rustica, Castigationum. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1543, in 8.

PHILAETHA

Vid. inter Authores Chymicos incertos.

PHILANDER COLUTIUS,

De Uteri querimoniis Romæ, ap. Nicolaum Mutium, 1599, in 8.

PHILARIUS

Lycius Macrensis, vel Epirotage-
nere, Naumachii Discipulus, Thes-
salonica secta, claruit sub Constanti-
no II. Cesare, A. C. 352. Wolfg. Ju-
lius in Chronol. Medic.

Fragmenta varia. Extant apud Aë-
tium Amidenum; scilicet,
Purgatorium atræ bilis, Tetrab. 1,
Serm. 3, Cap. 103.

Aloedaria emollientia ex rosaceo
melle. Ibid. Cap. 105, 106.

De Colligatione, Tetrab. 2, Serm. 1,
Cap. 90.

De Lienis affectionibus cognoscen-
dis, Tetrab. 3, Serm. 2, Cap. 7.

Diæta eorum, quibus Renes è lapide
laborant, reliqui verò totius cor-
poris habitus gracilis est, Tetrab. 3,
Serm. 3, Cap. 8.

De Seminis in somnis profluvio. Ibid.
Cap. 34.

De Ganglio, Tetrab. 4, Serm. 3,
Cap. 9.

Unctiones ad uteri suffocationes, va-
ria auxilia ad Uteri Strangulatio-
nem, Cap. 70, 71.

PHILARETUS

○ De Pulsuum Scientia, Libellus,
Albano Torino interprete. Addito
Theophili de exacta retrimentorum
Vesicæ cognitione, Commentario-
lo. Extat cum Aetii Contractæ ex
Veteribus Medicinæ Tetrabibl. in fol.
Basileæ, apud Henr. Petri, 1533, in 8.

PHILEMON HOLLAN-

DUS

○ Bricii Bauderoni Pharmacopœiam è Gallico in Latinum vertit.
Londini, apud Edwardum Griffium,
1639, in fol.

PHILETES

De Animalium proprietate, Ver-
sus jambici. Venetiis, 1533, in 8.
Græco, cum Arsenii Monembasias,
Archiepiscopi, Præfatione ad Caro-
lum V. Græco-Latine, pag. 210.
Tomi 11. Operis Poëtarum Græco-
rum veterum, Tragicorum, &c. edit.
Genevæ, apud Petrum de la Rouie-
re, 1614, in fol.

PHILL

PHILIBERTUS GUIBERTUS, Parisiensis

Medici officiosi Opera, centies antehac Gallicè edita, nunc primum Latinè redditæ. Parisiis, apud Vitudam Th. Pepingue, & Stephanum Mavcroy, 1649, in 8*i*.

Index Tractatum, qui in hoc Volumine continentur, cum nominibus Authorum.

I. Medicus officiosus, est D. Guiberti, pag. 1.

II. Premium Medicamentorum D. Guiberti, pag. 71.

III. Pharmacopæus familiaris & domesticus D. Guiberti, p. 124.

IV. De electione & facultatibus Medicamentorum, D. Guiberti, pag. 258.

V. De Sena, D. Anton. Mizaldi, pag. 279.

VI. Modus parandi quaslibet Gelatinas D. Guiberti, p. 293.

VII. De Conditis D. Guiberti, pag. 305.

VIII. De Valetudine tuenda D. Guodonis Patini, Doct. Medici Parisiensis, p. 341.

IX. Quæstio Medica de Sobrietate ejusdem Patini, p. 446.

X. De Peste D. Nicolai Ellain Tractatus: cum Notis Guid. Patini in eum, pag. 385.

XI. Liber de Sanguinis Missione Galeni: cum Notis in eum Guid. Patini, pag. 538.

XII. Artificiosa Methodus medicandi plantas, fructusque hortenses, vites, carnes, vina, Ant. Mi-

○ XIII. Cadavera condendi Modus D. Guiberti. p. 700.

Medicus domesticus, seu, Medicina charitativa, facilem minimeque sumtuosam ad plerosque omnes Morbos Remediorum confectionem docens. Coloniae Agripp. apud Petrum à Brachet, 1628, in 12.

PHILIBERTUS MARCHIENIUS

Problematæ de Pestè. Florentiæ, in 4.

PHILIBERTUS SARAZENIUS

De latis lumbricis Historia. Extatcum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. 11. Geneva, apud Petrum Chovet, 1611, in 8, pag. 268. Francof. 1646, infol.

De Notis Bezaar, Epistola. Extatcum ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 66.

De Vomitu admirando, & ferè quotidiano, cum aliis gravissimis symptomatibus, qui ultra annos triginta duravit. Extat ibid. p. 76, 85.

PHILIPPUS BECHIUS

○ Natus est Basilea; ubi Medicinam feliciter exercuit, & Dialecticam una è publica Cathedrâ docuit. Obiit ibidem A.C. 1560.

Joh. Bapt. Montani Consultationes in congruum ordinem congregavit, & in III. Partes distribuit.

PHILIPPUS BEROALDUS

De Terræmotu & Pestilentia Lib. XXX XX 2 ber.

ber, cum Annotamentis Galeni. Addita est explicatarum in Annotamentis Galeni dictiōnum Tabula, Argentorati, apud Matthaeum Schurerium, 1510, in 4.

Declamatio: an Orator sit Philoso-
pho, & Medico anteponendus à Pa-
risiis, apud Thielmannum Kerver,
1500, in 4.

PHILIPPUS DOUTE, *Parisiensis*

De succo Tyreniaco Diatriba ad
versus Bertinum Dieuxivore. Paris.
apud Nicol. Boisset, 1658, in 8.

PHILIPPUS FINELLA

De Metoposcopia, Libri tres. Ant-
werpia, 1648, in 8.

Eiusdem Navorum Libri tres.
Ibid, 1648, in 8.

Eiusdem, de quatuor Signis, quæ
apparent in Unguis Manuum. Ibid.
1649, in 8.

PHILIPPUS FLESELL- LIUS

Chirurgia. Parisiis, apud Petrum
Drovard, 1553, in 16.

PHILIPPUS à GABEL- LA

Secretioris Philosophiae Considera-
tio brevis, unā cum Confessione
Fraternitatis R. C. Cassellis, ap. Gui-
lielmum Wesselium, 1615, in 4.

PHILIPPUS GÆRINGUS, *Trudopolitanus*

Fontium acidorum Pagi Spa, & fer-
rati Tungrensis accurata descriptio,
ex Gallica Latina facta à Thoma Ri-
ctio, cuius & accesserunt in descrip-

tionem & super natura & usu corun-
dem Fontium Observationes. Leodii,
ap. Henricum Hovium, 1592, in 8.

PHILIPPUS GRULIN- *GIUS, Stolbergensis*

Florilegium Chymicum, hoc
est, Libellus insignis de quorundam
Medicamentorum Chymicorum, ut-
pote, Essentiarum, Magisteriorum,
Extractorum, Salium, Tincturarum,
Elorum, Crocorum, Oleorum, Spi-
rituum, Fœcularum, Balsamorum,
Aquarum, Pulverum, &c. verà Pra-
paratione, recto Usu, & certâ Dosi:
multis Exemplis, Observationibusq;
illustratus, & tali ordine dispositus,
ut in curandis Morbis cuiilibet Medi-
co cumulate sufficiat. Lipsiæ, apud
Gottofred. Grosium, 1631, in 12.
Ibidem, apud Hæredes Gottosredi
Grosii, 1665, in 4. Hæc postrema
Editio paulo alium & quidem hunc
habet titulum: Florilegium Hippo-
crateo Galeno Chymicum novum,
longè pluris priore auctum, & quasi
Prodromus Practici Operis prope-
diem insecuturi. In quo præscribitur
plurimorum Medicamentorum tum
Chymicorum è Metallis, Minerali-
bus & Vegetabilibus, præsertim no-
vorum, rariorum & secretiorum,
tum Hippocratico Galenicorum
confiendorum certa Ratio: unā
cum ipsorum virtute, usu, dosi, no-
tis, observationibus, & exemplis
quāmplurimis.

Curationum Dogmatico-Herme-
ticarum, in certis Locis & notis Per-
sonis optimè expertarum & rite pro-
batarum

probatarum Centuria prima. Lipsiæ, apud Hæredes. Gottosred. Grosii, 1618, in 8.

○ Medicinæ Practicæ Libri quinque: In quibus non modò omnes ferè corporis humani Morbi describuntur, verùm etiam eorum causæ, signa, prognoses & curationes prolixius depinguntur. Lipsiæ, apud Georg. Henricum Fromannum, 1668, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1673, in 4. Quâ editione planè novâ post obitum Authoris, diëti Libri diligenter recensiti, & propè infinitis, iisq; optimis Experimentis ac Observationibus locupletati sunt.

○ Observationum & Curationum Medicinalium Dogmatico - Hermeticarum, in certis Locis & notis Personis optimè expertarum & probatarum, Centuriæ VII. Cum Appendice quorundam Medicamentorum secretiorum. Lipsiæ, 1662, in 4. Ibid. ap. Eund. 1668, in 4.

○ De Triplici in Medicina Universalis Evacuationis Genere, & in specie I. de Venæsectione, Scarificatione, Hirudinibus, Hæmorrhoidum & Menstruorum provocatione. II. de Medicamentis purgantibus, Clysteribus, Suppositoriis, Fotibus & Unguentis laxativis. III. de Sudoriferis, Diureticis, Balneis naturalibus & artificialibus, Fontanellis, insensibili Transpiratione, Somno, ac Veneris evacuatione. Novum ac Posthumum Opus multiplici experientiâ, ac fidâ ratione elaboratum, & Chymicis potissimum Observationibus illustratum. Ibidem, apud Eundem, 1671, in 4.

○ Tractatus singularis de Purgatione, quæ in Medicina fit: Cum multis Observationibus à paucis ha-ctenus notatis. Lipsiæ, 1668, in 4.

○ De Calculo & Suppressione Urinæ. Lipsiæ, 1668, in 4.

PHILIPPUS GUIBERTUS

Est Idem cum Philiberto Guiberto.

PHILIPPUS HARIZIUS

De causis contemptæ Medicinæ, Liber Montib, Hannoniæ, in 8.

PHILIPPUS HARDUINUS

Codex Medicamentorum, seu, Pharmacopœa Parisiensis. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1629, 1645, in 4.

PHILIPPUS HECHSTETERUS, Augustanus

Rararum Observationum Medicinalium, Decades tres. Continentes historias Medicas, Theorica & Præctica varia, jocunda, utilia, & necessaria tam ei, qui ad Praxin accedit, quam qui eam operatur. Augustæ Vindel, apud Sebast. Mylium, 1624, in 8.

Rararum Observationum Medicinalium Pars secunda. Cuntinens Decades tres sequentes, nimirum, quartam, quintam, & sextam. In quibz nō saltem Medicæ leguntur Historiæ variæ & raræ, sed etiam Theorica ac Præctica jocunda, utilia, ac necessaria tum & cui Praxis curæ est, tum cui cordi. Augustæ Vindel, apud Sebast. Mylium, 1627, in 8.

◎ Rararum Observationum Medicinalium Decades sex, antehac editæ : quibus nunc accessere quatuor Decades aliæ , nunquam hactenus visæ : continentes Historias , Quæsita , Observata, variaque Monita Medica , Pœcunda , salutaria , utilia ei, tum cui Praxis curæ est, tum cui cordi: curante Johan. Philipp. Hechstettero, Francofurti & Lipsiæ , apud Laurent. Sigismund. Cörnerum , 1674, in 8,

◎ PHILIPPUS le HOUT

Exercitatio-contraria Assertioni Caroli Lussaulæ de Functionibus Fœtus Officialibus. Extat cum ejusdem Lussaulæ dictâ Assertione. Niorti, apud Franciscum Matthæum , 1651, in 8.

◎ PHILIPPUS JACOBUS HARTMANNUS

Succini Prussici Physica & Civilis Historia , cum demonstratione ex autopsy & intimiori rerum experientiâ deducta. Francofurti, apud Martinum Hallervordum , 1677, in 8.

PHILIPPUS JACOBUS MAUSSACUS

Jul. Cæs. Scaligeri Commentarios in Aristotelis Historiam Animalium, ex Bibliotheca paterna , primus vulgavit & restituit : Additis Prolegomenis & Animadversionibus,

◎ PHILIPPUS JACOBUS SACHS.

◎ Natus Uratislaviae Siles. A. C. 1627, Patre Tobiâ Sachs. à Levenhaim, Viro nobili, & in patria Era-

rii publici Praefecto : impetrataq; Lipsia 1648 Philosophia Magistri, & post confecta per precipuas Europa partes itinera , Patavii 1651 Medicina Doctoris dignitate, biennio post in patria Medicinam exercere cœpit: tum 1653 in numerum Academiae Natur. Curios. German. cum cognomine Phosphori, inq; eâ 1666 Adjuncti officium natum, reverâ nunquam otiosus fuit. Obiit Uratislaviae calculo, pondere uncium duarum , A. C. 1671, aetatis sua 45.

Απτλογεφία, sive, Vitis Vinifera ejusq; Partium, Consideratio Phisico - Philologico - Historico - Medico - Chymica. In qua tam de Vite in genere, quam in specie de ejus pamphinis, flore, lachryma, sarmentis, fructu, Vini multivario usu, de spiritu vini, aceto, vini fæce, & tartaro curiosa notata plurima, plurimis jucundis secretis Naturæ, Artisque locupletata. Lipsiæ, apud Vitum Jacobum Trescherum, 1661, in 8.

Responsoria Dissertatio Historico-Medica de Miranda Lapidum Naturæ. Extat cum Dissertatione Epistolica Joh. Daniel. Majoris, de Cancris & Serpentibus petrefactis. Jenæ, apud Esaiam Fellgiebelum, 1664, in 8.

Oceanus Macro - Microcosmicus, seu, Dissertatio Epistolica de Analogia Motu Aquarium ex & ad Oceanum, Sanguinis ex & ad Cor, ad D. Thom. Bartholinum. Uratislaviae, ap. Esaiam Fellgiebelum, 1664, in 8.

γαμμαρογία, sive, Gammarorum, vulgo Cancrorum Consideratio Phisico-

- Ph
sico-Philologico-Historico-Medico-Chymica. In qua præter Gammarorum singularem naturam, indolem & multifarum usum, non minus reliquorum Crustatorum instituitur Tractatio: plurimis Inventis secretioribus Naturæ Artisque locupletata. Francofurti & Lipsiae, apud Elaiam Fellgibelium, 1665, in 8.
- De Graviditate falsâ, Scholia in Observationem Extant Ephemerid. Acad. Natur. Cur. German. An. I. N. I.
- De Liene magno, Scholia in Observationem. Extant ibidem Ann. eodem.
- De Remedio anti-pleuritico, Scholia in Observationem 19. Extant ibidem Ann. eodem.
- Observationes Microscopicæ ex tripli Regno desumptæ & è variis Authoribus collectæ. Extant ibidem, Ann. eodem. Num. 18.
- De Serpente in Stomacho Cervi prefacto, Scholia in Observ. 14. Extant ibid. Ann. eod.
- De Phthisici Pueri Anatome, Scholia in Observat. 15. Extant ibid. An. eod.
- De Auto-Chymico. Ibid. An. eodem Observat. 17.
- Observatio de Consensu labiorum Faciei cum labiis Uteri. Extat ibid. An. eod. N. 20.
- De Hominibus pisiformibus, Scholia in Observat. 23. Ibid. An. eod. & in Appendie ad hanc Observationem.
- De Fracturis Gravidarum difficultibus,
- Scholia in Observat. 25. Johan. Ferdin. Hertod. Ibidem Ann. eodem.
- De Cerebro Bovis petrefacto, Scholia in Observat. 26. Johan. Theod. Schenckii. Ibid. An. eod.
- Observatio de Renibus humanis petrefactis. Extat ibid. Ann. eod. Num. 27.
- De Sanguine albo, Scholia in Observat. 28. Georg. Seb. Jungii. Ibid. An. eod.
- De Lienis exlectione. Ibid. in Scholiis ad Observ. 29. An. ejusd.
- De Intestini Coeci usu legitimo. Ibid. in Scholiis ad Observat. eand. An. ejusd.
- De Animalibus p. n. Cornutis. Ibid. in Scholiis ad Observat. 30. Ann. ejusd.
- De Hominibus Cornutis. Ibid. Ann. eod.
- De Polypo Cordis, Scholia ad Observat. 31. Ibid. Ann. eod.
- De Malignis exhalationibus ex Putreis. Ibid. in Scholiis ad Obs. 33. An. ejusd.
- De singulari Catarrhorum extractione. Ibid. in Scholiis ad Observat. 34. An. ejusd.
- De Mutis & Surdis. Ibid. in Scholiis ad Observat. 35. An. ejusd.
- De Ossium mollitie, Scholia ad Observat. 37. Ibid. An. ejusd.
- De Herba Ossifragâ, Scholia ad Observat. 38. Ibid. Ann. ejusd.
- De Foetuum humanorum in utero morbis. Ibid. in Scholiis ad Observat. 42.
- De Lapillis in Vesica fellea repertis. Ibid.

Ibid. in Scholiis ad Observat. 44.
Ann. ejusd.

Observatio de Rapa monstrosa anthropomorpha. Ibid. An. eod. Num. 48.

De Vermibus in variis locis & diversis rebus repertis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obs. 50.

De Vagitu Uterino. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obs. 62.

De Lapidibus ex abscessib. prolapsis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. 66.

De Corde humano magno. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obs. 70.

Observatio de Gammaris amaris Silesiacis, & aliis miris Cancrum. Ibid. An. eod. N. 72.

De Crystallo. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obs. 73.

De Flamma ex Ventriculo & aliis partibus corporibus humani. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. 77.

De Mictione cruentâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. 88.

De Mictione Chylosâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. 89.

Observatio de Aloe Silesiaca florèscente. Ibid. An. eod. N. 90.

de Aloe Choræ Salitiana. Ibid. An. eod. N. 91.

de mira Alvi stipticitate. Ibidem An. eod. N. 98.

de Fœtu extra uterum Aurelianensi. Ibid. Ann. eodem. Num. 110.

De Bombycibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. 122.

Singularia & rara quædam de Pilis

de mortuorum. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observat. 123.

De Animalibus hermaphroditicis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observat. 125.

Observatio de Auro Vegetabili. Ibid. An. eod. N. 131.

De Cantharidibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observat. 133.

De variis miris Antipathiis. Ibid. An. eodem in Scholiis ad Observat. 134, & 135.

De Imaginationis vi in prægnantibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obs. 135.

De Serpentum & Bufonum antipathia. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obs. 137.

De Luce Animalium. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Observ. 138.

De Lacte, Arthriticorum solatio. Ibid. An. eod. Observ. 141 & Append. ad eam.

Observatio de Emplastro antipodagrico singulari. Ibid. Ann. eod. N. 142.

De variis imprudenter per os assumtis & deglutitis ad vias urinarias delatis & feliciter excretis.

Ibid. Ann. II. in Scholiis ad Observat. Num. 3. & in Appendix ad eam.

De Mercuriali cingulo importunè adhibito. Ibid. An. II. in Scholiis ad Observ. 25.

De fœminis artem Medicam imperitiè excentibus. Ibid. An. II. in Scholiis ad Observ. 26.

Observatio de Suppressione Urinæ calcule

calculi diurni, non lethali,
Ibid. Ann. II. N. 30.

De hominibus sine cerebro natis. Ib.
Ann. eod. in Scholiis ad Observat.
Num. 36. & in Appendice ad
eam.

De materia & vario effectu fulguris,
Ibid. An. eod. in Scholiis ad Ob-
vat. 37.

De foemini gravidis sanguine misso
non abortientibus. Ibid. An. eod.
in Scholiis ad Obs. 47.

De Exemplis monstrosorum foecuum
ex imaginatione matrum pro-
gnatorum. Ibid. An. eod. in Scho-
liis ad Observat. 61.

Observatio de Opio Venereo. Ibid.
Ann. eod. N. 69. & in Annotatione
ad eam.

De foemini multimammisi. Ibid. An.
eod. in Scholiis ad Obs. N. 72. &
in Annotatione, ad eam.

De Excretione rerum ingestarum per
loca insyeta. Ibid. Ann. eod. in
Scholiis ad Obs. N. 74.

Observatio de Epilepsia periodica. Ibid.
An. eod. N. 95.

de oculorum splendoribus Epilep-
ticis funestis. Ibid. Ann. eodem.
N. 96.

De animalium vivorum, ex abscessi-
bus, ortu. Ibid. An. eod. in Scho-
liis ad Obsery. N. 103.

Observatio despica hordei singulari.
Ibid. An. eod. N. 112.

De Auro Vegetabili. Ibid. Ann. eod.
in Scholiis ad Obs. 113.

Observatio de Vulnere capitis gra-
vissimo feliciter curato. Ibid. An.
eod. N. 119.

De Alaparum lethalium exemplis. Ib.
eiiio. Ann. eod. in Scholiis ad Obsery.
N. 122.

De Curationibus quibusdam fortui-
tatis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad
Obs. N. 144.

De Viris Virginibusque in Mammis
lac habentibus. Ibid. Ann. eod.
in Scholiis ad Observat. Num.
135.

Observatio de Lapidibus è scroto elas-
pis. Ibid. Ann. eod. N. 142.

De Vermibus in omnibus Corporis
partibus stabulantibus. Ibid. Ann.
eod. in Scholiis ad Observat. N.
147.

De Serpente lac è mammis Rusticæ
cujusdam lugente. Ibid. An. eod.
in Scholiis ad Observat. Num.
155.

De Respiratione animalium. Ibid. An.
eod. in Scholiis ad Observat. N.
156.

De Calculorum comminutione fru-
stranea. Ibid. Ann. eod. in Scho-
liis ad Obs. N. 158.

De Vita animalium, in quo consistat.
Ibid. An. eod. in Scholiis ad Ob-
serv. N. 159.

De animalibus variis una cum foetu
exclusis. Ibid. An. eod. in Scho-
liis ad Obs. N. 160.

De Cochleis per anum excretis. Ibid.
An. eod. in Scholiis ad Observat.
N. 163.

De Lapidibus Pulmonum & Ventri-
culi. Ibid. Ann. eod. in Scholiis
ad Observ. N. 181.

De Ustu hellebori albi. Ibid. An. eod.
in Scholiis ad Observ. N. 182.

De Periarum dealbandarum experimen-
to. Ibid. An. eod. in Scholiis
ad Obs. N. 183.

De Infectis & vermiculis pro diversi-
tate herbarum, diversarum spe-
cierum & figurarum. Ibid. An.
eod. in Scholiis ad Observ. Num.
190. Ibid. annis 1680 & 1681.

De Foetore insigni in humanis qui-
busdam corporibus vivis. Ibid.
Ann. eod. in Scholiis ad Observ.
N. 191. Ibid. annis 1680 & 1681.

De Hermaphroditis. Ibid. Ann. eod.
in Scholiis ad Obs. N. 203.

De Scorpionibus & Araneis citra no-
xam deglutitis. Ibid. An. eod. in
Scholiis ad Obs. N. 204.

De Cura Podagræ. Ibid. Ann. eod. in
Scholiis ad Obs. N. 215.

De Viris, iisdem symptomatibus affe-
ctis, quibus prægnantes affici
solent. Ibid. Ann. eod. in Scho-
liis ad Obs. N. 216.

De Remediis quibdam ex variorum
animalium Urinis paratis. Ibid.
Ann. eod. in Scholiis ad Observ.
N. 219.

De Margaritis & Unionibus. Ibid.
Ann. eod. in Scholiis ad Observ.
N. 228.

De tribus in quibusdam Testiculis.
Ibid. An. eod. in Scholiis ad Ob-
serv. N. 236.

De Nucleis deglutitis & per tussim
iterum excretis. Ibid. An. eod.
in Scholiis ad Observat. Num.
242.

De Castoreo. Ibid. An. eod. in Scho-
liis ad Obs. 251.

Observatio de Pomis hybernis Sile-
siacis. Ibid. Ann. eodem. Num.
252.

De Calce Podagricorum. Ibid. Ann.
eod. in Annotat. ad Observat.
N. 65.

De Globis Vitulinis. Ibid. Ann. eod.
in Annotat. ad Observat. Num.
110.

De Morte ex imaginatione. Ibid. An.
eod. in Annotation. ad Observ.
N. 137.

De Novis viis urinariis. Ibid. An. eod.
in Annotation. ad Observat. N.
157.

De Andria. Ibid. An. eod. in Annotation.
ad Observ. N. 253.

◎ PHILIPPUS. JACOBUS
SCHENFELDER

Synopsis Medica super Pharmacopœam Augustanam, pro præcipuis
humani corporis affectibus, Alphabetico ordine, quantum fieri potuit,
accommodata: non solum Artis Apol-
lineæ Studiosis & initiatis per quam
utilis ac necessaria; verum & omni-
bus Praxin Medicam aggredientibus
summè proficua. Cui accessit Mag-
ni Hippocratis Coi Jusjurandum.
Ingolstadii, apud Johannem Philip-
pum Zinckium, 1677, in 8.

